Digitized by Google

2-A
18

6
31 L
24

IV
2
D

4.—2. A. 18.

Colleg. Rom. Soc. Iesu Cat. inscr.

¶ Ioannis Baptiſtæ Egnatii Veneti in Sabellici Exempla præfatio Ad Sereniſſimũ Venetiarum Principem Leonardum Lauretanũ.

MARCI ANTONII COCCI SABELLICI EXEMPLORVM LIBRI DECEM.

Domicus Palladius Soranus ſuo Io. Baptiſtæ Egnatio Veneto.

Extollant alii pariis erecta Colũnis
Templa Deum: & miris pegmata ducta modis.
Et Iactet quantumq; poteſt mea Roma Coloſſos
Et quod prærupta mole paratur opus.
Nec ſileant alii uariis ſimulacra figuris:
Quicquid apellæa pinxit inarte labor.
Exornent tumulos alii tituliſq; uenuſtent:
Hic aurum: Hic gemmas Congerat: alter opes.
Cuncta hæc longa Dies Carpit: tollitq; uetuſtas.
Non que uera animi ſunt monumenta: rapit.
Tu Quare Egnati Felix: Felicia Quorum
Nomina nulla ætas: nec Teget ulla Dies.

G. B. G.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Dum fuerat Rerum tibi Roma ſuprema poteſtas:
Pareretq; Aquilis terra fretũq; tuis.
Eloquii Antiſtes Marcus princepſq; latini
Floruit: & linguæ lumen Honoſq; fuit.
Dum Veneti regnant Terraq; mariq; ſuiſq;
Romanum exæquant legibus Imperium:
Eloquii Antiſtes Marcus princepſq; latini
Floruit: & linguæ lumen honoſq; fuit.
Culta fuit Marciſq; adeo par lingua duobus
Non facile ut dicas hic ne uel ille prior.
At quo poſteritas dignoſcat ſcripta duorum
Tullius hic fuerat: Coccius ille fuit.

BIBLIOT. VITT.

¶ Ioannes Baptiſta Egnatius Venetus Leonardo Lauretano Sere
niſſimo Venetiarum Principi.S.P.D.

MAxime Vellem Princeps Sereniſſime Dii Immortales
feciſſent:ut Sabellico tantũ adhuc uitæ ſuperfuiſſet uel
ocii: quantũ ſupremæ huic inſtituti operis emendatio-
ni dare potuiſſet. Dignus.n.uir ille fuit:qui lucis hac uſu
ra longiore tantiſper frueretur:dũ partũ hũc exemplorũ ſuum ulti-
ma illi fætura natũ in lucem ederet.quod non modo nõ aſſecutus
eſt uir de uniuerſa mortalitate & præcipue de Rep.ueſtra ſcribẽdo
optime meritus : Sed quaſi in ipſo enixu:(quo animi mœrore nõ
facile dixerim)Fatis Naturæq; Conceſſit. Et ſane haud ſcio:qua fu
it Sabellicus ad perferendã aduerſam ualitudinẽ Conſtantia : plus
ne ex affecto corpore doleret:an pro patrio affectu obuerſantẽ aĩo
librorũ orbitatẽ moleſtius ferret?Si.n.feras ipſas Catulorũ cura ſic
ſæpe armat:ut pro eorum ſalute tuenda negligant ſuã: multo cer-
te ſimilius uero fuerit hoc de hoĩe credere . Quod animal ſagax &
prouidũ diuinitatiſq; particeps maiore Pietate eos colat neceſſe eſt:
quos Cœlo ortos: Cœlo quoq; deberi nõ dubitet.Quod ſi parẽtes
de liberũ incolumitate ſuorũ uſq; adeo ſoliciti ſunt:ut uitã ſæpe ho-
rũ cauſa profundãt:quos mortales a ſe genitos nõ neſciunt: quan
tũ(quæſo)Sabellico inmatura mors doloris afferebat : qui ſe una
cum libris ad inmortalitatis ſpem cõſcriptis mortalẽ horæ momẽ
to fore uerebat? Nihil æque oẽs Leonarde Princeps Optime debe
mus optare q̃ hoĩs immortalitatẽ.Nihil eſt in quo maiorũ noſtro-
rum conatus oĩs & uires acrius incubuerint . Nihil in quo mortali-
tas omnis magis anxie laboret: Nulla deniq; fax ad inflammãdos
ad Virtutẽ hoĩum animos ſperata hac æternitate aptior.ut nihil mi
rum Sabellicũ tã uehementer interitu imperfecti a ſe partus doluiſ
ſe:quo ſibi conſcius erat:nihil a ſe aut maiore ſtudio: aut acriore cu
ra:aut deniq; feliciore ſucceſſu conſcriptum . Multũ ille certe ſtudii
cũ in aliis tum in his ipſis Enneadibus quæ ab inclinatione Imperii
Romani ad tuũ uſq; feliciſſimũ principatũ deductæ ſunt:adhibuit.
Verũ hoc in opere neſcio quo pacto elaboratum ab eo multo plus
eſt.uel ꝙ extremũ hũc fætũ ut parẽtes liberos quos affecta ætate gi
gnunt:impenſius diligeret.uel ꝙ altera hac nuncupatiõe ſeſe tibi ꝓ
bare & quaſi oſtentare uellet.uel quod pro ſua in chriſtianam reli
gionem pietate in aliis multo maximã ꝑtem prophana ſibi uendi-

caſſent: In hoc præter multorũ opinionẽ eleganter & breuiter ſacra
ueluti i illuſtri poſita monumẽto legi poſſent. ad hæc ita quoq; Na
tura comparatũ ferme eſſe ſolet: ut extrema quæq; quæ ſcribas nec
ẽmendes: longe optima nobis uideantur: tanquam Natura mor-
tis præmaturæ damnum penſare noſtra aliqua maiore laude cu-
piat. Alioqui & Cygni ſuauiſſime tum canere creduntur: cum fa-
tum his imminet. Verum ut cumq; ſit: ita certe Sabellicus de his de
cem Exemplorum libris ſentiebat: quantum ad hanc ætatem aut
legendo aut ſcribendo profecerat: quantum ſtudio: cura: ingenio.
elegantia ualuerat: in his eſſe id omne congeſtum: unde poſteri-
tati ſeſe præcipue cõmendatiſſimũ faceret uniuerſæ. Nec ille opinio
ne falſus ẽ ſua. Merentur. n. hi libri quos ꝓ materia & breuitate xp̄a
ni nominis homines ediſcant: nõ modo in manib⁹ cotidie habeãt.
Ne ſi turpe uideri ſolet ciuem in patria ſua peregrinari: nobis quo
q; indecorũ iam ſit religionis noſtræ initia neſciſſe: aut qui nã illam
mortalium ſiue Diuũ (hoc. n. tam uere q̃ pie libẽtius credam.) tradi
derint: qua deniq; indole ab exiguis res cæpta initiis: & magnis ca-
lamitatibus preſſa: ad hoc faſtigii ꝑuenerit: cũ præſertim orationis
ornatu: quod deſiderare ãtea q̄dã uidebant̃: illuſtrata hæc oĩa ſint.
Hos igitur decem Exemplorum libros: quibus ſacrã omnẽ hiſtori
am & ex magna parte prophanã mira breuitate & candore cõple-
xus eſt: quando ita Sabellicus moriens a me cõtẽdit: emendatos
pro uirili: & tuis auſpiciis editos leges. delectabit te multum (ſcio)
deditiſſimi tibi Sabellici lectio: non ſolũ quia hic ſimilis ſui. i. eandẽ
quã in aliis omnibus uerborũ elegantiã adferat: ſed quod noſtratia:
quæ multi parũ æqui ſacris literis eleganter traddi poſſe negabant:
elegãtiſſime cõſcripta cernes. Cæterũ & ordo ipſe inuitare quẽcũq;
uel alieniſſimũ ab his poteſt. Id. n. uniuerſo ſeruatũ eſt opere ut pro
phanis præirent ſacra. Quæ cũ aliis bonis omnibus: tum uero tibi
Principi ſummæ in Deũ pietatis: ſummæ religiõis debent eſſe uel
ob id lõge gratiora. ꝙ ampliſſima tibi quæq; hac tua in Rep. Augu
ſtiſſima: ante annos data ſunt cumulatiſſime. uix. n. ut alias digni-
tatem omiſerim non ſolũ in credibili omniũ ſtudio in te collatas:
uerum ſumma Prudẽtia: Innocentia: Integritate adminiſtratas: uix
inq̃ tot retro ætatib⁹ ex quo Procuratoria cæpit ſuprema ab hac quã
nunc & auges & illuſtras dignitas: unum aut alterũ recordamur. q
cum quinquageſimũ q̄ntũ ætatis annũ ageret: dignitatem ſit eam
adeptus. ut ea ætas quæ aliis gradum ad honores ſtruere ſolet: ſupre

mã in te urbis tuæ dignitaté collocatã uiderit. Neq; uero non cum primũ occaſio data eſt: in demortui Principis locũ ſuffectus ſummæ reip. præſidere iuſſus es tãto optimatiũ ſtudio: tanto omniũ ordinũ aſſenſu: tanto populi plauſu: ut maturatã & memorabilẽ patrum prærogatiuã ſecuti oẽs incredibilia gaudii & uoluptatis ediderint arguméta. fuere hæc omnia: quod euentus poſtea docuit: futuri optimi principat⁹ tui omina. Nã cum chriſtianæ res parum ubiq; lætæ eſſent: Veneta uero ĩ primis Reſp. Turcarũ bellis obnoxia & infeſta inteſtinis interim Italiæ bellis quateret: adeo noſtros deſperatio animos inuaſerat: ut uix ope humana fieri poſſe uideretur: ut res quæ pene naufragio ꝓxima erat: tranquillitati redderetur antiquæ. Augebat hanc animorum cõſternationem. res Maritima parum feliciter adminiſtrata. Cum diuina prouidentia tu unus eadem qua in Auguſtale itum eſt a patribus: hora gubernaculo ſummæ rei. p. admotus es. Hic uero repente mutata omnia in melius. Neq;. n. ſolũ in ſuo ueſtigio res in offenſa tibi ſtetit: ſed adeo aucta eſt: ut breui Clariſſima Italiæ oppida Veneto nomini ſint addita: pax cum omnibus inita. ſedataq; tua uirtute cuncta. ut ſecurus ad domeſticam ciuitatis tranquillitatem reſtituendã conuerſus uotis ẽt ampliora nr̃is præſtiteris uetere ciuitatis quiete primũ reddita: Religione deinde in meliorẽ ſtatũ emendata: æquata Iudiciorum forma: forenſi licẽtia cohibita: facinoroſis demum hominib⁹ nõ paucis oppreſſis: quib⁹ oĩb⁹ effeciſti: ut quæ ſemp de Clariſſima Lauretana familia tua hoium nr̃æ Ciuitatis expectatio & ſpes in difficillimis Reip. Temporib⁹ fuit: omnis illa tuo hoc Feliciſſimo & Auguſtiſſimo principatu primũ tibi hac in familia demandato neſcio fato an potius Cæli prouidentia & cõfirmata & amplius aucta ſit. ut nulla tã grauis tempeſtas unq̃ Venetæ Ciuitati poſſit imminere: quam ueſtro præſidio & uirtute diſcuſſurã ſeſe non ſperet. Vale. & Sabellici uitam paulopoſt edendam Petro Georgio Chalcedonio auctore contubernali meo probiſſimo felix expecta.

EGNATIVS AD LECTOREM.

NOn Erã Neſci⁹ Lector Optime: fore pleroſq; quib⁹ po
tiori curæ ſit aliena q̃ ſua ſemp agere: q ſtudiũ hoc in Sa
bellicũ meum partim mirentur: partim quoq; ut leue
& ſuſpectum accuſent. Atq; illis fortaſſe admiratiõi
erit: qui mortalitatis haud ſatis memores: Inmortales Inimicitias
eſſe uellẽt. Tanq̃ nihil æque Hominẽ deceat: q̃ Inimicitias magno
Animo ſuſcipere: & ſuſceptas fortiter retinere. Ego uero ut fatear
diſcordiarũ ſemina interuenire q̃nq; neceſſe eſſe: homines.n. liuei-
m⁹: odimus: iraſcimur: ut affect⁹ huiuſmodi iã in beſtiis acriores ñ
ſint: ſic certe plus ẽ qd Ratiõi: qua ſumus Deo proximi: debere nos
cẽſeam. Atq; utinã illa: ut par eſt: in nobis ſemp præeſſet. Non uere
rer: quin illi qui paulo ante admirabantur factum: ſummis id extol
lerent laudibus. & prædicatiõe ſua cõprobarẽt. Nã quod alii accu
ſent ut leue (& ſi diis quoq; iã placet) ſuſpectũ: illi mehercle neſcio
quo pacto minus nos mouent: q̃ñ res ipſa ſtatim coarguere: atq; ip
ſos accuſatione dignos oſtẽdere ualeat. Nam quid minus ꝑ Deos
leue eſt: q̃ cũ antea affectui & perturbationi multũ inſeruieris: errorẽ
cognito rationi te totũ tradere? Mihi uero quiſquis hoc fecerit: ſũm
ma laude dignus uel Clariſſimorũ uirorũ exemplo uideať. cũ præ-
ſertim reconciliatã gratiã maiore beniuolentiæ teſtificatione ſæpe
tueamur: ne quod antea error grauiſſimum poſtea perfidiæ exiſti-
metur crimen. Nos uero cũ aliis honeſtiſſimis cauſis adducti & pri
us Sabellicum funebri laudatione proſecuti ſumus: & nunc pro
uirili opus hoc emendauimus. Cuius editionẽ moriens mihi ad ſe
accerſito: & gratã recordationẽ pietatis in ſe Michaelis Triuiſani Ni
colai filii: qui ſub eo nõ paruo tẽpore meruerat: q; opus hoc litu-
ris plenũ exſcribendum curarat: cõmendauit: ut tam obſtinatũ: tã
durũ: tam deniq; ferreũ eſſe putẽ neminẽ: quẽ ſuprema illa uox mo
ribundi hominis atq; ideo ab omni ſuſpitione imunis non emolli
ſſet. Me certe adeo emolliit. ut nihil ꝓ humanitatis iure negare ho-
mini præſertim iam morienti potuerim. Maiorem hoc facto lau-
dem a bonis ſperans: q̃ quicquid de me Amaſinii. & Rabirii iſti recẽ
tes oblatrent attendens Vale & ſalue.

¶Index Capitum Totius operis.

¶Ex Primo Libro Capita

¶DE Inſigni ortu	charta	i
De Inſigni Infantia	charta	2
De Inſigni Pueritia	charta	4
De Inſigni Adoleſcentia	charta	5
De Iuuenta	charta	7
De Senectute	charta	9
DE Aetate decrepita	charta	ii
De Inſigni uitæ exitu	charta	i2
¶Ex Secundo Capita.		
¶De Contemptu diuitiarum	charta	i4
De Solitaria uita	charta	i5
De Vigiliis ſomnoq;.& ſtrato	charta	i7
De Vario precandi ritu	charta	i8
De Precum effectu	charta	i9
De Contemplatione:& meditatiõne ſolitaria	charta	2i
De Lectionis delectu:adq.legẽdi ratione	charta	23
De Veſtitu.& cultu Corporis	charta	24
De Operibus manu exercendis	charta	26
De Corporis caſtigatione	charta	27
¶Ex Tertio Capita.		
De Parentum.In liberos auctoritate	charta	29
De Liberorum inſtitutione	charta	30
De Parentum ſeuera Animaduerſione	charta	32
De Charitate Parẽtum erga liberos	charta	33
De Indulgentia & Amore coniugali	charta	35
De Filiorum Pietate in parentes	charta	36
De Mutuo amore:& charitate fratrum	charta	37
De Fide:& charitate ſeruorum erga dominos	charta	38
De Peculiari ſtudio:& morib⁹ diuerſarũ familiarũ	charta	40
De Domeſtica diſcordia	charta	4i
¶EX Quarto capita		
¶DE Religionis inſtitutione	charta	43
DE Religionis affectu	charta	44
DE Iuſtitia	charta	46
DE Iniuſtitia	charta	48
DE Fortitudine	charta	49

DE Fortitudine: adq. ignauia charta 50
DE Prudentia charta 53
DE Stultitia & temeritate charta 55
DE Temperantia charta 56
DE Intemperantia charta 58

¶EX Quinto capita.

DE Charitate in Deum charta 59
DE Charitate erga homines charta 61
DE Charitate erga inimicos charta 62
DE Fide Theologica charta 64
DE Spe Theologica charta 66
DE Caſtitate charta 68
DE Patientia & tolerantia in aduerſis charta 71
DE Patientia in dolore ferendo charta 72

¶EX Sexto capita.

¶DE Peculiaribus Vrbiũ: & Pop. Inſtitutis charta 74
DE Nouarum reum inuentoribus charta 76
DE Appellationibus a uirtute: aut a uitio impoſitis char. 78
DE Moderatione uictoriæ charta 79
DE Cædibus memorabilibus charta 81
DE Aſtu: & ſolertia in fallendo hoſte charta 82
DE Illuſtribus uictoriis charta 84
DE Imperatorũ: & ducũ in milites auctoritate charta 85
DE Aemulatione charta 86

¶EX Septimo uolumine capita.

¶DE Gratitudine: ſeu de iis qui grato fuere aīo charta 88
DE Ingratitudine: ſeu de iis qui ingrato fuere aīo. charta 90
DE Diſcordia: & ſimultate Principũ in repu. adminiſtrãda car. 91
DE Priuatis hominũ affectibus charta 92
DE Honore doctrinarũ ſtudiis exhibito charta 94
DE Hoſpitali Iure charta 95
DE Proſpera fortuna charta 96
DE Subita mutatiore fortunæ charta 98

¶EX Octauo capita

DE Charitate erga patriam charta 101
DE Principum beniuolentia in ſuos charta 102
DE Principum ſæuitia & crudelitate charta 103
DE Vltione charta 105

DE Paupertate	charta	io6
DE Diuitiis	charta	io8
DE Luxu conuiuiorum	charta	iio
DE Vitæ & morum mutatione	charta	iii
DE Populorum odio in reges: & tyrãnos	charta	ii2

¶Ex Nono uolumine capita.

¶DE Iniuria Ferenda	charta	ii4
DE Inuidia	charta	ii6
DE Iracundia	charta	ii7
DE Ira Principum in Martyres		ii7
DE Similibus caſibus & euentis	charta	ii8
DE Fortuita Luſcitate	charta	ii9
DE Dierum quorũdã felicitate	charta	ii9
DE Somniis	charta	i2i
DE Prodigiis	charta	i22
DE Oſtentis	charta	i23
DE Ominibus	charta	i25
DE Præſagiis	charta	i26
DE Prudenter & falſe dictis	charta	i27

¶EX Volumine decimo Exempla.

¶DE Inani gloria uitanda	charta	i3o
DE Temerario iudicio	charta	i3i
DE Cõſtãtia: & fiducia aduerſus dæmonũ pſtigias	car.	i33
DE Fraude & prauis conſiliis	charta	i35
DE Improuiſis cladibus	charta	i36
DE Solertia animi	charta	i37
DE Fame memorabili	charta	i39
DE Iis qui in artib⁹: aut diſciplinis pſtantiſſimi fuere	char.	i40
DE Memoria: & humanorũ ſenſuum præſtantia	charta	i4i
DE Edacitate: & ingluuie hominum		
DE Sagittandi peritia	charta	i43
DE Prodigioſo concubitu	charta	i43
DE Extremis uoluntatibus	charta	i43
DE Honore in defunctos exhibito	charta	i44
DE Funebribus ludis	charta	i45

¶Finis indicis Capitum quæ decem Exemplorũ libri contineant.

FINIS.

MARCI ANTONII SABELLICI EXEMPLORVM DE INSIGNI ORTV. LIBER PRIMVS.

DE CHRISTO DEI FILIO.

VIRGINIS PVERPERIVM: Vt a ſacratiſſimo Chriſti ortu auſpicatius ordiar: Propheticum carmen: Sibylli næ uoces: Ethnica oracula: tam manifeſto prædixerunt euentu: ut in nouo & incredibili pene myſterio: cuius ne humana quidem mens ſit capax: nihil ſit eorum quæ fide continẽtur: cui libentius accedat humana pietas.

DE Moſe.

VID Moſes mortalium omnium cœlo familiariſſimus?
q Nonne eius ſalutaris ortus: dubium oraculo an Memphitici alicuius uatis diuinatione Pharaoni ꝓdictus: multo priuſq̃ puer naſceretur: & Regem ſolicitum habuit: & Amarim patrem in ſpem certam erexit publicæ ſalutis? Enim uero per quietẽ monitus is talem ex ſe filium naſciturum: præcepit animo qualis poſtea ille fuit in ſuorum libertate uindicanda.

DE IO. Baptiſta.

EC intempeſtiuus matris uterus non fauſtum Io. Zacha-
n riæ filii ſalutaremq; terris deſpondit ortum. Nihil deus nõ mirifice & utiliter operatur. Mulier quæ dum per ætatem mater fieri potuit ſterilis fuerat: iam grandis natu & decrepita prægnans facta eſt. Cæterum quã magnus futurus eſſet partus: ipſe puer quum in materno adhuc clauſus eſſet utero declarauit: qui prius propheta extitit: quam in lucem ederetur.

DE Dominico Calagoritano.

Alagoritani Dominici ignea uis illa arcano lumine accen
c ſa. & ipſa non nihil antea præuiſa eſt: cuius mater prægnãs magno mentis præſagio per quietem uidiſſe fertur parere ſe catulum incenſam facem ore circunferentem: quo omnes incẽdio terræ conflagrarent: nec defuit nocturno uiſo euentus: orta eſt ex illo ingens familia: quæ diuina prædicatione terrarum partem multo maximam inflammauit.

DE Nicolao Tollentinate.

Enſenda eſt in hac relatione Nicolai Tollentinatis generis
c cuius ſanctitas anteꝗ̃ conciperetur: & oraculo: & nocturno
uiſu eſt parentibus repſentata. Hi de futura ſobole oraculo quodam inſtructi uoti cauſa Barium profecti ſunt: ubi quum ad diui qui religioſe illic colitur: conditorium uenerabundi diutius iacuiſſent: caſu an potius prouidentia dubium ſomno ſuccubuere. Hic inopinato monitu inſtructi præceptam multo ante ſpem prolis augent: auctam uotis & ſolẽni precatione ſibi ratam deſpõdent: neq; preces incaſſum miſſæ: omnia maiora ſanctioraq; ſecuta q̃ mens hoĩum ſperare auſa eſſet: ut ex non ſanctis ſanctus naſceretur.

DE Pio pontifice maximo.

Diiciatur his tecẽs exemplũ Senis Hetruſcis matronæ no-
a bilis: cui Victoriæ fuit nomen: quũ proxima eſſet partui: in
ſomnis ſibi uiſa eſt puep̱ ſe parere mitrã capite geſtantem. Fuitq; id præſagium humanæ mentis uerius q̃ ſomniũ. infantẽ enixa eſt: quẽ pontificẽ maximũ Pii ſecũdi appellatõe nr̃a uidit ætas.

DE ETHNICIS EXEMPLIS.

Vngenda ſunt prophana ſacris nõ quia eiuſmodi ſint ut cũ
i illis recte cõferri poſſint: aut in eadem parte opis locari de
beant: Nemo niſi demens terrena hæc cæleſtibus humana diuinis cõparat. Vep̱ quia & illi quoq; meminimus tã & ſi in cælũ recepti hoĩes fuere: nõ abſurdũ ſit (ut arbitror) ea quæ hoium ſunt: & ſi diuerſa illis non ſolum tẽpore ſed pſtantia ſubtexere: quid q; ipſa uariatio gratiã fortaſſis aliquã afferet huic relationi: ut in lautioribus cænis nihil æque ac ſapop̱ uarietas delectat? Nec ullus ſuauior eſt concentus q̃ qui ex diuerſap̱ uocum concordia cõſtat: tanq̃ igitur fas bonũq; ſit id facere tuebor conſiliũ: pergãq; deinceps nõ externa Romanis iungere quod recte feciſſe uideri poteſt Valerius qui ſuop̱ tempop̱ nationem habuit: ſed prophana ſacris quop̱ gratia potiſſ. mũ labor hic ſuſceptus eſt.

DE Romulo.

Vnc quis hoĩum ex Ethnicis aut maior fuit aut auguſtior
n Romulo qui urbem condidit oĩum quæ unq̃ in terris fue
runt pſtantiſſimã: huius mater Rhea Ilia ſiue dæmonis cuiuſdam ut ipſa uideri uoluit: ſiue hominis compreſſu grauis: ſe geminos concepiſſe affirmare auſa eſt: quæ res quia euentus non defuit plus illi in diſcrimen capitis adductæ profuit aut certe prodeſſe debuit ad ſalutem: q̃ cerimoniæ ſanctitas quæ læſa ueſtalẽ degra-

uabat aut regium ſtemma in quo accuſatorem inuenit.

DE Alexandro magno.

u T religioſus draconis diſſimuletur accubitus: qui Philippū Macedonū regem ab Olympiadis coniugis congreſſu perpetuo abſterruit: Illud certe quod ad Alexandri cōceptum pertinet magno præſagio fuit: ꝙ idem rex inſomniis uiſus eſt ſibi ſignum Olympiadis utero imprimere: in quo expreſſa eſſet Leonis forma: per quæ Ariſtander uates coniectura haud inepta affirmare eſt auſus Olympiadem concepiſſe: quoniam quæ uacua eſſent impreſſionem non reciperent. Nec Alexander nocturnam illam quæ pr̄i obuerſata eſt fefellit imaginē: qui tātū pugnādi ferocia cæteros mortales antecelluit q̄tū feras oēs Libycus Leo fortitudine p̄ſtat.

DE Octauio Auguſto.

p Enſatur in Auguſto pricipe maieſtas Ro. imperii quæ quo maior fuit eo plura maioraq; p̄ſagia futurā unius potentiā portenderunt. Nam ut Veliterni diſſimulenť muri ante ei⁹ ortum prodigioſe e cælo tacti: Et ꝙ oraculo quodā ſenatus exterrit⁹ haud multū abfuit quin oēs qui eo anno naſcerentur extingui iuſſerit: nec reputeť in hac parte nocturnus ille ſerpēs ſolēni facto Actiæ matri allapſus: Certe duplex ſomnii ſpecies parentibus per quietem oblata magnitudinem futuri partus facile portendit. mater priuſq̄ pareret cernere ſibi uiſa eſt ſublimiter ſua ferri inteſtina: explicāriq; per omnem terrarum & cæli ambitum: Octauius pater Iubar ſolis ex utero coniugis ortum ſe per quietem uidere imaginatus eſt.

DE Tyberio Cæſare.

t Yberii Cæſaris qui huic ſucceſſit futurā magnitudinē Liuia mater anteq̄ naſceretur oſtento & uatum prædictione cognouit. prægnans hæc quum uariis captaret ominibus marē eſſet an fœminā editura: ouū gallinæ incubāti ſubductū nūc ſua nunc ancillæ manu tā diu fouit donec pullus ſit inde excluſus inſigniter criſtatus: quo inſpecto Scriboni⁹ mathematicus regnatuꝶ infantē ſpopōdit ueꝶ ſine diademate ignota. ſ. adhuc Cæſaꝶ p̄tāte.

DE Achille Pelei filio.

u Endicet & uetuſtas illa fabuloſa ſibi locū inter ſeria quæ & ſi poetaꝶ figmentis magna ſui parte tegitur: prodeſt tū exēplo & eruditione: nec. n. ut credere eſt fabulari tantū uoluit ſed aliquid ēt docere quū Thetidis progeniē dixit a Ioue formidarā quia futuꝶ uereri poterat: ut is fortior eſſet patre qui ex ea naſcereť.

DE Paride Priami filio.

f Vit & fax illa Aſiæ & Europæ infauſta: Troiæ uero exitialis quam Hecube Priami uxor quũ uentrem ferret ſibi in ſomnis uiſa eſt eniti: & ipſa aliq̃to antea p̄uiſa.itũ eſt obuiã q̃tũ humana uis ualuit fatali neceſſitati: ſed fatũ mutari nõ potuit.

DE Cyro Rege.

ſ ED in nullo unq̃ fatorum uis tam ineluctabilis apparuit: q̃ in maioris Cyri ortu & ſalute tuenda. duplex inſomnii ſpecies de Mandane filia adeo perculit Aſtyagem Medorum regem: ut illius progeniem uelut ſibi & ſuo regno peſtiferam horrere prius non deſtiterit: q̃ uana interpretatione a ſeipſo circũſcriptus periit. Primo Mandane filia uiſa eſt illi alte dormienti Regiam urbem mox totam Aſiam urina perfundere: Vitis dein eius genitalibus enata magnam terrarũ partem inumbrare: uidit hæc Aſtyages: Ignobilių filiæ matrimonio: & deſtinata nepotis nece cauiſſe ſibi & Medorum regno ratus eſt: Sed euenit nihilo ſecius quod neceſſe fuit euenire.

DE INSIGNI INFANTIA. CAP. II.

n IHIL eſt in uita hominum in quo fortuna uolubilius uerſata ſit: aut prouidentia inſignius operata: q̃ in ipſo uitæ primordio. Nam quid magis mirum dici poteſt: aut min⁹ credibile q̃ unum aliquem perditum perdi non potuiſſe? aut non periiſſe periturum? damnauit multorum infantium uitam regum ſæuitia in primo uitæ limine. nec aliam ob cauſam q̃ ꝗ nati eſſent. Cæterum ſunt illi ſeruati non hominum fauore ſed fortuna: uel(ꝗ magis æquum ſit credi) cœli prouidentia.

DE Chriſto Dei filio.

i Mpium enim & exectabile ſit opinari quæ ĩ Chriſto recẽs nato euenerunt caſu & non diuinitus contigiſſe: enimuero licet ipſe deus eſſet: atq; idem Rex regum: omniumq; rerũ conditor: cæterum humanitate amictus: tam ſalutare myſterium iterpolari potuiſſet: niſi tres illi magicæ diſciplinæ affectatores: qui peregre cum muneribus ad eum uenerant: per quietem moniti eſſent: ne ad Herodẽ reuerterentur: qui capitaliter puero iminebat. Fruſtra humanum genus laborat in iis quæ p̄uidentia diuina fiunt.

DE Eodem.

q Vid Aegypti latebra Ioſippo inſomnis demonſtrata q̃ in eo nõ obſcura numinis uolũtas apparuit? necari nõ potuit

is qui ut unus periret: multa puerorum milia periiſſe ſimul cõſtat.

DE Moſe.

P Ari prouidentia Moſes ut omnem Iſraelis progeniem ſeruaret: infans ſeruatus eſt: quem parentes crudeliſſimo Pharaonis edicto ſubacti alueo incluſum in profluentem abiecere. Reddidit eum terris tumidus amnis tanq̃ fatorum conſcius: redditum regiæ aulæ ĩtulit fatalis neceſſitas: ut unde illi nuper mortis tenebræ intendebantur: Regalia ſint alimenta exhibita: & quæ nuper domus exitio illi pene fuerat: eadem ad imperiũ extolleret.

DE Ioa Ochoziæ filio.

a Ffuit & Ochoziæ filio Iohæ cœli numen: quum omnes a Dauide oriundi crudeliſſimo Athaliæ imperio uno tempore ſunt ferro dediti. Infans mediæ cædi ſubtractus piĕtiſſimæ amitæ cura tam diu occulte ſeruatus eſt: donec pueraſcere incipiens magno hominum conſenſu in auiti ſit regni faſtigium reſtitutus.

DE Euſtachii filiis.

ſ ED omnium maxime illud memorabile: quod in Euſtachii filiis eueniſſe proditum eſt. Fuit is militiæ magiſterio clarus Traiano principe. Sed poſt multo clarior martyrio factus. Exercebatur uir fortis per clades & erumnas ad cœleſtis militiæ præmia: boniſq; fortunæ aliis alio caſu amiſſis uxore poſtremo piratica ui adempta: quum filios duos nondũ crepundiis egreſſos: uado fluminis traiiceret: unum poſt alterum amiſit. Enimuero repetens quem priore ripa reliquerat: dum medium tranat amnẽ amborum ſollicitus uterq; hic feræ Lupæ: ille Leonis incurſu e patris conſpectu abripitur. Sed q̃ flebiliter fuerunt illi amiſſi: tam fœliciter poſtea ſunt prouidentia reperti: parentibuſq; non ſperantibus reſtituti.

DE ETHNICIS EXEMPLIS. ET PRIMVM DE Romulo & Remo.

ſ Vbit nunc reputatio eorum: quæ de Ethnicis hominibus ſunt memoriæ prodita tantum ab his quæ diximus diuerſa: quia nõ tam fœlicia euentu: ut illa cæterũ nihilo minus memorabilia: præſertim caſuum uarietate. Romulus & Remus gemini fratres Amulii iuſſu ſunt in Tyberim proiecti. Senſiſſe, pudus amnis uideri põt fatale on⁹: futurũq; dec⁹ gentiũ in parte onetis periclitari: & cum una anima exigui ſed ſiue ſenſerit id ille: aut

tanq̃ id ſenſiſſet: contraxit ſe illico quum forte uberius ſolito flue-
ret: deſtituitq; pueros tenui alluuione: Iacebat gemina proles cœno
prouoluta haud dubie peritura: niſi auſpicatiſſimo uagitu Martiã
Lupam ad locum pertraxiſſent. occurrit huc non raptrix ſed nutrix
(tanta eſt uis fatorum) & qui prædæ eſſe debuerũt immiti feræ pro
alumnis fuere. Inde ſublati paſtorum ſtabulis inferuntur: adultiq;
regnum auo uindicant: ſibi nouum condunt: q̃d domeſtico ſtatim
malo imbutũ perpetuæ deinceps diſcordiæ exagitandũ reliquere.

DE Semiramide.

Emiramis fœmina illuſtris ſimili caſu ĩfans pene prius pe-
ſ riclitata eſt q̃ in lucem edita iacuit ĩfans circa ſyriæ ſtagnũ
uel alimoniæ defectu mox interitura: niſi aues ſtagni ac-
colæ iacenti alimenta peropportune miniſtraſſent: hinc ſublata
inter regios paſtores alitur: Adulta regia fit coiunx. Demum ſub ali
ena perſona non modo regnum tenuit ſed inſigniter etiam auxit:
tanta fuit una in fœmina indoles: tãta fatoꝝ uis oĩ indole potẽtior.

DE Camilla Volſcorum regina.

Egis filia fuit Camilla: regiaq; domo orta: ueꝝ lubrica &
r uolubilis humanaꝝ reꝝ fors ĩfantẽ adhuc niſi poetæ ubiq;
fabulanť: pr̃ni exilii fecit comitẽ: eandẽ teli iactu ſubere in-
uoluti: a uiolẽti & uorticoſi fluminis ĩpetu ſeruauit: armẽtali lacte
aluit: uenatib⁹ exercuit: reſtituitq; demũ pr̃no regno: ut regina igno
bili manu bello nõ ignobili caderet.

DE Pyrrho rege Epirotarum.

Iſdẽ uitæ uoluminibus iactatus eſt Pyrrhus Aeacidæ filius.
e regia domo excidit: ꝑmentibuſq; a tergo hoſtiũ telis in tor-
menti ſpeciẽ trãs flumen lancea cõtortus ægre ſeruat⁹ eſt.
dein Glauciæ regi cõmẽdatus ad eius pedes miſerabiliter obrepſit
infans reptatu: q̃n uerbis nõ potuit: riſuq; tẽpeſtiuo ſuã regi ſalutem
cõmendaturus: adultus & in regnũ reſtitutus Italiã cõcuſſit bello:
Siciliã ſubegit: Macedoniã ſuis opib⁹ adiecit: Lacedæmonẽ fatiga
uit. p q̃ tm̃ eſt gloriæ adept⁹ ut ĩpatoria uirtute clariſſimi ducis iudi
cio uni ueteꝝ impatoꝝ Alexãdro uidelicet regi ceſſerit: q nulli belli
ca fuit gloria ſecũdus.

DE Hercule Almenæ filio.

Ercules ſi poetica fides ĩ his recipiẽda eſt quũ ĩ crepũdiis ĩ
h fãs iaceret nouercalib⁹ eſt ãguib⁹ petit⁹ potuitq; facile obno
xia iniuriæ ætas ui ſubita extingui: Niſi tãt⁹ ille ab ĩcunabulis
fuiſſet quãtũ eũ eſſe oportuit q oĩum terraꝝ mõſtra adult⁹ ſuſtulit.

DE Perſeo.

Diiciatur huc non minus poeticis figmentis celebre Perſei
a ſatum. Similius tñ uero q̃ proximũ. Arcæ hic ab Acriſio cũ
matre iclуſus Danae beneficio piſcatoris uixit. Adultus cũ
in maximam ſpem ob egregiam indolem ueniſſet: & aui iniuriã
ultus eſt: & ſuo euẽtu cõprobauit: nullos ferme mortaliũ in reliqua
uita clariores fortunæ benignitate: q̃ quos illa a primo ſtatim ortu
ueluti ſæuiſſima nouerca uideatur abieciſſe. tanq̃.n. ſuæ poteſtatis
oſtẽtãdæ cupida: eos potiſſimũ ab initio periculis obiectat. quos ad
ſũmã reꝝ fœlicitatẽ euehere mater idulgẽtiſſima poſtea facta uelit.

DE Cyro rege.

Imilia ſunt ſed ꝓpiora uero quæ de maiore Cyro memo
s rãtur: in quo de canis nutricatu ægre poſteritas græciæ aſti-
pulatur: certior Phama Cyꝝ cõfeſtim a Mandanæ matris
partu Harpago datũ ut feraꝝ laniatui exponeret: nutritũq; magis
caſu q̃ harpagi cõſilio apud regiũ bubulcũ cæteꝝ agnitũ Aſtyages
maternus auus nõ auſus fatis ire obuiã: ꝓſtitit eũ incolumẽ: ſed nõ
tã pertinax fuit uis illa per quã ſeruatus eſt in eius ĩfantia & pueritia
tuẽda q̃ poſtea pñs i regno adipiſcẽdo famaq; in oẽ æuũ ꝓpagãda.

DE INSIGNI PVERITIA. CAP. III.

DE Christo Nazareno.

Ontigit inſignis pueritia multis. ſed nulli magis q̃ Chriſto
c deiparæ filio cuius uita abſolutiſſima eſt uirtutis idea. Nec
fuit unq̃ in ullo: nec eſſe potuit tanta indoles ut ſtudio ſapi-
entiæ & cæleſtium rerum cura puer parentes reliquerit matre cui
chariſſimus fuit propinquorumq; comitatu relicto: triduo requiſi-
tus: non in pueroꝝ cætibus ſed in ſapientium uirorum conſeſſu:
non puerili intentus luſui: ſed diuinaꝝ reꝝ diſceptationi: nõ in pro-
phano: ſed auguſtiſſimo eſt templo repertus: teſtatus oportere ſe nõ
in iis eſſe quæ hoĩum ſint: ſed quæ ſui qui ſe in terram miſit patris.

DE Ioſippo Iſraelis filio.

Ræclarum & in Ioſippo Iſraelis filio adhuc puero refulſit
p uirtutis exemplum cuius ut mẽs ſomniorum ſagax ſileat:
quũ i Putopharis domo Mẽphi ſeruiret: nõ herilibus illece
bris: nõ ſupplicioꝝ metu ſubigi potuit: ut muliebrẽ libidinẽ ſecutꝰ
cũ hera a quã procaciter appetebatur ſolus ſtupꝝ faceret. maluit ca
ſtiſſimus puer in tenebris inter reos & ſontes uinctus iacere: q̃ eam
domũ in qua clemẽter & benigne alebat flagitio fœdare. dignus q
plus in iis tenebris in quas cõiectꝰ eſt: q̃ oĩs ægyptioꝝ ſapia uiderit.

DE IO. Baptiſta.

Emo inter natos mulierum (ut ſacris utar uerbis) ſurrexit
n maior Ioanne Zachariæ filio: nihilq; in eo ſanctius extitit
q̃ q̄ puer res humanas aſpernatus e medio exceſſit: ſolitu-
dinis cupidus: prætulit Eremum æqualium cœtibus: Ieiunium cō-
meſationibus: Continētiam libidini: Paupertatem diuitiis: per quæ
meritus eſt ut maior q̃ propheta haberetur: nec Iordanes cuius fu-
it accola: magnis licet regibus: magniſq; exercitibus uadatus: ma-
ius uidit unq̃ aut ſanctius præter deiparæ filium.

DE Tobia.

ST & Tobias in hoc laudis genere cēſendus: qui cœleſtis
e nuncii ductum ſecutus: tam & ſi puer adhuc & rerum om
nium ignarus peregre proficiſci auſus eſt: longiuſq; inueſti
gare per quæ paternæ cæcitati opitularetur.

DE tribus Hebreis pueris.

Vit hæc pietas in uno memorabilis: ſed in tribus uel nume
f ro uel exemplo longe clarior: qui ne cultu abducerentur:
alienigenarum ignem oculis admotum contempſere: me
ruit conſtans pietas ut flammam in quam coniecti ſunt innoxiam
fuerint experti. Cecinerunt hymnum Deo ſalutis auctori pueri om
nium qui admouebantur terrorum ſecuri: aut quia humana crude
litas obeſſe his quos numen tuereť nō potuit: aut quia nō debuit.

DE Bernardino Senenſi.

Ernardinus Senenſis pupillari ætate Dianæ matertera cō-
b mendatus prandioli partem pauperibus impartire ſolitus:
quum forte unicus eſſet panis domi: prohibereturq; infrin-
gere: portionē petiit ſuam: quā precario adeptus mendico obtulit: &
hi a pueris per hæc ſuā indolē ꝓbarunt: terriſq; conſpectiorē fecere.

DE Alexandro Magno.

Vnt & Ethnicis ſua exempla. Nam in omni gente extiterūt
ſ aliquando præclari partus & exempla ꝑcocis ad uirtutem
ingenii: ſed omnium indoles maxime memorabilis extitit
in Alexandro Philippi: qui orientem domuit. Cæterum ætate puer
præclarum depoſuit apud Leonidem pædagogum futuræ munifi-
centiæ rudimētum ſiquidem aris admotus ſacrorum cauſa quum
largius thura focis congereret: ſic ſacrificabis inquit ille. quum Ara
biam ſubegeris: cuius ille uocis memor robuſtus rex & iam uictor
thuriferis gentibus bello ſubactis nauim ad eum Thure onuſtam

miſit: præcipiens ut cum diis parcus eſſe deſineret: qui ſecum tã benigne agerent.

DE Prætextato.

a Ge uero quid prætextatus ille quiritii generis? qua eũ idole fuiſſe putandum eſt? qui de more in curiam a patre ductus quum res de qua die illo cõſultus fuerat ſenatus credita ſilentio eſſet: Iſq; domum reuerſus a matreq; appellatus: quum non ipenſis precibus non minis ſubigi potuiſſet: exarſit confeſtim muliebris anim⁹ ut diſceret quid illud eſſet quod tam fido premeretur ſilentio: incredibili deniq; cognoſcendæ rei cupiditate: & ut prona eſt in uetitum hominis natura præſertim impotentioris ſexus: uarie uerſando eo pueri mentem perpulit maternis precibus imparẽ: ut mendacium confinxerit prætextatus ad muliebrem intemperiẽ mitigandam per opportunum. fide enim a matre prius accepta fore ut rem in occulto haberet: decretum inquit eſt ut ad propagandam ſobolem liceat uiris plures uxores ducere: hic bona mulier non tantum fidem præſtitit: ſed præcipiti fama per uiciniam primo: dein per uniuerſam urbem diſſipata autor fuit ut poſtridie illius diei ingens matronarum numerus in ueſtibulum curiæ conuenerit: mirati primores patrum inſuetos matronarum cætus: ubi qd querelarum attuliſſent cognitum eſt: & quid puer cõmentus eſſet ad tegendum curiæ ſecretum irriſit: uniuerſus ordo muliebrem leuitatem: ſtultamq; credulitatem: Puer publice laudatus: datumq; ut uni puerorum omnium curiam ingredi poſthac liceret.

DE Marco Catone.

m Arcus Cato cui ex morte Vticenſis cognomen obtigit: & patriæ & ciuium ſuorum ſe uindicem quantum in ſe fuit puer adhuc præſtitit. Is. L. Syllæ carnificinã uerius q̃ domũ officii gratia cum Sarpedõte pædagogo ingreſſus: poſtea q̃ inde dimiſſi ſunt: ſciſcitatus eſt ex eo ecquorum eſſent hominum capita illa q̃ tã multa numero & a tam multis ad Syllam deferrẽtur? quũ Ro. ea eſſe ciuium ac fere principum ciuitatis & a Sylla proſcriptorũ audiuiſſet: debuiſſes inquit mihi ferrum exhibere ut tam atrocem uindicarem iniuriam.

DE. C. Caſſio.

f Vit in. C. Caſſio ſi nõ maior indoles at maius certe p̃ſagiũ tuẽdæ patriæ: ut pote qui puer in Fauſto Syllæ filio tã acer extiterit libertatis uidex q̃ poſtea adultus in. C. Cæſare dictatore: hunc enim quia tyrannidem affectaret interfecit: illum

quia a patre exercitā laudaret cõtumelioſe pulſauit: cæteꝝ tm̄ abſtu ir ut facti pœniteret ut Põpeio rē cognoſcēte eia fauſte dixerit Caſ ſius profer hic coram ſermonem: quo ſum abs te laceſſitus ut ite rum a me in publico uapules.

DE.C.Cæſare puero.

ſ Ed q̄ hic libertatis ſtudioſus: tam. C. Cæſar qui poſt Syllā dictator fuit: Dominatus & regii nominis cupid⁹: enim ue ro puer ad huc ſemper tragicum illud in ore habuit ſi ius humanum uiolandum eſt: regnandi cauſa uiolari deber. Cuperes naturam illam meliora uoluiſſe. Voluit enim uetita & liberæ ciui tati in qua natus erat. Sed quod puer optauit: adultus tenuit partu ǁitq; tener animus: quod maturus peperit.

DE Alcibiade.

n Ec in Alcibiade minor unq̄ indoles uirtutis uitiorūq; fuit: quem neſcias gloriari ne magis Athenæ debeant ꝙ genue rit: an dolere. Neq; .n. tantum ſtrenue pro patria bellando imperium auxit: quantū poſtea factus illi hoſtis afflixit. Is ſane a pueritia qualis uir futurus eſſet facile documētum dedit: qui ad Pe riclem auunculum deductus: cum ſub triſtem illum conſpicatus eſſet: ecquid eſt inquit auuncule ꝙ doleas? illo uero reſpōdente cru ciari ſe animo: ꝙ curati a ſe propylæi rationem minus apte profu ſæ pecuniæ expoſcenti populo reddere non poſſet: quin imo cogi tandum tibi potius quo pacto non reddas. Atripuit ſtatim pruden tiſſimus uir puerile monitum: & patriam adeo graui finitimotum populorum bello implicuit: ut ſolicita de ſalute imperii ciuitas: alio mentem cõuerterit: ſicq; Alcibiades patriam quam factus uir poſt modum euertit: iam tum puer uiam ut facilius rueret oſtendit. Ma gno rerum publicarum documento nunq̄ his cõmittendā remp. adultis: qui a pueritia præcociorem improbitatem præ ſe ferant.

DE INSIGNI ADOLESCENTIA. CAP. IIII.

DE Dauide Rege.

ſ Vccedit pueritiæ adoleſcentia. qua uitæ parte quicquid na tura inſitum eſt animis hominum uelut iam maturo par tu prodit in apertum: & ut ab re uetuſta: exēploq; minime uulgari ſumatur exordium: quis unq̄ adoleſcens fuit Dauide fero cior: eſt enim uis hæc peculiarior adoleſcentiæ comes: uix pueriti-

am egreſſus cum Golia hoſte immaniſſimo ex prouocatione con
greſſus nō ætate nō ſtatura corporis non armis nulla deniq; re alia
præterq̃ animi magnitudine illi par: ſed felicitate maior:fuit enim
inſignis illa pugna magis inopinato euētu q̃ ꝙ pares coiſſent un⁹
Dauidicæ fundæ ictus phileſteum quātuſcunq; fuit moribundum
explicuit:claro documento poſſe magna a paruis uinci:fortia ab
inualidis:ſi uel prudētia adſit aut ſi fauor numinis qui omni eſt hu
mana prouidentia ualidior aſpiret.

DE Solomone.

Agnum hoc uirtutis exemplum in adoleſcente:ſed ſapien
m tiæ illud quod in Solomone huius filio celebrius exiit ad
poſteros: acceperat is regnū a patre adoleſcens:ne puer di
cam:quum in anceps iudicii genus incidit.Ignobilis puerpera fili⸗
um nuper natum necauit icauto accubitu:hæc(infamiæ metu an
alendi ſtudio non traditur)occulte quod ſatis conſtat alteri puerpe
ræ filium ſubtrahit ſuo ſimilē: enectum ſubtracti loco quieſcentis
lateri leuiter applicat:oritur inter eas contentio:poſtq; longam al⸗
tercationem ad Regem itur:ſtabat populus in concionis modum
circunfuſus ancipitis iudicii exitum expectans: ex eo qualem habi
turus eſſet regem iudicaturus : erat muliebris aſſertio rixæ ut fit: &
iurgio ſimilior:q̃ liti: Tum Rex ite inquit:& quando lis aliter expe
diri non poteſt. Puerum in duas partes diſectum utriq; dimidium
date. Tum uera mater quin uiuat potius inquit:atq; illa integrum
puerum habeat: & arripuit uocem ſapientiſſimus Rex ueritatis te⸗
ſtem puerūq; huic addixit:ī quo ſeruādo matern⁹ extiterat affect⁹.

DE Daniele.

On multum abſimilis huic queſtio illa memorabilis qua
n uſus Daniel adoleſcens fatidicus Suſannæ pudiciciam ab
infanda calumniæ labe uindicauit accuſatoribus in id ſup
plicium:quod puellæ intenderant compulſis.

DE Ioſippo Iſraelis filio.

Ed quanta huius fuit ſagacitas in Suſannæ cauſa cogno⸗
ſ ſcenda:tanta ac neſcio an maior etiam in Ioſippo proui⸗
dentia qui in ipſo limine adoleſcentiæ duplex Pharaonis
inſomnium interpetratus: fatali inopiæ iuſſus ire obuiam Aegy⸗
ptum uniuerſam ſeptem annos a teterrima defendit fame.Patrem
cum tota domo iniquitate illa temporum:gratuita frumentatio⸗
ne ſuſtentauit.

DE Daniele iterum.

T in quo uirtus una eſt:plures in eo eſſe credi par eſt:ſed ſi
a quis ī Daniele omnes fuiſſe dicat non minus uere id q̃ pie
dixerit. Nam quãta in eo prudẽtia apparuit: Suſanna a tã
deteſtabili calumnia ſeruata:tanta quidem ac neſcio an maior eti-
am in eodem uictus continentia.Qualis & in Anania fuit:Miſaele
& Azaria eius æqualibus:qui regias dapes aſpernati leguminibus
& aqua contenti uixere ne patria lege aberrarent.

DE Aphricano maiore.

Ge nunc quid Ethnici:nam ſunt & his ſua exempla.P.Sci
a pio qui primus ex Aphrica bello uicta cognomen reporta
uit:is puer adhuc primo ſuo Tyrocinio Scipionem patrẽ
equeſtri prælio quod cum Pœnis eſt ad Ticinum amnem cõmiſ-
ſum grauiter uulneratum & ad terram afflictum ī aduerſum hoſti
um globum ferociter inuectus periculo ſeruauit.adoleſcens nõ ſo
lum ciuica corona dignus:ſed īmortalitate etiam nominis.ad quã
præmatura uirtus cũ argumẽto pietatis manifeſtũ illi patefecit iter.

DE Antigono Demetrii filio.

Abuit præclarum Scipiõis exemplum plus fortitudinis.ue
h rum in eo quod de Antigono Demetrii filio traditur:ma-
ius quodam pietatis ſpecimen fuiſſe uideri poteſt:erat An
tigonus adoleſcens.quũ Demetrius pater ī Cherſoneſſo Syriæ:ubi
Seleuci iuſſu ad extremum uitæ tempus cuſtoditus mortem obiit.
intẽderat ille curſum in Syriam audito patris obitu ut eius cineres
in Græciam deportaret:eratq; iam multum eius nauigationis emẽ
ſus:quum illos obuiã habuit: quos magna ueneratione cõplexus
urna clauſit aurea:purpura & diademate inſtrata regia naui ſubli-
miter collocat.circunſtabãt haſtati iuuenes armorum fulgore cõ-
ſpicui:factum canebat carmẽ Xenophantes modulator ætate illa
inſignis: tanta uocum ſuauitate ut remorum pulſum nautæ præ-
ſenti modulationi accõmodarent:& Antigonus per inſulas & ur-
bes græciæ paternum funus tam pie extulit.

DE Aphricano maiore.

Vbit nunc ex hac duorum comparatione alterum Scipio
ſ nis exemplum per quod ille ruſus fit maior Antigono:uel
ꝙ fortior fuit quia continentior.Capta Carthagine in Iſpa
nia:perducta eſt ad Scipionem ducẽ & ſi ad modum adoleſcentẽ
puella nobilis atq; eleganti forma hanc ille caſte ſancteq; in ſuorũ

aduentum cuſtoditam adoleſcenti nobiliſſimo cui deſpõſata erat intactam & ſine precio reſtituit:illud dũtaxat cum eo pactꝰ ut amicus inde eſſet.R.populi:& ut in animũ induceret in romana ciuitate multos eſſe uiros ſui ſimiles.

DE Eodem Aphircano.

Vid illud eiuſdem?ſatis eni ut arbitror foret ad hoc quod
q propoſui demoſtrandum unius adoleſcentis uita ſi unius
contẽti eſſemus exemplo. nam quid rogo?quid unq̃ tam dignum romana indole fieri contigit?aut quid potiſſimũ ab adoleſcente eſt ullo ſpetioſius exemplũ editum:q̃ ab eodem Scipiõe? qui Romanis legionibus ad Aufidum in Apulia cæſis:quum nobiles quidam adoleſcentes ex ea acie elapſi de Italia reliquẽda cõſilia agitarẽt:ad eos ſtricto ferro repẽte ingreſſus adeo terruit minaciter inſtans:ut non ſolũ ꝓpoſito auerterit: ſed paſſi ſint etiam a ſe iuſiurandum exigi de patria non niſi cum uita relinquenda.

DE Alexandro Magno.

Alis fuit adoleſcens:niſi maior etiam ſit habendus Alexã-
t der Philippi filius.qui Bucephalum equum iſignẽ a patre
nuperrime emptum quum a nullo ſubigi poſſet ut equitẽ pateretur:Primus indomitæ peruicaciæ domandæ rationem oſtẽdit.mox præter omnium opinionem quadrupedem aſcendit:ac citro ultroq; effuſis aperto cãpo habẽis ad laſſitudinem agitauit.quã in filio indolem uigoremq; exoſculatus Philippus:dixiſſe fertur:aliud tibi regnum quæras fili:nam te Macedonia non capit.

DE Eodem Alexandro.

Agnum certe fuit ferum equum tam ſubita ui ab adoleſcẽ-
m te ſubigi potuiſſe:quũ multi fruſtra eam regi operam na-
uare conati eſſẽt:ſed præſagium fuit illud non exemplum Bellicæ uirtutis:id quod ſequitur plus indolis & admirationis habet: ſiquidem tener ad huc annis memorabili illa pugna ad Cheroneam edita qua græciæ opes funditus concidere: primus omnium Alexander impetum fecit in ſacram thebanorum cohortem. quæ quo inſignius dimicauit eo maius huic reliquit nomen per quem primum impulſa eſt.

DE IVVENTA. CAP.V.

Mnium ætatum iuuenta longe operoſiſſima eſt:cui i uni-
o uerſum tota debet uita.Liberos procreat:alit infãtiam:iſti
tuit pueritiam:Adoleſcentiam ducit:ſe ipſam regit & or-

nat: tuetur ſeneƈtutem: decrepitatem fouet: hæc demum uita ſolũ eſt. Quod præcedit luſus & laſciuia: quod ſequitur ſupplicium: nulla ſui parte hominis uita pluribus abundat exemplis: ſed nos paucis contenti ſumus atq; eorum præſertim qui ex omni flore hominum leguntur: ut per quos fit quæq; pars uitæ inſigniter acta: breuis relatio demonſtret.

DE Ieſu Nazareno.

n Vnc quis auſpicacius huic dabit parti exordium q̃ qui exẽplar fuit uirtutum omnium? qui omnis docuit gẽtes Rex fuit quin potius Rex regum: per quem uia ad cælum homini patefacta eſt: omne uirtutum ſpecimen in aperto poſitum: nam quod ad hoc ptinet: Quis Chriſto fuit unq̃ ſapientior cuius nomen in ſapientiæ appellationẽ abiit? qs potentior q̃ qui propria uirtute operatus eſt ut cæci uiderent: audirent ſurdi: claudi ambularent: mortui reuiuiſcerent? Quis fortior q̃ qui moriẽdo mortem uicit? aut quis ꝓuidentior q̃ q tacitos intra præcordia cogitatus hominũ præuidit? Qui rogare uolentibus totiẽs occurrit: quæ i ſe poſtremo euẽtura erant tanto prius præuidit ac prædicauit? Quis frugalior aut continentior: q̃ qui cum omnia poſſẽt: nihil tamen habuit: nihilq; habere uoluit? Quis humilior q̃ qui piſcatores ſibi comites legit? Qui publicanum non auerſat⁹ eſt? Quis demum clementior q̃ qui latroni dedit ueniam? Meretricem flentem non a ſe reppulit: fuerunt equidem aliæ uirtutes in aliis: in Chriſto Nazareno omnes fuiſſe fatetur humana pietas.

DE Sanſone.

n On caret admiratiõe quod de Sanſone proditum eſt ad poſteros. qui unus cum una philiſteorum gente interneciuum bellum geſſit: enim uero ſiue fatali robore: ſiue cœli prouidentia inuiƈtus fuit: Contra multa milia hoſtium (quod ſatis conſtat) ſolus & inermis proſpere dimicauit. Idem hoſtili urbe deprehenſus ubi ſub noƈtem uim ſenſit aduerſus ſe parari: remolit⁹ ẽ portas urbis auulſaſq; poſtibus in iugum montis detulit quod hoſtili urbi iminebat: ſtatuitq; in conſpeƈtu attonitæ ciuitatis Ludibrium uerius q̃ Trophæum.

DE Solomone Rege.

ſ Ed quantum in hoc finitimi hoſtes uires ſtupuere: tantũ in ſolomone omnes gentes ſapientiam: cuius fama impulſa Aethiopũ Regina Hieroſolima uenit; audiuitq; regem nobilis hoſpes: & quem abſens mirata fuerat: præſens uenerata eſt: donauitq; amplis muneribus ſed ipſa multo amplioribus aucta; ueritatem. ſ. adepta: quam tum omnis cæterarum gentium miſerabilis ſapientia ignorabat.

DE Dauide Rege.

ſ Vbit nunc proximæ relationis admonitu propheticæ mentis exemplum: cum arte omnium pulcherrima coniunctum: Dauid qui Solomõis fuit pater: diuino (ut credi par eſt) afflatus ſpiritu partem multo maximam eorum: quæ i Chriſto longo poſt temporis interſtitio euenerunt: fatidico carmine præcinuit: humanum genus futuræ ſalutis admonuit: ut dubium ſit uter maior hic uates: an ille ſapientiæ antiſtes ſed hic ſanctior: qui cœlo propius acceſſit: ille clarior fama qui ſapienter imperauit.

DE Iuda Machabeo.

e St & Iudæ nomen ingens cognomento Machabei: nulli maius rei Bellicæ ſtudium: nullus unq̃ hebreorum ſæpius cum hoſte dimicauit. Nullus toties uictor fuit: in quo illud præclarum & maxime memorabile: q̃ fortunam gentis afflictam: ac propemodum extinctam tueri adortus adeo Bellica uirtute erexit: ut in. Ro. populi ſit ſocietatem receptus: ex quo facta eſt eo duce Res Iſraelitica Syriæ & Aegypti regibus multo q̃ antea infeſtior.

DE. Io. Baptiſta.

e T quia ad huc unius gentis lumina cenſcẽtur. Age nunc & quantus fuit. Io. Zachariæ filius: non ceſſit hic ſuæ gentis hominibus aliis alio genere laudis excellẽtibus abſtinẽtia uero & ſanctitate poſt Chriſtum Nazarenum: qui extra omnẽ humanitatis aleam eſt habendus: fuit omnium longe princeps.

DE Iob Patientiſſimo Hominum.

f Vit & in uno patientia omni æuo memorabilis. Iob nomen illi redditur: fuitq; is cuſſeæ terræ accola: grande pecꝰ & fortunas oẽs uno tp̃e amiſit: liberi, pmiſcuæ mares & fœminæ ſubita ruina obtriti pierunt: & qđ imenſo erũnaꝝ cumulo acceſſit: ipſe ſanie tabeq; cõſumptꝰ, oiq; mortaliũ ope deſtituꝰ oĩa patiẽter tulit: cõuiciãtis p̃cipue cõiugis intẽpiẽ: pietatẽ & innocẽtiã

pro delirio & ſtultitia illi exprobrãtis & quidẽ Iob ex florentiſſimo uitæ ſtatu hominumq; opinione fortunatiſſimo erumnoſiſſimus factus nulli iratus ſemper illud in ore habuit. Deus abſtulit eius ſemper laudetur nomen: quæ uox meruit: ut his tot malis defunctus: multo plura deinceps poſſederit: q̃ amiſerat. uita in multos annos fœliciter prorogata.

DE Socrate.

Ocrates: ut aliarum quoq; gentium exempla referãtur: del
ſ phico oraculo mortaliũ ſapientiſſimus iudicatus: ſemper eodẽ fuiſſe uultu tradiṫ: neq; hilarior uiſus die quo uxorẽ duxit aut turbatior extremo uitæ tẽpore quum uenenũ hauſit. hic cuncta græciæ ingenia humanæq; ſapientiæ flumia illa ubertima: quæ omnes terras inundarunt. fuitq; tanta uirtus nihilo minus inuidiæ obnoxia damnatus publice eſt: ueneno q; ſublatus cuius ſupplicii tanta ſecuta eſt pœnitentia ut accuſatoribus inſigniter multatis ſtatua ſit illi publice decreta: Adeo leuiter interdum multitudo & amat & odit.

DE Hecule.

Ortitudinis exemplum græciæ aſtipulatu (nam aliæ uirtu-
f tes in aliis fuere: non omnes in omnibus) Verum neſcio an omnium maxime memorabile in Hercule fuit Alcmenæ filio ſi quæ de eo ſcribũt græci genus hominum in ſuorum laudem propenſiſſimum ſunt recipienda: enim uero ubiq; ille ĩuict⁹: oĩb⁹ terrarũ mõſtris nouercali ĩperio obiectus ſtetit: ſed hæc tã tradẽda ſũt q̃ tradita: poeta℞.n. fabulis ꝓpi⁹ accedũt q̃ hiſtoricæ fidei.

DE Milone Crotoniate.

Vlto ueriora ſunt & ad ea credenda fides ſua ſponte proni
m or quæ de Milone Crotoniate tradũtur: ſolitum eũ frequẽtiſſimo græciæ ſpectaculo ingentẽ taurum geſtare hũeris. Idem (niſi forte alius fuit ab eo diuerſus hoc nomine) quum ueſtigio conſtitit: a nullo potuit ſubmoueri: Nec eius digitus corrigi quum pomum manu teneret.

DE Alexandro Macedone.

Vin illa potius fortitudo cenſenda quæ audendi fortia ſit
q ſcientia quædam: in quo genere laudis Alexander Philippi tam eminens fuit ut nemo fortium imperatorum aut regum ſit illum rerum geſtarum gloria æmulatus. Nullus tantum terrarum ſubegit armis: aut tã numeroſos profligauit exercitus. Nihil ille bello tam arduum & difficile tentauit: quod nõ ſit demum adeptus: & quod eius fœlicitati uel uigori potius: inuictoq; animo

iure imputes: nulli de tot gentibus tam celeris uictoria contigit. Tantum enim terrarum cepit quantum obequitare potuit.

DE.C.Cæſare.

Nus omnium qui omni memoria fuerunt.C.Cæſar dictator hunc cuiꝰ nunc memini geſtarum rerum magnitudine propemodum æquauit:in uno etiam fortaſſis maior habēdꝰ: ꝙ hic noſter toties collatis ſignis cum hoſte dimicauit:quoties nec macedo nec alioꝝ ducum iperatorumue quiſq̄. Idē plura hoſtiū millia acie cecidit:q̄ cæteri duces uicerint.ſubit & illa reputatio: Cæſar priuata domo modiciſq; fortunis ortꝰ ad faſtigiū reꝝ euectꝰ eſt:nomēq; ſumi ducis adeptꝰ.q̄ eo macedoni fuerūt aditū faciliora:ꝙ & patrē regē habuit:& eūdē tyrocinii magiſtrū nō pœnitēdū.

DE.M.Curio Dentato.

Ontigit magnæ cōtinentiæ nomen.M.Curio Dentato:q aurū quod a ſamnitibus offerebatur: non ſolum repudiauit:ſed laudabile exemplum memorabili reſponſo illuſtrauit:teſtatus nō egere ſe auro q̄ diu cupiditatibꝰ poſſet ſuis īperare.

DE.C.Fabricio.

Ec.C.Fabritii obſcura in eo genere uirtus qui non gentis unius munera ſed regis aurum: regnumq; opulētiſſimum in cuius partem recipiebatur eſt aſpernatus.dignus cui hoſtis non ſolum captiuos ciues gratis reſtituerit:ſed eius quoq; ciuitatis optauerit amicus fieri quæ tantum ſortita eſſet ciuem.

DE Iunio Bruto.

Vlla uirtus minus eſt uulgata: q̄ Iuſtitia:nulli tamen magis debet hominum uita:habet hæc quoq; ſua exēpla Iunius Brutus duos filios adoleſcentes: quia poſt aſſertam libertatem comperti ſunt conſilium cum paucis cæpiſſe de urbe regibus prodēda:in conſpectu populi uirgis cæſos capitali affecit ſupplicio: ſpectaculum memorabile: ſi hominum affectus:ut corpora oculis cernerentur.Stabat hinc liberum charitas: inde patria:accuſat hæc:illa excuſat:expedit hæc faſces:illa impedit:trahit una ſōtes ad ſupplicium: altera retrahit:uicit demum quæ uincerē debuit: ceſſit humanitas rationi: charitas iuſtitiæ: priuatus luctus publicæ ſaluti:ſecutuſq; eſt Brutus non quod uoluit:ſed quod debuit.

DE Manlio Torquato.

Ec credere eſt Manlium Torquatum(abundamus enim domeſticis exemplis)tum prorſus humanitatem exuiſſē

quum filium ſecuri percuſſit: quia contra conſulare imperium in hoſtē dimicaſſet: non filium fortem pater auerſatus eſt. Nemo non ſuos uult & fortes & bonos eſſe: ſed militarem diſciplinam ab eo neglectam uindicauit. poſt habuit itaq; priuatum affectum publicæ utilitati maluitq; eam Rei publicæ partem qua Romani ſumma ſtabat imperii q̄ filium eſſe incolumem.

DE Catone Minore.

q Vid. M. Cato. C. Cæſaris æqualis uir quum morum ſanctitate: tum cætera uita omnium Quiritium longe princeps? An ob ſingularem animi continentiam non dignus fuit qui in ea ciuitate naſceretur: quæ omnium iuſtiſſima eſſet? aut in qua de principatu non armis: ſed uirtute contenderetur? Prodeſt homo homini. proſunt etiam quidam multis: unus Cato in uniuerſum non patriæ ſolum: ſed uitæ profuit.

DE SENECTVTE. CAP. VI.

p Ræterea cætera iuuentutis exempla: ſparſim deinceps uerum in ſuo genere dicenda: ſiquidem nunc omnia exequi ſuperuacuum ſit: & a præſenti propoſito alienum: nō enim in ſuum genus dicta: factaq; memorabilia nunc rediguntur: ſed humanæ uitæ partes deliniantur inſigniter acta. Nunc q̄ ad rem attinet: ut omnis ſplendor gerendarum rerum iuuentutis eſt comes: ſic pietas: conſilium: & auctoritas ſenectutis: inſunt & aliæ laudes: eſt enim pars hæc uitæ omnium humanarum uirtutum portus: in quem uelut ex longa iactatiōe ſe ſe recipiunt: ac uelut in tuto conquieſcunt.

DE Habraamo.

n Ihil tamen eſt tā huic ætati propriū: q̄ pietas: cuius tāta fuit in Habraamo cura & ſtudium: ut unicū filiū: quādo id facere e cœlo iuſſus eſſet: nō dubitauerit aræ pro hoſtia admouere in holocauſtū daturus: dediſſetq; haud dubie piētiſſim⁹ ſenex: niſi ut ferro parceret; eodem fuiſſet oraculo admonitus.

DE Eodem.

ſ Vbit nunc alia reputatio haud minoris exempli: hominē ſenio cōfectum ea fuiſſe apud adultum: & iam robuſtum filium auctoritate: ut ſciens ille uolensq; pro uictima ſit uinctus & ut tener uitulus: aut mitis agnus ſine reluctatione ad aram ſe admoueri ſit paſſus. tanta tū in uno fuit uiro pietas: tanta ſimul & auctoritas: hæc domus imperatrix ſuæ: illa numinis di-

ligens cultrix.

DE Moſe.

Vlli hominum contigit tã familiare numinis cõmerciũ q̃
n Moſi.Nullus maiore cœli fauore ductauit exercitũ:cui ſua
ſpõte patuit mare:aquæ pumicibus exiluerũt:quibus ama
ror inerat dulces factæ. Idẽ cæleſti rore pauit populũ ĩgẽtẽ:religio-
ne rexit: hoſtem p̃catione fudit. Nulli prima rerum origo fuit nod
or:& quæ proxima fuerunt originibus:iuuenta exercita: exercitati
or ſenecta.Fama & celebritate magnus:ſed maior propheta:ac ne
ſcio an omnium etiam qui omni memoria fuere:maximns.

DE Noe.

Vid Noe non ne & ipſe iam ſenior oraculum ſecutns in-
q credibili ſolertia:irrequietoq; tot annorum opere: arcam
fabrefecit? Fabrefactam rexit Cataclyſmo omnia obtinen
te? Per quæ eſt & ipſe cum tota domo ſeruatus:ſeruataq; cum eo
animalia quæ ſpeciatim ſolerti indagine nauigio incluſit.

DE Ioſippo Chriſti patre.

Agnum quidem fuit & ad poſteros memorabile unius
m opera cõtigiſſe humanũ genus reparari:ſed maius illud &
illuſtrius uiro admodum ſeni iam ætatis exactæ datum:ut
regi regum & nutricius eſſet & cuſtos. Nulli unq̃ ſanctior alum-
nus contigit. Nulli auguſtior Nutricatus: Ioſippus enim primus
omnium Deiparæ filium nuperrime ortum uidit. Primus adora-
uit. Angelicos cantus audiuit: Magos uenientes excepit: Infan-
tem aſportauit: Puerum requiſiuit: & quod fœliciſſimi cumulo
miniſterii acceſſit: Chriſti pater:& rector eſt dictus qui omnium
uerus erat pater & moderator ſummus.

DE Symeone.

Fruit & Symeonis ſanctitas non parũ.qui oraculo inſtru-
m ctus fore ut non prius humanis excederet:q̃ Chriſtũ uide-
ret conſecutus eſt ut uiuens ſuis ſit amplexus ulnis eum:
qui cœlum:& quæ cœlo continentur:uno fouet complexu.

DE Numa Pompilio.

Vnt oppido multa:ĩſigniaq; ætatis huius exẽpla:cæteq; qa
f ſẽio decrepita ætas hæret ſuntq; ipſæ uitæ ptes p̃pemodũ in
diſcretæ:adeo ut q̄ unius ſit:alterius eſſe uideri poſſit:uten
dũ eſt parcius exẽplis.Nunc quãdo de potiore hominũ ordine eſt
abũde dictũ:æquũ eſt ut & p̄phanis hõibus ſua reddãtur exẽpla

Magnum itaq; eſſet pietatis nomen Numæ Pompilii qui Romæ
ſecundus a Romulo regnauit: niſi ſtultitia uerius q̃ iuſtitia: ſuperſti
tio non religio habẽdus ſit malorum Dæmonum cultus: fuit is au-
ctor ut Martia ciuitas & ad id tempus rei bellicæ addicta: Aris & ſa
cellis Dæmonum addiceretur: dignus ſenex qui meliora uoluiſſet.
Nemo tenacior cuſtos fuiſſet religionis: quippe qui hoſtium acceſ-
ſu repente nunciato: ego inquit ſacrifico.

DE Cæſare Dictatore.

Onflixit Cæſar dictator cum hoſte quinquagies collatis ſi
c gnis quoties Ro. ducum nemo. Verum exacta ætate &
iam ſeneſcere incipiens cunctatior factus eſt ad ineunda
prælia: ueritus: ut credere eſt: ne fortunã quam toties ſecũdam fue
rat expertus: aduerſam ſemel experiretur.

DE Marco Marcello.

Aior in Marco Marcello iã ſexagenario ferocia: maiꝰ bel-
m lãdi ſtudiũ: Quippe q per quietem ſæpe ſibi pugnare uiſus
eſt: optauitq; idẽtidem ut uno incluſus loco cũ Hannibale
omnium qui omni memoria fuerunt ducum ferociſſimo de ſum-
ma rei armis decerneret: hoc certe fuit cur Ro. ſit populi gladius
dictus: quum Fabius qui cunctando uicit: clypeus diceretur.

DE Fabio Maximo.

Regit Fabii huius prudentia non minus pœnum q̃ Mar-
f celli inuictus animus: ac neſcio an ſalubrior ẽt fuerit fabia-
na maturitas iacẽti & afflictæ patriæ q̃ Marcelli ferocia: hic
punicas uires primꝰ fregit: ille ludificatꝰ eſt. Traxit hic quo uoluit: il
le qua hoſtis noluit ire coegit: uicit hic ſæpe: eſtq; aliquãdo & ipſe ui
ctus: ille citra cruorem exercitum quo uoluit egit: fœlicior euentu:
Fabii q̃ Marcelli uirtus: hic in inſidias præcipitatus concidit: ille pa
ce parta uniuerſæ Italiæ conſenſu graminea eſt corona donatꝰ: qui
poſt modum in altiſſimo ſenio naturæ conceſſi

DE Socrate.

Ocrates mortalium ſapientiſſimus eſt delphico oraculo
ſ iudicatus: quod niſi Athenæ longe aliter perſuaſum habuiſ
ſent: nunq̃ uir iuſtiſſimus uenenum hauſiſſet publice dã-
natus. Sed quem uiuum odit defunctum deſyderauit incoſtans ci
uitas: accuſatores enim eius exilio damnauit: defuncto ſtatuam in
publico poſuit. adeo leuiter aut odit aut amat ciuilis multitudo.

DE Catone maiore.

St Cato maior populi.Ro.iudicio prudens appellatus(id
e enim eius nomen arguit)Cæteꝝ nemo unq̃ in ea ciuitate
maioribꝰ eſt odiis exercitus:quadragies ſexies reꝰ cauſam
dixit:eſtq; ſemp abſolutꝰ:ualuit ſcilicet plꝰeloquẽtia quæ humanis
rebꝰdominaẽ et inocẽtia:q̃ omnes inimicoꝝ ualidiſſimi cõatus.

DE Pericle Athenienſi & Demoſthene.

Irata eſt uetus comædia ĩ Pericle Athenienſi eloquẽtiã:at-
m q; adeo mirata ut fulgura eũ & Tonitrua ciere:nõ loqui di
xerit.Sed maiꝰ ex ea re nomẽ Demoſthenes reportauit to
tius græciæ aſtipulatu: quæ eo loquẽte pacẽ & bella ſuſcepit: ſuſce
pta depoſuit:fœdera cum regibus iunxit:iuncta diſſoluit.

DE.M.Tullio.

Ar laus apud noſtros .M.Tullio contigit atq; eo fortaſſe
p maior quo amplior fuit Res Romana in qua Cicero uer-
ſatus eſt:q̃ Attica.Expulit hic Catilinam ex urbe: expulſũ
oppreſſit:Antonium ꝓſcripſit:leges & plebiſcita ut ſancirẽtur hæc,
illæ ut ſancitæ abrogarentur ſando tenuit:& quod omnium maxi
mum in eo fuit maximeq; laudabile tantum unius ingenio Ro-
manꝰ creuit ſermo quãtum ductu & auſpiciis omnium quos Ro-
mana unq̃ ciuitas habuit ducum creuerat imperium.

DE DECREPITA AETATE. CAP.VII.

DE Dauide rege.

Vnt & aliæ ſenectutis laudes ſed nunc pauca & uelut flo-
ſ res leguntur:quod in reliqua uita fecimus.ſupereſt ut de ex
trema hominis ætate dicatur quæ ab iis uiuitur qui decre-
piti uocantur.Plus in his honeſti otii q̃ negotii: ueneramur hos hõ
mines non miramur:ineſt & auctoritas ante actæ uitæ præmium:
quæ tanta in Dauide fuit rege:ut quum plures eẽnt illi filii atq; iidẽ
grandes natu:legitimeq; orti:ipſeq; Solomonem minimum natu
& ex aliena coniuge conceptum regem declaraſſet:tantum abſuit
ut quiſq̃ uiuo patre ſit aliquid mouere auſus aut ſignum irati ani
mi dederit ut eo etiam defuncto:(neq; enim diu ſuperfuit) regium
nomen cum ipſo regno inoffenſum illi manſerit.

DE Iſraele.

Verunt uirilis ſtirpis filii duodeci Iſraeli:& ſi unus qui lon-
ſ ge aberat Ioſippꝰ ꝓ amiſſo & deplorato haberi poterat.cæ
teri.n.cũ impio patris iam decrepiti ĩ ægyptũ ex palæſtina
profecti eſſent ut inde frumentum coemerent:eſſetq; Beniamin in

ſurti crimen deuocatus : fratres ad annonæ præfecti pedes prouo-
luti quum Iuuenis ſupplicium deprecarentur : identidem teſtati
ſunt futurnm ut uno fratrum periclitãte: cæteri extorres fierẽt.quã
do eã legẽ a parte accepiſſent : ut illo quo quo modo amiſſo om-
nes exularent.

DE Eodem Iſraele.

Idem reuerſi ex ægypto:capularis ſenis(erat.n.tum grãdis
I natu Iacob ut iam natura non fato uiueret) auctoritatem
ſecuti:patriis ſedibus:penatibuſq; relictis: cum patre & tota
domo in ægyptum migrauere.

DE Moſe.

Vlchrum certe fuit nec uulgaris exempli in tantum filiorũ
p gregem ad extremum imperium tenuiſſe in re præſertim
erũnæ & deſyderii plena. ſed illud multo pulchrius q Mo
ſes iam æuo confectus numeroſum exercitum non ſolum ad mi-
litare obſequium habuit obſequẽtẽ:uerum etiam legum obſeruan
tiſſimum: quibus in legitimæ ciuitatis ſpeciẽ uniuerſam gentem in
ſtruxit non multo prius q̃ uita decederet.

DE Aurelio Auguſtino.

Vrelius Auguſtinus quum iam nonagenarius eſſet : non
a minus operoſe exercuit diuinarum litterarum ſtudia:quã
Iuuenis media ætate fecerat ſcripſit itaq; plura q̃ quiſq̃ le-
gerit ſi uerus eſt Poſſidonius . is decipi eum opinione credidit qui
omnia quæ Auguſtinus.ſcripſit arbitraretur ſe legiſſe : acceſſit his
(quod hominis uel fœlicitati uel ſapiẽtiæ potius aſſignari poſſit)au
ctoriras tanta:ut nullius ſcriptis poſt euangelicam hiſtoriam:tarſẽ-
ſiſq; Pauli: maior hominum conſenſus acceſſerit.

DE Origene.

Ed q̃ Aurelii ſtudia auctoritate eminent:tantum nec min⁹
ſ Origenis:ſcriptorum uarietate : huius ſena millia librorum
legiſſe ſe diuus Hieronimus ſcribit uir uel maiore fide di-
gnus:nunq̃ rem tantam ponere eſſem auſus: ut pote uix dignam
relatu:niſi tanti uiri interceſſiſſet auctotitas.auxerunt aliorum ſtu-
dia Bibliothecas ac per partes compleuere.unus Origenes inge-
nii fœlicitate Bibliothecam unã quamuis ingentẽ implere potuit.

DE Enoch Propheta.

Ge nunc & peruetuſtæ rei admonitu pertinax illud pie-
a tatis ſtudium:perpetuaq; Enochis cenſeatur cura: qui ter-

centum annos quibus uiſus eſt in terris: ſemper ſit cœli numen ſecutus: ut diuinæ tradunt litteræ. Felix uita: & beatitatis plena: ſēper ac uere uitalis & in numinis comitatu: ppetuo bōi particeps.

DE Maſiniſſa Rege.

i N prophanis non unus inſigniter uixit uel extrema ætate. ſexaginta regnauit annos Maſiniſſa rex populi Romani amiciſſimus. nonagenarius ſine Ephippiis equum aſcendit. nudo capite pedibuſq; iter fecit: procreauit & filium extremo uitæ tempore: & quod in eo maxime fuit memorabile: ſuprema ætate confectus cum opulentiſſimo carthaginenſium exercitu collatis ſignis proſpero Marte dimicauit.

De Catone Maiore.

c Ato Portius quiritium unus octogenarius filium genuit tā uiuida ſenecta: ut ne conſenuiſſe quidem uideretur. mira certe fuit tam intēpeſtiua procreatio: ſed illud æque mirū ne maius dicam: q multis cōtra tendentibus: ualidis lateribus Voconiam legem. Po. ſuaſit. ingenioſo ad hæc argumento in difficili conſultatione uſus autor fuit Carthaginis e medio tollēdæ: frequēti curia teſtatus tam uicinam habere Ro. Po. inimicam urbem & hoſtilia meditantem q̄ pomarium illud eſſet: unde decerpta erat ficus: q̄ recentem in medium protulit.

DE Iſocrate.

i Socrates quarto & nonageſimo āno uitæ librū edidit quē Panathenaicū inſcripſit. ſuperfuit operi ānos quinq;: fuitq; extrema ætas pat ſuſcepto labori uirib⁹: iudicio: memoria. quæ omnia niſi illi abunde affuiſſent: nunq̄ in tantum æui prouectus tam ſeria ſcribere potuiſſet.

DE Gorgia Leontino.

l Eontinus Gorgias huius magiſter qui centum & ſeptē uixit ānos: nec tñ tā lōgæu⁹ ab opere & ſtudio ceſſauit unq̄: hic idem quū ex eo quæreretur cur tam diu uellet i humanis eſſe: nihil eſt inquit cur ac huc ætas a me accuſari poſſit. Iucundus & optabilis uitæ curſus cui tantus annorum numerus nihil abſtulit: au ctoritatem uero multo maiorem peperit.

DE. M. Furio Camillo.

m AR. Furius Camillus ætate iam lōge exacta grauia & periculoſa obiuit bella: non minori conſilio & coſtantia q̄ cū integra fuit ætate.

DE Valerio Coruino.

p Ari uigore animi fuiſſe Valerium Coruinum qui centum uixit annos credere æquum eſt: interfuerũt enim anni ſex & quadragita a primo eius conſulatu ad eum magiſtratũ quem geſſit poſtremo uitæ tempore.

DE Phocione Athenienſi.

m Emorabilius hoc in Phociõe Athenięſi q quadragies quĩ quies cũ ĩperio præfuit exercitui: potuit gregarii militis uita illuſtrari ſiquis tot ſtipẽdia feciſſet: quot ille obiuit imperia.

DE INSIGNI VITAE EXITV. CAP. VIII.

a Bſoluta uideri poterat uita hominis niſi homo plus nimio uiuendi cupidus ipſum quoq; moriendi tempus uitæ imputaret: tanta libido eſt lucis huius propagandæ. quanto æquius iudicaturus ſi dum infans eſt: dum ægrotat: dũ luget: dũ ſenex eſt & decrepitus mortem id tempus non uitam duceret: uerum quando tam tenax eſt lucis huius ambitioſa mortalitas: & ad ſe ipſam circunſcribendã ingenioſa: placetq; hoc quoq; uitæ imputari: ex immẽſo exemplorum numero pauca in fine libri huius referam ad inſignem uitæ exitum pertinentia.

DE Ieſu Nazareno.

m Ira quidem ſunt tam & ſi hiſtorica fide & aſtipulatione multarũ quoq; gẽtiũ recepta & illuſtrata ꝙ die dominicæ mortis terra horrende mota ſit: ſol ſine Phyſica deliquii cauſa obtenebratus: ſepulchra ſua ſponte patefacta. ꝙ ſanctorum corpora ſurrexerint: quorum ſimulachra ſint cum hominibus cõgreſſa: ſed omnium illud maxime excellens ac ſupra q̃ dici poſſit arduum: ꝙ tertio poſt die q̃ cruci affixus erat Chriſtus humanæ auctor ſalutis propria uirtute reuixit: obtulitq; ſe ſuis non uno loco uidendum tractandumq; etiam ut fides iis accederet quorum humana ratio non erat capax: ſed deſinunt uideri hæc mira: dum in quo facta ſint mens reputat: potuit omnia qui hæc operatus eſt: potuit quidem & uoluit. ne ad lucem oculis admotam caligaret humanum genus.

DE Helia Propheta.

h Abet & illud non paruam admirationem uixq; fidem inueniat niſi ad cœli prouidentiam omnia referantur. Helias prophetarum unus cum toto curru quo uehebatur & cæleſti igne ſublimis aſſumptus ex hominum oculis euanuit: nec

in terris eſt ab ullo amplius uiſus præter q̃ in chriſti congreſſu.uiuit ad huc uitam.& ut fides recepta eſt:humanis gentibus teſtis olim & uindex futurus.

DE.Io.Zebedei Filio.

Vit & arbiter illius ſacratiſſimi congreſſus Io. Zebedei filius:cui lõgo dein tẽpore non multũ abſimilis cõtigit uitæ exitus.is quũ undecenteſimũ annũ ageret:frequenti populo in ſcrobẽ deſcendit ſecundũ aram maximam templi: refulſit locus ſubita luce: ſubiitq; tacita religio facti tã incredibilis Epheſinã ciuitatẽ:quæ maiorẽ in modũ poſtea aucta eſt:ubi corpusnuſq̃ apparuit:adiicitur miraculo:fontẽ oleo ſcatentem ibi repente ortũ:q iam inde arcano ſacroq; liquore tam lõgo æuo manare nõ deſiit.

DE Deipara Virgine.

Eque memorabile eſt quod de ſacratiſſimo deiparæ corpore tener pro certo chriſtiana pietas:fuiſſe id poſt uirginis obitũ cælo illatum:oportuit ſane omnis eſſe corruptionis immuue corpus nullaq; humana labe contactum: nec uero ulla(quod ſatis conſtat)eius ſepulchri ueſtigia extãt in terris:ſepultiue corporis memoria: quæ piorum opinioni repugnet.

DE Catharina Virgine.

Atharinæ uirginis corpus in terris eſt angelorum miniſterio(ut fertur)in parte Arabiæ ubi hodie uiſitur miraculo collocatũ:ſyna mõs diuæ huius cõditorio illuſtratur:coliturq; uirgineum corpus uno inſigniter loco quo fuit prouidentia delatum. At uero deiparæ omnes gentes omnibus terris colunt: tanto maiore ueneratiõe q̃ ſi unus aliquis in terris locus eius eſſet conditorium adeptus.

DE Romulo.

Omulũ(ut ſua Ethnicis reddãtur exẽpla:)Romanæ urbis cõditorẽ:di e quo trabeatus ſedit ad Capreæ paludẽ luſtraturus exercitum(caſu an prouidentia non facile dixerim) fœda:quod inter omnes cõuenit:tempeſtate orta: quum nimbus ſedentem obtexiſſet:qui in concione ſtabant:fuga & trepidatione dilapſi ſunt:nec multo poſt cum repente diſſerenaſſet:ſella uacua apparuit:nec ipſe eſt ab ullo amplius in terris uiſus.

DE Alcmena Amphitruonis.

Ale phaſma Alcmenæ Amphitruonis:quæ Thebani ſuit Herculis mater:exitus habuit:aut certe non multum diſſi-

mile ſi uera ſunt quæ græci ſcriptores de ea memorie prodiderũt: quum defunctæ corpus efferretur repẽte euanuiſſe aiunt: lapidem q; pro cadauere in lectica repertum.

DE Cleomene Aſtypalæo.

Leomenes Aſtypale⁹ magnitudine enormi fuiſſe traditur.
e cæterum temerario & furioſo ingenio: quippe qui multa ediderit facinora maiore ui ſemper q̃ prudẽtia. poſtremo literariũ ludum ingreſſus: quũ columnam: cui tota loci cõtignatio incũbebat: temere fregiſſet: ſubita conclauis ruina ingentẽ puerorũ oppreſſit numerum: requiſitus ob eiuſmodi noxam ad ſuppliciũ: in ſepulchrum ſeſe coniecit: operculumq; ſuper impoſitum tenaciter contra uim reuellere nitentium aliquãdiu tenuit: quo demum refracto nuſq̃ appatuit: ſciſcitati oraculum Aſtypalæi hoc de eo carmen tulere. Vltimus Heroum Cleomenes Aſtypalæus.

DE Ariſtea Procõneſio.

Vnt & quæ de Ariſtea Procõneſio traduntur admiratione
f digna: ſi uera eſt Græcia cui de omnibus curæ fuit ſcribere: oppetiit is mortem in fullonia taberna. quem plærių; ſub Id tempus peregre domum reuerſi: teſtati ſunt ſe obuium habuiſſe Crotonem uerſus proficiſcentem.

MARCI ANTONII SABELLICI PRIMI EXEMPLORVM LIBRI.

FINIS

LIBER SECVNDVS.

VI HOMINVM a primordio rerum unam aliquam humanæ uitæ partem ſint īſigniter ſortiti: ſobria exemplorū relatione priore eſt libro dēmōſtratū: qui ſequitur & cæteri deinceps: non ut ille: exempla ſparſim collecta continebunt: ſed in certum ordinem & generatim digeſta: in quibus primum ſibi locum uendicant quæ ad Ethicen pertinent. Eſt enim hæc magiſtra uitæ. cæterum quando & ipſa in ſuas diuiditur partes ad eam quam græca uoce monaſticen uocant: ſequens relatio accommodabitur.

DE CONTEMPTV DIVITIARVM.

DE Matthæo Apoſtolo.

m Atthæus ex quæſtuoſiſſimo hominum ordine (erat enim publicanus) a paupertatis magiſtro accerſitus grandem pecuniam reliquit cæleſtium rerum ſpem ſecutus: ſed in nulla re quæſtuoſior q̄ in paupertatis complexu: rem terrenam & caducam contempſit: & quæ aut caſu aliquo amittēda fuerunt aut in morte relinquenda: eſtq; tanto maiora adeptus: quantum ille ueritatis auctor a quo uocatus eſt: omnes qui unq̄ fuere in terris: uirtute & ſapientia antecelluit.

DE Bartholomeo apoſtolo.

r Eliquit publicanus aurum: fuitq; id hominum opinione magnum. ſed illud multo maius. quod Bartholomeus regio ſtemmate fulgens piſcatoribus ſe æquari paſſus eſt diuinarum rerum cupiditate captus: contempſit ille diuitias. hic ſe ipſum: ille fœnerare deſiit: hic regnare: quod tanto præclarius eſt hominum opiniōe quāto turpius & calamitoſius ſeruitutē ſeruire.

DE Lazaro.

m Inus fortaſſe miretur aliquis Lazarum: qui omne patrimonium: quod magnificum & amplum poſſedit: poſt Chriſti mortem uendidit: pecuniāq; ex auctione coactam ad apoſtolorum pedes proiecit: dubium maiore pietatis an grati animi affectu. Dilexit ille Chriſtum uehementer: ſed ſe ipſum non odit: qui per illum ad uitam reuocatus fuerat.

De Magdalena & Martha.

Arac neſcio an maior etiam pietas in ſororibus quarum
p hæc Bethaniam uendidit:illa Magdalum unde cogno-
men traxit. grandiq; pecunia in medium collata : ſeſe ad eum pietatis cultum expediuere:quem a ueritatis magiſtro dome ſtica diſciplina acceperant.

DE Diuo Gregorio.

Truxerunt Quiritium alii uillas:porticus: Theatra: aliaq;
ſ .. inſana ædificia.Gregorius qui prius ſenator dein Roma-
nus fuit pontifex:non populari auræ ſed pietati & ſanſti moniæ addictus: ſex in ſicilia extruxit monaſteria: unum Romæ in quem uſum uertit paternam domum : uiſitur hodie locus in Cœlio cum ueſtigio uetuſtatis . Hoc ille ſibi fabrefecit Gymnaſi um ad exercendam pietatem : hic ſacris operatus eſt : omnia quæ habuit pauperibus impendit.calcauit terrena:ut cœlum teneret:multa quidem multis dilargitus:ſed plura omnino & meliora adeptus.

DE Diuo Nicolao.

Ari pietate cenſendus: doctrina licet & dignitate minor
p Nicolaus Pataræus Smyrnæ antiſtes: qui amplum patri-
monium per manus a patre acceptum pauperibus & ege nis diſtribuit:in quo illud eximium atq; omni æuo memorabile. tantum auri alienæ domui occulte intulit:ut trium filiarum pater. qui inuitus ob inopiam inuitas proſtituerat: auri abundans. factus:honeſto puellas matrimonio locarit.fuit hoc non ſolum ino piæ conſulere :ſed muliebri etiam pudori.cuius iactura eſt omni egeſtate calamitoſior .

DE Benedicto Abbate.

Iſſus Romã ex Nurſia ſtudiorũ cauſa a parentibus Bene
m dictus mõaſticæ uitæ ex chriſtianis prim⁹ auctor : urbem
illecebrarum plenam cum ſtudiis reliquit . in ſolitudine eſſe maluit: q̃ cum terrenæ ſapientiæ affectatoribus deſipere:eius familia hodie late patet cæleſtium contemplatrix:magis q̃ ſtudiorum cultrix.ſunt & hæc curæ eorum pleriſq;. uerum magis ſe profi cere autumant in fruenda luce : q̃ querenda.

DE Diuo Gallicano.

Acile eſt priuatæ fortunæ renunciare. ſed ab honorũ faſti-
f gio culmineq; diuitiarum ſpõte decedere:arduum & diffi-

cile. In quo genere non paruam conſecutus eſt laudem Gallica
nus. q̄ Romāi dux exercit⁹ poſt Thraces: Dacos: & Scythas bello
domitos Conſtantiā Cōſtantini principis filiam ſibi matrimonio
locatam ac bene conuenientē cum immenſis opibus reliquit Chri
ſtianæ pietatis cultum complexus. Deſiit itaq; Cæſaris gener eſſe:
factus eſt Chriſti miles: fuitq; illi multo ſalubri⁹ cæleſti militiæ ſub
eſſe: q̄ Romanæ præeſſe.

DE Ethnicis Exemplis.

Verunt & in prophanis gentibus ſed oppido pauci: q̄ non
f tā pietatis ſtudio: q̄ doctrinarum & honeſti cupiditate: diui
tias: quas cæteri tantopere ſitiunt: fortiter contēſperint.

DE Democrito Phyſico.

Ed nullus maiore animo id fecit q̄ Democritus. qui non
f modo cætera aſpernatus eſt: ſed luminibus etiam ſe priua-
uit ut intentius omnia contemplaretur: dignus ſane q plus
unus uiderit: q̄ uniuerſa Græcia. nihil eſt in toto opificio naturæ de
quo (ut præclare de eo ſcribitur) non fuerit illi curæ ſcribere.

DE Anaxagora.

Agnum & Anaxagoræ exemplum. Qui ſapientiæ amore
m captus ut expeditior ad eam accederet: campeſtre prædiū
ad compaſcui uſum ſuis reliqt ciuibus. Cætera domeſticis
partitus eſt: & ille hoc affectu ad philoſophandum fecit ſibi aditū:
eſtq; facile expertus ſublimi uir ingenio: nihil his quæ contempſe
rat ſibi opus fuiſſe: ut prædicere poſſet quando ſaxū eſſet e cœlo ca
ſurum. Rogatus hic idem aliquādo ad quid natus eſſet ut cœlum
inquit ſpectem. de patria appellatus: ceu parum hæc foret ei curæ:
immo hanc curo reſpondit: digitum cœlo intendens.

DE Phocione Athenienſi.

Hocion Athenienſis uit omnium optimus nihil omnino
p habuit: & quod plus certe fuit nihil habere uoluit. miſit illi
dono Alexander ex perſica gaza bello parta magnum au
ri pōdus. tum Phocion iis qui id attulerāt dicite inquit quid ſecut⁹
Rex ueſter me unū ex omnibus athenienſibus dignum tali iudica
uit munere? reſponſum eſt quoniam te omnium græcoꝝ optimū
arbitratur. ſinite igitur me eū eſſe inquit Phocion quē ille autumat:
Credidit homo cōtinētiæ amic⁹ nec bonū eſſe uirum nec haberi
oportere eū cui in libera ciuitate nato regium ſit aurum curæ. Ma
gnus qdem Alexander: ſed Phocion maior qui quū pauper eſſet.

Tantum munus cum muneris auctore contempſerit.

DE Curio & Fabritio.

q Vid Curius & Fabritius (nam Ro. ciuitas huiuſmodi abundat exemplis)qua eos indole:qua continentia fuiſſe credi æquum eſt? quorum hic Pyrrhi aurum cum parte regni: ille pretioſiſſima Samnitũ munera aſpernatus eſt: uterq; paruo contentus.his ſane moribus creuit Romana ciuitas: luxuria & auaricia concidit.

DE Valerio Publicola.

t Et ex hoſtibus uictis triumphauit Valerius Publicola.fuit Idem Romanæ libertatis uindex.Cæterum tã pauper deceſſit: ut publico ſit ſumptu funeratus: quoniam domeſtico non potuit:indubitato argumẽto rei.pu.domi foriſq; continenter & ſancte adminiſtratæ.

DE Paulo Aemylio.

q Vantus demum i Aemylio Paulo diuitiarum contemptꝰ: quanta in imperio fuit abſtinentia? Aurum Perſi Macedonum regis a ſe uicti: & quem ante currum egit:non modo non attigit:ſed ne uidere quidem uoluit:nullo unq̃ bello maior ex hoſte præda parta eſt.Nullus imperator maius continẽtiæ præbuit exẽplum:uoluit uir continentiſſimus non ſolum ſine crimine eſſe: ſed abeſſe etiam ab omni ſuſpitione criminis:quod illi:niſi oculis temperaſſet:uix contingere potuiſſet.

DE SOLITARIA VITA CAP. II.

n Ihil eſt animorum meditatiõi. tam aptum q̃ ſolitudo. hoc ſecuti uideri poſſunt hi qui in ſolitudinem conceſſere præcipue non ꝙ hominum ſocietatẽ effugerint. Nulli hominũ innocentius uixere:nulli magis cœlo familiares.

DE Helia Propheta.

h Elias prophetarum unus in ſolitudine ad torrentem Charith circa Iordanis fluuium coruorũ miniſterio cibatus eſt.

DE Io. Zachariæ Filio.

i N Eremo.Io. Zachariæ filius clamare & teſtari diu non deſtitit ut pararent homines uiam Chriſto:rectas facerent eius ſemitas.per quæ:omnium qui omni memoria fuerunt poſt eum cui parabat uiam:iuſtitia & ſanctitate princeps iudicatus eſt.

DE Paulo Eremita.

Nus Paulus thebæus inuitus uideri poteſt ſolitudinem pe-
u tiiſſe.qui Decii & Valeriani ſæuitiã fugiens ſedecim ãnos natus e medio exceſſit.fuit mox annos ſeptem & nonaginta in Eremo quãtũ aliorũ nemo.ſpeluncã habuit in infeiore Thebaide. palmarũ fructus ab initio eſitauit.annos dein ſexaginta dimidiatum panẽ cuotidie illi Coruus miniſtrauit.aquam bibit:nudum alioqui corpus palmacea texit tunica.nunq̃ poſt diſceſſum hominem uidit præter Antonium: qui ſupremo uitæ die illi affuit prouidentia ut credere par eſt:non caſu.

DE Antonio Abbate.

Vit in hoc qui Paulum ſepeliit maior quædam a princi-
f pio ſolitudinis cupiditas.quippe qui ſponte ſua non metu ſubactus in Eremum profectus uicenos annos abfuit pane & aqua contentus.fit inde Abbas. ſed quũ locus in dies magis celebraretur:multitudinem pertæſus in deſertũ remigrauit: tenuitq; locum qui e cœlo eſt illi deſignatus.

DE Hilarione.

Ilarion a prima adoleſcentia deſerta Syriæ ingreſſus qua
h driẽnio pluuias & oẽm cœli intẽperiẽ arctiſſimo a ſe tugurio arcuit Iunco & caricibus contexto. inde denos annos arcta preſſaq; uſus eſt cellula ſepulchro multo quam domicilio propiore.

DE Onophrio Anachoreta.

St & Onophrii ſolitudo ad poſteros nobilitata.is mõaſterio
e digreſſus adeo i deſerta & deuia ſeſe illatebrauit:ut ſexagita annos nũq̃ hominẽ uiderit.pmiſſior capillus ueſtiebat ſupiora corporis:ueſtiebat & barba:uerẽda foliis & arborũ cortice tegebãtur. Terdenos annos herbis & ſiueſtri bacca uixit.meruit auſteritas uitæ premio leuari:cæleſtiſq; nuncii extremis temporibus panis dimidiatus & aqua ſuperne aderant quoties a ieiunio reficiebatur. Paſnuphius Abbas in eam ſolitudinem progreſſus ſemiferum ſe hominem uidere ratus extimuit primo eius congreſſum.inde benigne affatus: ac mox paulo q̃ uiderat: ſepeliit.

DE Diuo Hieronymo.

Erunt Hieronymum ſtridonẽſem chriſtianæ pietatis lumẽ
f & ꝓpugnaculũ ingens dicere ſolitũ oppida: & urbes: uideri ſibi tetros carceres. ſolitudinẽ paradiſum: putes eũ ſenſiſſe

quæ dixerit. Quippe qui retorridum *Syriæ* ſolum ſcorpionibus & feris infeſtum ſacco amictus: humi cubans: aqua & herbis uicti-tans: Romanis prætulit delitiis.

DE Maria Magdalena.

f Vnt & fœminis ſua exempla. Magdalena Lazari ſoror triginta annos in Eremo fuit: nec interim hominē uidit aut ipſa ab ullo uiſa eſt: cibus illi non humanus: ſed cæleſtis eo q̧ ſuauior quo maiore gratia datus & acceptus.

DE Maria Aegyptiaca.

p Ari profectu nobilitata eſt Aegyptiacæ mulieris ſolitudo huius nunc dictæ cognominis: uiſa eſt mulier olim uulgati corporis: ſed quæ poſtea in ſolitudinem abiit: a Zozimo uiro ſanctitate inſigni dum forte orationi eſſet intenta: ſublimis a terra ſiccis plantis Iordanem tranſgredi. Res mira & omni æuo memoranda ſublimi inceſſu fertur eremi cultrix: quæ cum proſtaret: uix a terra ferebatur.

DE Externis Exemplis & primum de Timone.

e St & ab aliis gentibus ſolitudo decreto ꝑetita: ſed ut a pietatis cultoribus uno dumtaxat conſilio: & ob id ad ꝑfectū maxime idoneō: ita illis nō una omnib⁹ fuit cauſa e medio diſcēdēdi. Enim uero Timon ille Athenienſis non religiōe: nō cæleſtiū rerum indagine adduct⁹: ſolus eē uoluit: ſed prauo quodā affectu rigoreq̧ naturæ omni hominū cōmercio ſibi ipſi iterdicto: is domicilium ſibi in agro attico parauit ut hominum congreſſū fugeret: uixq̧ unus Athenienſium Pœant⁹ ab eo admittebatur: qui quum ſup cœnam iocularitet dixiſſet non ne ſatis pulchrū hoc cōuiuium Timon? Pulchrum quidem reſpondit ſed adhuc pulchri⁹ futurum ſi Pœantus non adeſſet.

DE Heracleto Epheſio.

h Eracletus Epheſius uir magno alioqui ingenio ſuorum ciuium tedio ad Phanum Dianæ primo ſeceſſit. ubi aliquando irriſus q̧ cum filiis luderet aſtragalis: malo hoc inquit: nam utilius eſt: id facere q̄ rem. pu. uobiſcum adminiſtrare: abiit inde hominum odio in montes herbarum & aquæ uictu contentus ferarum ritu ſoliuagus.

DE Diogene Cynico.

h Abitauit Sinope⁹ Diogenes in Cranio extra Corinthū. qui tam & ſi ſtudiis ocium quæſiuiſſe uideri poteſt: declinauit

tamen ſedulo hominum congreſſum palliocꝫ & pera contentus
ſic quocꝫ feliciſſimus ab Alexādro rege iudicatus.qui eū in Cranio
uidit.ut Diogenem ſe eſſe optarit niſi Alexāder eſſet: ipſe cynicus
haud dubie regem multo ſe inferiorem iudicauit:cui ad ſe ueni-
enti ne aſſurrexit quidem.

DE Numa Pompilio.

Vma Pompilius priuatus adhuc in agris plurimum fuiſſe
n traditur deorum lucis: & nemoribus inambulans : omnis
humani cultus negligens:procul ab omni concilio conuē
tucꝫ mortaliū agens:unde opinio illa orta.familiariter eum Egeria
eſſe uſum Nympha.nō itacꝫ odium hominum: ſed religio quædā
diſcendicꝫ cura ſecretum illud Pompilio peperit:uirtutis opinio re
gnum aſtruxit.

DE Antonio Triumuiro.

Ed q̄ honeſtam Numa Pompilius habuit cauſam:tam ca
ſ lamitoſam & pudēdam Antonius:qui Triumuir cū Lepi
do & Octauio fuit.is actiaca clade fract⁹:poſteaq̄ i Aegy-
ptum reuerſus eſt:tedio & pudore præſentium rerum Timonis ui-
tam ſibi inſtituit ſolus extra Alexādriam uicturus:ſed Cleopatræ il
lecebræ breui ab eiuſmodi uitæ inſtituto reuocarunt.

DE VIGILIIS:SOMNO:ET STRATO. CAP.III.

Omnus mortis frater eſt:ut Heſiodus & Homerus ſcribūt:
ſ ſtygiæ paludis amator. omnia in eo dira præter quietem .
quæ niſi & ipſa modum teneat:non tam ſuauis eſt & blā-
da laſſis:q̄ eam longius fouentibus triſtis & calamitoſa.

DE Euagrio Abbate.

Aec ne longior ſuis fratribus cōtingeret :auerteretcꝫ mentē
h a cultu pietatis ad uoluptatē:in eremo cui Euagrius abbas
præfuit oēs qui ī eo fuere:ſedentes quietē capiebant certo
quodā inſtituto:ut multo ueri⁹ filii lucis dici potuerit: q̄ tenebrarꝫ .

DE Hilarione & Anachoretis quibuſdam.

Ilarion in eremo nuda humo ſtratocꝫ iunceo quoad uixit:
h qetis cauſa decubuit: Daſſumio nuda terræ facies lecti uſū
præbuit in ſolitudine agēti :nō nunq̄ etiam muricibus ſub
ſtrata.Onophrius nec tectum habuit ullum: nec certum in quo
conſiſteret locum.ubi nox eum diuinis uacantem oppreſſiſſet:pro
lecto tuguriocꝫ fuit illi locus.

DE Diuo Arſenio.

Ge nunc & q̃ parcus ſomni fuiſſe uideri poteſt Arſenius
a diuinarum rerum ſtudio & ob eam rem non indignus q
in diuorum fuerit numerum relatus? Solitus dicere eſt ſatis ui
deri oportere monacho ſi una ad quietem hora contingeret.

DE Bernardo Abbate.

Ec multum huic abſimilis Bernardi abbatis uox illa: dor-
n mientem monachum deo mortuum affirmantis: et illud
quidem huius eſt. parum religioſe monachum dormire:
cuius quieſcentis ſtertitus audiretur.

DE Germano & Martino Antiſtibus.

Iſi idem perſuaſum habuiſſent Germanus Antiſiodoren-
n ſis: & Martinus Turonēſis nūq̃ hic ſibi lectum cilicio ſtra
uiſſet: ille cinere & ſacco. non lectum: ſed luctum diceret
ubi iacentis ſuſpiria & gemitus: non ronchi exaudirent. Difficilis
eſt terram ſpectantibus uia quæ ad cœlum ducit: ſublimia pe-
tentibus prona & facilis.

DE Diuo innocentio.

Ocebat innocentius ex calagoritani dominici familia paſ
d ſim cultum pietatis euāgelico teſtimonio: uerū diurno la-
bore feſſus ſarmētis laſſū corp⁹ ad altam noctē reclinabat.
ſed quū mollius uellet: paleas ſubſternebat: quū molliſſime ſaccū.

DE Diuo Bernardino.

Vrius adhuc aſperiusq; Bernardinus ſenenſis Franciſci
d aſiſiatis abſtinentiæ & laboris non minus æmulus q̃ pro-
feſſionis cultor: nudo pauimento ut erat tunica amictus
quietem capiebat: tantumq; interim aberat ut culcitram aut ue-
ſtem ſtragulam deſideraret: ut lecti etiam nomen tanq̃ dirum &
exitiale auerſaretur.

DE Paula. Ro. Muliere.

Endicat & muliebris pietas in hac relatiōe ſibi locū Paula
n Ro. mulier patritia domo orta clariſq; natalib⁹ lumē ueræ
pietatis complexa: uel quum febre laboraret humi in cili
ſcinis ſtragulis affectum corpus reclinabat.

DE Othilia.

Ec minus tetrice Othilia corpus afflixit urſina pelle pro
n ſtragulo uſa. p̱ puluino muricoſo lapide. Monaſterii hæc
q̃d in Bauaris uiſebat mōtibus ſacerdos fuit maxima: ſed
ſororum omnium abiectiſſima & eſſe & uideri uoluit.

DE Ethnicis & primum.

DE Diogene.

Verunt Ethnicorum plæriq; ſomni: & quietis parciſſimi:
f qui omnem uoluptatis illecebram aſpernati: per laborem
& continentiam uitam tranſegerunt. ſed hi non cæleſtium
affectu ut noſtri: ſed ſapientiæ ſtudio: aut rei. pu. cauſa ſeueriori ſe
ſe addixerunt uitæ. Enimuero quid Sinopæo illo Diogene aut cul
tu neglectius? aut uictu deſpicatius? aut cubatu durius habuit unq̃
uita hominum? pallio dumtaxat uno uſus eſt cætera nudus: ole-
ribus & pane contentus: humi iacens ſomnum capiebat: aut
cum mollius in dolio: deditq; hæc ille non pietati: ſed naturæ: ad
quam omnia referebat. quicquid illa poſceret: id ius faſq; eſſe
ratus.

DE Ariſtotele Stagirite.

Antum abfuit ut Ariſtoteles excellenti uir ingenio ſomno
t & quieti indulſerit: ut nocturnis lucubrationibus ænea-
pila uſus dicatur. cui altera manu compreſſa labrum ſu-
biiciebat: ut ſi longa uigilia fatigatus obdormiſſet: ſtrepitu cadentis
pilæ expergiſceretur. pulchrum hoc & conducibile quia diſcipli-
narum ſtudiis datum. ſed multo id pulchrius & ad ſalutem aptius
ſi peruigilium illud ſibi cœleſtium rerum meditatio uendicaſſet.

DE Annibale Barchino.

Vbabat humi Barchinus Annibal adoleſcens adhuc in-
c ter ſtationes militum quanq̃ imperatoris filius militari ſa-
gulo coopertus. Verum durior ille cubatus non ad pieta-
tem: ſed ad futuram feritatem: non ad continentiam: ſed ſæuitiam
ſpectabat: non pietas illi curæ eſſe: ſed immanitas. ut ſatius fuerit ei
dormire: q̃ per hæc bellum ſibi & patriæ calamitoſum meditari.

DE Scipione Aphricano.

Ec maiori Aphricano tam pietas curæ fuit: q̃ ciuium de ſe
n opinio. quum antelucanis horis adoleſcens capitolium
aſcendebat: aſſidebatq; ſolus Ioui: uel uetius dæmoni fu-
turas hoſtium ſtrages & excidium carthaginis animo uerſans.

DE Endymione.

Ndymionis pernox cura res uetuſtior eſt & poetarum fa-
e bulis adumbrata: fuit tamen ſyderis obſeruatio illa: non
pietatis: rei creatæ non creatoris cura.

DE Prometheo.

Alis quidem & Promethei cruciatus obſcura uerborũ am
t bage ad poſteros traditus: ridet Caucaſus mons græcorũ
mẽdacia.ridet & Latmius alienæ curæ & nõ ſupplicii uter
ꝗ teſtis.

DE VARIO PRECANDI RITV: CAP.IIII.

DE Moſe.

Acuit Moſes quadraginta diebus noctibuſq; ad cõſpectũ
i numinis proſtratus:unum identidem petens:ne populus
quem in libertatem uindicaſſet: quia alienigena cultu ab
erraſſet: excidio dedetetur.magna & longa quidem deprecatio.
ſed effectus maior.per quem tanta uis mortalium alioqui peritu-
ra unius fuerit precibus condonata.

DE Dauide Rege.

Auid Rex ſepties interdiu preces ad deum fundebat.
d quem canonicis horis numerũ militans repreſentat eccle
ſia.nec prophetarum ille ſummus tantũ credidit opus eſ
ſe precibus:ſed deprecandi numinis etiam formam demõſtrauit:
deprecatus ſum inquit toto corde meo.cætera ſuum hẽt carmen.

DE Solomone.

Mitat⁹ eſt Solomõ paternæ pietatis & ſapiẽtiæ hæres uehe
i mẽs pcũ genus in patre. precatus ſum dixit deum oĩbus
præcordiis meis.toto.n.corde rogãdus eſt: toto diligẽdus.

DE Daniele Propheta.

X Cænaculo deſideriorũ uir Daniel feneſtris ea parte pa-
e tẽtibus qua Hieroſolymis erat obuerſum:ter cotidie ſtatis
horis genua demittens cœli numen adorauit.

DE Tobia:Et Filio.

Obias lachrymis:lucem quam amiſerat:recuperauit.cu-
t ius filius paterno nomine tris dies noctesq; cum coniuge
in diuinis perſeuerauit coniugali thoro operam daturus.is
quia periculo ſeruatus eſſet: ille q uiſum recepiſſet in faciem pro-
cumbentes:tris horas proſtrati iacuerũt deo ſeruatori pie gratulati.

DE Chriſto.

Hriſtus Rex & doctor humani generis Spem:Fidẽ:Cha-
c ritatẽ tribuit rite pcanti.exẽplo ꝑterea docuit quo ſtatu ſit
corporis ſupplicandũ.ſiquidem nunc procidẽs in faciem:
nunc flexis genibus patrem adorauit ut euangelica proditur hiſto

ria.ſignauit & locum:notum eſt illud domus mea domus oratio-
nis uocabitur. Veſperi ad hæc:ne tempus in dubium ueniret:mon
tem conſcendit:ubi ad lucem perpeti oratione perſeueranti præce-
pit ſapientia illa cœleſtis optima quæq;.& quæ præcepit:ſuo exem
plo confirmauit.

DE Bartholomeo Apoſtolo.

Artholomeus:qui huius fuit diſcipulus: centies cotidie ſub
b mittens genua adorabat.nec minus frequẽs nocturnis ſup
plicabat horis.quem precandi modum Apollonius Ab-
bas poſtea præclare retulit.

DE Iſaacho Syro.

Eregre olim ueniſſe fertur Spoletũ in Vmbriam Iſaachus
p Syrus ab initio monachus:abbas deinde factus: impetra-
toq; ad p̃ces emittẽdas loco totum triduũ genibus innixus
in p̃catione perſeuerauit:& ut res erat difficilior opinatu:eo ſuſpe-
ctior eſſe cœpit ſpectantibus.ceu igitur ſanctitatis oſtentator non
deprecator:percuſſus eſt a quodã contẽptim:nec cæleſtis ultio mul
tum dilata eſt.ſed confeſtim percuſſor a dæmonibus exagitari cæ
ptus eſt haud dubie periclitaturus: niſi os illud quod impia nuper
manus perſtrinxerat:tempeſtiua precatione auxilio affuiſſet.

DE Anna Helcanæ.

Nna Helcanæ uxor in modico numinis adorãdi ardore ut
a temulenta & inſana in templo increpita eſt a ſacerdote.

DE Altera Anna.

Vit altera huius nominis mulier in eadem gente ſanctitate
f inſignis uiduæ cognomine a priore diſcreta.hæc nunq̃ tẽ-
plo egreſſa eſt ieiunio & precibus indefeſſe operata.

DE Sarra Rhaguelis.

T totũ triduum Sarra Raguelis filia perpeti p̃catione cõ-
e ſumpſit cænabulo incluſa.quo pietatis affectu poſt multa
uirorum funera ſtabile & manſurum connubium ſortiri
meruit eſt.

DE Deipara Virgine.

Ed quo te ore referam ingens cœli decus:ſpes labentium
ſ Deipara uirgo?Cuius uitã nullus unq̃ ſatis laudare potuit:
ferunt te poſteaq̃ ad templũ tenera adhuc ætate ducta es
a prima luce ad horã tertiam diei p̃cari ſolitam:inde ad meridiem
honeſte & ingenue puellare aliquod opus obire:atq; id ſeriũ & cõ

ducibile:mox reliquũ diei diuinarum litterarum lectiōi ſedulo impēdiſſe.ita ut quum rite ſanctecp cæleſtia curares:humana nō omnino deſpiceres Marthæ & ſororis utrumcp munus complexa.

DE EXTERNIS DE ANCHISE.

a Nchiſes:ut poetica fides his adiiciatur:oſtento commotus quod circa Aſcanium fieri contigit: nocte illa qua Ilium eſt a græcis exciſum:Iouem precaturus manus & oculos ad cœlum extulit.

DE Aenea.

a Eneas huius filius in templo Delii Apollinis cum his qui aderāt in terram procubuit.cæterum in Creta noctu apud deos Penates primum morem imitatus: ſupinas man⁹ & oculorum aciē in cælum ablegauit deos rogaturus.

DE Didone.

n Ec Dido uno oraſſe modo traditur quippe quæ hoſpitalē Iouem propitiatura uinum leuiter libauit : Mox alibi arā tenens manibus orationem peregit.

a Ccidit ſæpius ut Ro.rebus bello acciſis quum nouus Terro ab hoſtibus impenderet.Ro.mulieres pacē malorū petituræ ſolutis crinibus templorum pauimenta uerrerent.

DE Aphricano Maiore.

ſ Cipio:qui primus tulit Aphricani cognomē:noctu Capitolium ſolus aſcendebat adoraturus Deos ut uero quidā autumant Iouem conſulturus.in quo ſubit illa reputatio admiratione digna nunq̄ eum tam & ſi ante lucanus locum adiret:a canibus arcis cuſtodibus allatratum.

DE PRECVM EFFECTV. CAPI.V.

DE Moſe.

f Vit igitur precandi numinis ratiō non una in oībus.nunc eius rei effectus dicēdi:ut ex eo intelligi poſſit:uoces:& uota hominum a ſummo uſcp cælo exaudiri:extantcp uirtutis huius tam multa q̄ uaria exempla : ut in nulla ſui parte plus ſe miretur humana pietas.Iam .n.uel ex hoc quod dixi ſatis exploratum eſt cæli numen hominum preces non aſpernari:ſi pio ore ꝑficiſcātur: eſſecp omnino prouidentiam cum mortalia hæc curæ ſint:ſiquidem Moſe precāte paucis diebus uniuerſa Aegyptus uatiis eſt cladibus affecta:rurſus præſentibus malis ſæpius leuata eo deprecante.ut tum maxime credi poſſit cælum & quicquid in cæ-

lo eſt numinis:unius uiri precibus uacaſſe:ut gens una ueræ pieta
tis cultrix in libertatem aſſereretur.

DE Eodem Moſe.

Odem precante tollẽteq; ad cælum manus. Iſraelitæ acie
e dimicãtes nihil obſcure meliores fieri:ꝓſperiuſq; pugna
re:contra interpolata precatione haud dubie ſuccumbe-
re alienis: Itaq; innixus ulnis dux pientiſſimus peperit ſuis uicto-
riam perpetuo ſupplicatu.

DE Helia Propheta.

Ris annos & mẽſes ſex nunq̃ e cælo pluit Heliæ precibus:
t elicuit idẽ p̃cãdo tã ſalubrẽ q̃ optatũ imbrẽ: quid cæleſtis
illa flãma in auxiliũ non in ultionẽ implorata:qua oẽs ad
prophetam uiolãdũ ab Ochozia miſſi atrociter extincti ſunt: eſtq;
ſimul Helias ſeruatus:ſimulq; & pietas uindicata.

DE Eodem: & Heliſeo.

Ordanis aquã(qñ circa oĩum fluuioꝝ unũ ñ una miracu
i loꝝ ſpes ĩclaruit.)Idẽ Helias pallii iniectu ſibi & Heliſeo
parere p̃ter naturæ ordinẽ docuit: dũ pedib⁹ ab una ripa
ad alterã p̃uadũt.

DE Heliſeo Propheta.

Pud Hiericũtem letiferæ fons aquæ Heliſæi precibus ſalu
a bris eſt factus:ſterilitas ĩ feracitatem uerſa:ferrea ſecuris in
Iordane fluitauit:defunctus reuixit:tanto uox ſenis unius
fatidici: q̃ cæterorum fuit hominum cœlo acceptior.

DE Ioſue Duce.

Ec pioꝝ fuit q̃ſq̃ omni hominũ mẽoria audacioris uoti fi-
n dẽs:aut ĩpetrati magis cõpos: q̃ Ioſue Iſraelitici dux popl̃i.
cui⁹ p̃cib⁹ Sol & Lũa atq; ipſe adeo Mũd⁹ ſtetit ĩmobilis.
diuinæ litteræ indicãt nõ antea poſtue lõgiorẽ diẽ terris affulſiſſe.

DE Ezechia Rege.

Vit Ezechiæ precatio euentu memorabilis: qua cœlo re-
f cepta.c.lxxx.milia aſſyriorum ĩ Senacherib caſtris ſunt no
cte una diuinitus percuſſa.

DE Iuda Machabæo.

Vin & Machabæi Iudæ non tã bellica uirtus(quã q̃ ingens
q in eo fuit)q̃ precũ uis(ut credeř æquũ eſt)toties de hoſtib⁹
triũphauit.nemo eni ſupra uires tã proſpeř pugnauit unq̃.
quod ſine numinis fauore nulli cõtigere potuiſſet:nunq̃ humana
uis maior eſt q̃ cum dei uirtus homini acceſſerit.

DE Iona Propheta.

p Oteſt ſane myſticum uideri quod in Iona ꝓpheta euenisſe proditum eſt: Cæterum Marinæ belluæ uiſceribus receptus cæli numen inuocauit: & ſeruatus eſt.

DE Chriſti Apoſtolis.

ſ Ed quid attinet tam uetera conſectari? ſunt.n. & recentiora exempla. Nullus fere Chriſti Apoſtolus fuit qui nõ precum uirtute mortuos ſuſcitarit: aut ſimilia ſit operatus: numine precibus exorato. ſic & q Martyres dicti ſunt: ſic omnes qui diuorum numero aſcribuntur: ut in nulla re alia indulgentius cœli numen humanam fouerit pietatem. Nihil in quo piorum ſanctitas ſit & meritum magis illuſtratum.

DE ETHNICIS.

DE Romulo.

ſ Vnt & extrariis gentibus aliqua exemplorum documenta ad hoc pertinentia: ſed hæc ipſa malorum Dæmonũ præſagiis permiſſuq; uerius: q̃ nutu numinis edita. Romulꝰ ſabino bello quod circa Capitolium Palatiumq; geſtum eſt: quũ turpem ſuorum fugam quodam prælio ſiſtere non poſſet: Statori Ioui ædem uoto nuncupauit ſi fugientibus ſuis metum ademiſſet. ſiſteretq; Romanum aduerſus hoſtem qui a tergo uictor inſtabat: uix bene preces effuderat. atq; illico factus eſt uoti compos. reſtituta.n. acie nõ tãtum æquata eſt pugna: ſed ad Curtium uſq; lacum ſabinus qui uictoria exultabat: eſt cum cæde & ſtrage repulſus

DE Numa Pompilio.

q Vid Numa (ſucceſſit is Romulo ex Curibus Sabinis in reguum accerſitus) q̃ efficax illiꝰ precatio. aut q̃ audax: quæ e cœlo Iouem elicuit uel certe elici poſſe arbitrata eſt? res (quod ſatis conſtat) non ſolum credita: ſed ab aliis etiam tentata: Tullus.n. Hoſtilius: qui poſt illum regno potitus eſt: quia parum ſcite id ſacrũ obiiſſet: cũ tota domo fulminis eſt igne concrematꝰ.

DE Tullo Hoſtilio.

p Otuit Tullus mitiore precatione contentus eſſe: uel quali Fidenati bello fuit uſus. qui quũ ad' Tyberis & Anienis cõfluẽtem in Fidenates & Veientes aciem direxiſſet: cognita albanorum ad hoſtes defectiõe. xii. Salios uouit Marti. extititq; cõfeſtim uictor exercitus qui pro uicto iure habebatur: iam ſpe & uiribus impar hoſtibus factus.

DE Duobus deciis.

a T uero in nulla magis parte precationum uis euidētius apparuit: q̄ in Deciorū deuotiōe: quorum uterq; patriæ uictoriam occaſu ſuo peperit. pater ſiquidē ad Veſerim Campaniæ Latinū hoſtem iam uictoriæ imminentē uincendū mirabiliter præbuit ſuis. filius in Sentinati Gallū & Samnitē Ethruſcis additis occidione occidendū collegæ Fabio reliquit. Cæterū aut nihil: aut p̄ q̄ parum patris filiiq; deuotio ad uictoriā cōtuliſſe uideri poterat: ni pontificū ſolennes precationes adiectæ eſſent. ſecundū quas formido & fuga eſt hoſtibus iniecta: Romano uictoria parta.

DE Tuccia Veſtali.

m Aius adhuc pietatis imitamentū (nam pietatē quis dixerit malorum dæmonū cultū?) in Tuccia & ipſa quidē ueſtali extitit: dubium maior fœminæ in eo fiducia. an dæmonū obſequiū. iuſſa dicere cauſam: crimenq; diluere: quod ab accuſatore intēdebatur: Veſtam ꝑcata eſt: ut ſi caſte ſanctæq; eius ſacris ad id tempus operam dediſſet: propoſitum teneret. hoc tātum precata eſt. ſimulq; ad ripam fluminis progreſſa multis comitantibus ut rei euentum cognoſcerent: Cribrū fluuiali aqua plenū ad Pondicum conſpectum: quorum ea cognitio erat: detulit: adiiciūt huic miraculo accuſatorē attente requiſitum nuſq̄ apparuiſſe amplius.

DE Claudia Veſtali.

p Ari miraculo illuſtrata Claudia eiuſdē cerimoniæ cultrix. cuius liberior uita quū calūniam incurriſſet: ut eam hominum animis opinionem magno aliquo teſtimonio eximeret: facinus adorta eſt plus admiratiōis q̄ fidei ad poſteros habiturū. nauē q̄ deorū mater uehebať: Tyberino uado hærētē: Veſtā prius ſuppliciter ꝑcata: cingulo alligat. mox eā remolita eſt: traxitq; aduerſo flumine qđ pars Ro. ciuitatis poſt multos & uarios conatus nequierat.

DE Muliebri Fortuna.

q Væ de muliebris fortunæ & Iunonis reginæ affatu prodita ſunt literis: magis ſpecioſis ſunt decora fabulis: q̄ q; facile fidem inueniant. cæterum in quemcunq; euentum relata ſunt: circumfuſæ multitudinis ꝑcibus malos Dæmōes affuiſſe credere æquum eſt. ad quorum ꝑſtigias omnia: quæ altera parte huius capitis continentur: merito referuntur.

DE CONTEMPLATIONE: ET MEDITATIONE SOLITARIA: CAPI. VI.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

DE Moſe.

m Oſes ꝓphetarum omnium quũ uetuſtate:tũ ſapientia pri
ceps:dum diuina intentius contẽplatur rimaturq; uniuerſi
originẽ:ptinaci cura aſſecut⁹ eſt quæ de mũdi origine:& ꝓ
xima originib⁹ ſcripſit neſcias magis pie an feliciter.eſt eni pars ho
minũ illi multo maxima in re nõ parua ꝑpetuo cõſẽſu aſtipulata.

DE Dauide Rege.

ſ Vit hic:cuius nũc memini:eoꝶ. quæ preceſſerãt ſupra q̃ di
ci poſſit mirificus auctor: ſed rã me hercule nec minus Da
uid rex futuroꝶ ꝑſcius.arguit plane fatidicã eius mentẽ nõ
unius carminis ex multis milib⁹.quæ ſcripſit idubitatus euẽtus: cæ
teꝶ quod ad cæleſtiũ curã attinet:q̃tũ ītẽtiore meditatiõe.ꝑfecerit
uel unũ carmẽ præclare ſignificat: manifeſtaſti inqt mihi icerta &
occulta ſapiẽtiæ tuæ:quum interim ille cæli numen alloqueretur.

DE Petro Apoſtolo.

a Scendit cænaculum Petrus Bariona ad horã ſextam diei:
ſpectãſq; ſurſum uerſus precabundus apparuit in cælo caſ-
ma i quo uas imaginatus eſt ſe uidere fœdis alioq aĩalib⁹
refertũ:ſed quæ Deus expiaſſe diceretur.arbitrati ſunt diuinaꝶ reꝶ
interpretes ad Barionæ muñq; id pertinere: per quem humanæ gẽ
tes quæ in maloꝶ dæmonũ mancipio tunc eſſent:euãgelica prædi
catione in gremium naſcentis eccleſiæ accerſerentur.

DE Paulo Apoſtolo.

p Aulus tarſenſis:qui difficile dictu eſt:acrior ne fuerit ab ini
tio Chriſtianæ hoſtis fidei:an uindex poſtea & aſſertor: dũ
pertinaci & ĩrẽtiſſimo cõatu cœleſtia rimatur:ad tertiũ uſq;
cœlum animo & mente raptus eſt: dubium an & corpore.uidit
(quod ſatis conſtat)quæ ne fari qdẽ licet homini:ne dum cernere.

DE Io. Euangeliſta.

q Vam ſagax ad hæc fuiſſe credẽda eſt:q̃ cœlo ꝓpius admo-
ta meditatio illa Pathmica Io.Zebedei filii:p quã & uide
re potuit & audiẽ totũ illud arcanũ ĩ Apocalypſeos libꝶ cõ
geſtũ:op⁹ arduũ:ſublime:aditu difficile:ac Delio natatore dignũ.

DE Aurelio Auguſtino.

a Diit mulier quædam obſcuri nominis: Aurelium Augu-
ſtinum in ſecreto ſedentem. Cæterum profundæ medita-
tioni intentum. ſtetit illa coram de re(ut credere æquum
eſt)graui ac ſeria pium:ſapientẽq; antiſtitem conſultura:ac non ni

hil effata: quoniam nullum dabatur reſponſum: ad ea quæ diceba
tur: inconſulta abiit: ſibi & antiſtiti irata. ſuam credere humilitatē
contemptui fuiſſe: poſtridie reuerſa incidit in eum ſacris operantem
cæterum ſpiritu abrepta: uiſa eſt ſibi cernere Auguſtinum de Trini
tate diſſerentem: ac ſimul arcana uoce docente arbitrata eſt: non
neglectā fuiſſe ſe ab humaniſſimo antiſtite: ſed non animaduerſā.

DE Thoma Aquinate.

Vid Thomas chriſtianæ pietatis ꝓpugnaculum aſſertorq;
q uetitatis accetrimus: ait quū multū diuq; animo pēderet:
impenſiuſq; diuinā contēplaretur natura: nō mirifice attol
li librariq; ſupra terrā cubitali altitudīe obſeruatꝰ eſt: Sequebat̄ cor
pꝰ tā & ſi graue & oneroſū potiorē hōis partē: quæ cœlo amica eſt.

DE Franciſco Aſiſiate.

Ed uix ullius unq̄ hominis contēplatio maiorē ſortita fuit
ſ effectum q̄ Frāciſci Aſiſiatis qui dominicæ paſſionis argu
menta: quæ animo inſcripſerat: manibus & pedibus repræ
ſentata cum lateris ſtigmate inſigniter tulit.

DE Maria Magdalene.

Ira hæc: ſed quæ de Magdalene fœmina īprimis memora
m bili ꝓdita ſūt literis: maioris adhuc admiratiōis: hāc i ſoli
tudine ſtātē cotidie ſtatis horis anglorū miniſterio in cœlū
attolli ſolitā: cōmoratāq; ibi diutiꝰ q̄ mortalitatis neceſitas pateret.

DE Maria Aegyptiaca.

Ltera huiꝰ nominis mulier cognomēto Aegyptiaca cuius
a uitæ mollitiem fregit Eremi aſperitas. cubitali altitudie iter
ꝑcandum ſublimis a terra in uacuo pendere uiſa eſt.

DE Heliſabethe Regis filia.

Eliſabeth a regē orta ab alienata mente ſtatuæ ſimilis ſta-
h re ſolita eſt diu immobilis quum interius preces Funderet.

DE Clara diui Franciſci ſorore.

Acuit a cœna domini ad reſurrectionis diem defecta ſimi
i lis Clara Franciſci aſiſiatis ſoror: dum totum Crucis ſchoe
ma altius cōtemplatur. Cæterum ad ſe reuerſa uiſa ſibi eſt
ne horam quidem unam quieuiſſē.

DE Ethnicis: & primum de Homero.

Vlcū ab his diuerſa & ob id fortaſſe minus mēorabilis pue
m tus illa animi intentio cui Homerus uates immortuus eſt.
qui cum ridiculā quæſtionē ac profecto indignam q̄ argu

menti fœditate referatur:a piſcatoribus ſibi propoſitam ſoluere ne
quiuiſſet:ſaxo ſedens ſecus mare:ſiue nimia attentione rei indagã-
dæ:ſiue dolore non repertæ animam(quod ſatis conſtat) efflauit.
magno humanæ caliginis documẽto:ut ingeniorum lux ſordido
rum ſit hominum ludibrio extincta.

DE Hermotimo Clazomenio.

Odem intentionis affectu accidiſſe credibile eſt:quod Her
e motimi Clazomenii anima relicto corpore ſit ſæpius erra
re ſolita:ac uelut peregre reuerſa nunciare quæ niſi a præ-
ſẽtib⁹ cognoſci non potuiſſent.fuitq; ille per hæc diu admirationi
multis:donec cremato ab eius inimicis cadauere remeanti ſit ani-
mæ uelut domicilium ademptum.

DE Prometheo.

T ne poetis in uniuerſum auctoritas abrogetur:Caucaſea
e rupes & Aquila lancinatrix iocinorum:Endymioniſq; iter
latmia ſaxa euigilatus amor:quid aliud ſibi uolunt q̃ in-
modicam perpetuamq; hoĩum curam:multoq; honeſtiorẽ q̃ poe
tæ fabulati ſunt?

DE Numa Rege.

Otior Numæ romãi regis fama ꝓuigil ſacroꝝ cura.q̃ tã re
n ligioſos illi ingeſſit affect⁹:ut deaꝝ congreſſu ſibi frui uide
retur:quũ ſecretũ ſortit⁹ eſſet:aut certe ipſe ita uideri uoluit.
ut quicquid ex illa ſolitudine manaſſet:ſãctũ & iuiolabile haberet.

DE Epimenide Cretenſi.

Editatus ne ſit:an perpetuo ſomno preſſus iacuerit Epime
m nides Gnoſius ſiue Pheſtius in dubium uenire poteſt.qui
ſeptem & quinquaginta annos latuit. tam & ſi eñim ſcri-
ptorum uulgus ad ſomnum inclinat:nemo tamen dormiendo ſa
pientior eſt factus unq̃:niſi uulgatæ de Heſiodo opinioni quis te
mere accedat.Epimenides:(quod nemo inficiatur:)diuinarum ſu
it humanarumq; rerum ſcientiſſimus:nam & Cylonium expiauit
ſcelus:& Solonem iuuit leges ſuis ſcribentem ciuibus.

DE Pythagora Samio.

Vid tã altis immerſus tenebris egerit Pythagoras qui ꝑ an
q num ſub terra fuit poſſit iure dubitari:ſed meditationẽ illã
nõ ſomnũ fuiſſe credere par eſt:quæ mẽtis agitatio ut intẽ
tior ſibi cõtingeret: oculoꝝ lucem:qua nihil eſt homini charius:cũ
perpetuis tenebris Domocritus Abderites commutauit.

DE LECTIONIS DELECTV: ET LEGENDI RATIONE CAP. VII.

DE Aurelio Auguſtino.

q Valis rerum lectio: talis legẽtium profectus. non tã multa legẽda ſunt: q̃ utilia. diu multũq; Aurelius Auguſtinus ĩter dialecticos Sophiſtas uerum indagauit: ſed nõ ſolũ nõ id eſt adeptus: ſed lõge aberrãs in Manicheum incidit delirium. nec a tã graui lapſu prius uĩdicari contigit: q̃ tarſẽſis Pauli legit epĩas.

DE Thoma Aquinate.

f Vit Aquinatis Thomæ lectio adeo diligens & pẽſiculata: ut nec in ꝓximo ſtãtes: uiderẽt oculi: neq; interpellãtiũ uoces audirẽt aures. eni uero corporei ſẽſus ut animo adeſſẽt: ſuũ quiſq; officiũ reliquere: aut certe relicti præſtare non potuerũt.

DE Bernardo Abbate.

c Itra fidem proditum uideri poteſt: quod de Bernardi Abbatis ſolertia legere eſt. qui nullo unq̃ præceptore uſus: cæterum aſſidua lectiõe & ingenii acumine adeo profecit (ĩ quo non parum eſt & cælitus adiutus) ut in myſticis ſcriptis explicandis nullus hodie ſagacior numeretur.

DE Hilarione Abbate.

t Rractarunt alii diuinarum rerum lectionem ſolertius fortaſſe: ſuntq; ob eam rem maius nomen adepti. ſed qui Hilarione id religioſius fecerit: fuit (ut fertur) nemo. quippe qui Dauidicum carmen & prophetica aliorum ſcripta tã q̃ preſente numine recitabat. ſæpe ac multum teſtatus religioſe & conſiderate ea eſſe legenda: quia ab almo ſpiritu profecta.

DE Baſilio Magno.

b Aſilius: qui magni cognomen tulit: terrenæ fuit a principio affectator ſapientiæ. omnis dein diſciplinas & humanas artes aſpernat⁹ diuina cœpit ſtudio mirari: ac tãto affectu complecti: ut omni panis uſu uiniq; ſibi interdicto: tam diu eiuſmodi alimentis abſtinuerit: quoad ſalubrioris diſciplinæ ſit ſtudio & abſtinentia compos factus.

DE Diuo Hieronymo.

ſ Ed q̃ parum ſit cœlo probabile hoc noſtrũ ſcire quod ex Ethnicoꝝ fõte eſt: Stridonẽſis Hieronymi poſtulatio dmõſtrat. q ad diuinũ tribunal deſtitut⁹ uehemẽter ĩcrepitus eſt ꝙ humanarum rerum ſtudiis uir chriſtiani nominis plus nimio ſe ſe addixiſſet. eſtq; in arcana uerba iurarĩ coactus: fore ut nullum de

inceps literarũ genus præterq̃ diuinarum attingeret.

DE Diuo Seruulo.

q Vanto tutius Seruulus uir medicus & æger omniſq; literariæ diſciplinæ adhuc expers: qui ex mendicata pecunia ſacrarum literarum mercatus eſt opuſcula: quæ aliis ſibi explicanda tradidit: uſq; adeo lectioni intentus ut audiendi aſſiduitate curaq; & diligentia percipiendi ea quæ legerentur: ſanctionis doctrinæ gnarus oppidoq; ſciens euaſent.

DE Deipara Virgine.

ſ Acratiſſima Chriſti mater: cuius uitam nullus unq̃ plene laudare potuit: a nona diei hora ad primam facem cotidiæ Bibliacos lectitauit libros: profuitq; plus uni uirgunculæ ſingularis lectio ad Beatitatem & decus: q̃ omnibus ſapiẽtibus omnes Bibliothecæ.

DE Diua Cæcilia.

c Aecilia patritia domo Romæ orta ſedulo euãgelicæ hiſtoriæ librum aut legit: aut in gremio habuit obuolutum: ne non ſemper preſto eſſet: in quo mens cælo addicta quum uellet: uelut concentu quodam ſuauiq; harmonia reficeretur.

DE Diua Marcella.

p Ar ſtudium: ſtudiiq; affectus in Marcella & ipſa nobili qui ritiiq; generis: quæ quum incredibili cura diuina lectitaret: illud eſt poſtremo aſſecuta: ut ſemper in eius ore Dauidicum illud eſſet: Abſcondi in corde meo eloquia tua. cætera nota ſunt. Eſt.n. carmen ſententiæ grauitate haud ignobile.

DE Syluia Ruffina.

m Aiore quadam Indole Syluia Ruffina Alexandriæ p̃fecti filiæ in Thebaidis ſolitudine cõſtituta aſſidua lectiõe adepta eſt: ut non ſola ſibi eſſe uideretur: quum omnino eſſet ſola. quin eorum uirtutes quos legebat contemplans: effinxit: effingendo: ad profectum emulata eſt.

DE Ethnicis: & primum de Platone.

ſ Vit & in aliis gentibus ſuus lectionis affectus. Plato humanæ ſapientiæ longe princeps tantum Pythagoricæ diſciplinæ tribuit ut Philolai crotoniatæ (fuit is Pythagoricus) magno pretio emerit libros. emptos tanto ſtudio lectitarit: ut ad eius defuncti caput ſint reperti.

DE Marco Tullio.

Aeterũ quantũ Plato uir ſũmus eſt Philolaũ miratus:tan-
c tũ nec minus Platonẽ.M.Cicero:qui uſq; adeo eius copiã
effinxit:ut pene ille ipſe ſit factus.pari affectu Iſocratis iucunditatẽ eſt emulatus:ac uim Demoſthenis:quorum uirtutes aut exequauit hõ ad eloquentiã natus:aut propria ui nixus ſuperauit.

DE Magno Alexandro.

Idicit Alexãder Macedo nõ pauca ab Ariſtotele:ſed puer.
d adultus uero med:oq; gerẽdarũ rerũ ardore Homerici carminis lectione captus: tanto eius rei ſtudio tenebatur: ut aureũ ſcriniũ gemmis prædirũ in dariana præda repertum in eum uſum legerat:ut Homeri opera eo incluſa bellicis geſtarentur expeditionibus.dignus qui tantum uatem ſortitus eſſet:aut certe talem: ut ne ſuum Aeacidæ inuidere debuerit.

DE Vergilio uate.

Vid Vergilius Maro qua indagine cenſenſus eſt Ennium
q legiſſe:quoties repetitum dextra leuaq; pertractaſſe:rerum pondera exegiſſe:uerba penſitaſſe:qui forte rogatus quid ageret:ſe aurum colligere dixerit ex Ennii ſtercore.

DE Ennio uate.

Am uero ipſe Ennius niſi Homeꝝ miratus frequẽter quoq;
i lectitaſſet:nunq̃ illius ſe animam ſortitum teſtatus eſſet:ſed ſomniũ illud uerius fuit q̃ uaticinium.

DE Tiberio Cæſare.

Iberius princeps tanti Partheniũ fecit uatem Arianum &
t Euphorionẽ ut trium poetarum carmen & imagines inter uetuſta & illuſtria uatum nomina omnibus bibliothecis religioſe propemodũ dicarit.quos niſi frequentet legiſſet: tam impenſe fauiſſet nunq̃.ſed ingens ſilua hæc.non unus in omnibus eſt affectus.diuerſa uariaq; ſunt hominum ingenia.alii alios probant: atq; uſq; adeo iudicia hæc uariant:ut Liuiũ & Maronẽ duo ꝑcipua latialis linguæ nomina infenſe oderit.C.prĩceps fax hũani generis.

DE VESTITV:ET CVLTV CORPORIS. CAP. VIII.

Atura omnium parens & opifex ſolertiſſima abunde ſatis
n docuit hominem:ſi unum id animal non ſe ipſum obliuiſceretur:q̃ nullo opus ſit ad tegendum corpus uelamento. niſi aliquis hanc nouercam libentius uocet: quod nefas ſit dicere quia cætera animalia corio:teſtis:pluma:uellere: aliiſq; tegumentis muniuerit: ſolum hominem nudum in nuda terra naſcentem

abiecerit.at pleriq; hominum hodie nudi agūt:cum omnes agere
potuiſſēt:niſi luxus uitam perdidiſſet.legibusq; naturæ procul reli-
ctis:eo proceſſiſſet:ut per furorem & inſaniam iam non quæ tegāt
ſed quæ onerent humana corpora:inter ingnotas feras & maris
belluas:tam ſtulte q̄ laborioſe quærantur.

DE Protoplaſto.

Rotoplaſtus:& quæ illi confeſtim comes data eſt mulier
p Eua q̄diu delitioſam illā terræ partem tenuere:ubi uitalem
uitam diuinitus acceperant:nudi egiſſe dicuntur. mox ide
eiecti:texere foliis uerenda:crudis pellibus humeros amicti.

DE Io.Zachariæ Filio.

Ec multo cultius uixit Io. Zachariæ filius Iordanis acco
n la ueſte amictus camelorum ſetis contexta: ſcorteaq; cin-
ctus zona.

DE Deiparæ Filio.

Vit & Chriſto regi ſummo unica ueſtis arte ineffabili cōte
f xta ueriusq; ſarta.magnum in opificio miraculum:ſed ma
ius adhuc in uſu:neq; tritio facta eſt perpetuo ueſtitu:neq;
minꝰ habilis:ſed ad corporis modulū augeſcere.eſtq; ueſtis hæc fa
tidico ſpiritu multo antea præuiſa:que caluario teſte abiit in ſor-
tem ne ſcinderetur.

DE Bartholomeo Apoſtolo.

Ari admiratione dignum(ſi quiſq̄ miretur quæ diuina uo
p luntate fiunt:cuius poteſtas ſumma eſt:)mirabitur tamen
bruta humanitas & ad diuina opera caligans:quod in pur
pureo Bartholomei pallio(fuit is Chriſti diſcipulus)eueniſſe prodi
tum eſt.xx.id annos quibus in perpetuo fuit uſu:neq; ſordes ullas:
neq; uetuſtatem ſenſit.manſit immota purpura ut unius exemplo
diſcerēt mortales cæleſtia terrenis anteponere:pietatem:regiæ for-
tunæ cuius illud erat inſigne.

DE Iacobo Apoſtolo.

Acobus:qui ab indiſcreta facie eſt Chriſti frater dictus:non
i laneo uſus eſt:ſed lineo amiculo.intonſus uixit: nunq̄ cin
ctus eſt.nunq̄ balneo uſus.ſanctus a matris utero: ſanctior dein
Chriſti diſciplina factus.cuius notum eſt præceptum ut diſcipulo-
rum ſinguli ſingulas haberent ueſtes.

DE Io.Euangeliſta.

D præceptum(ut credere eſt)quum cæteri apoſtolorum ſã
i ctecuſtodiuerũt:tum Io.Zebedei filius:q ſindone cũ ma-
giſtro amiſſa nudus in Bethaniam reuerſus eſt.

DE Aurelio Auguſtino.

Ec multum ab his diuerſus Aurelius Auguſtinus: qui ueſti
n tu:calceatuq; indiſcreto uixit cum iis:quibus ſanctitate:ſci-
entia:& dignitate longe præfuit.

DE Bernardo Abbate.

Enui: deſpicatioreq; tunica uſus eſt & Bernardus Abbas
t cæteꝝminime ſordida.huius eſt illud ſcite dictum:ueſtem
ſordibus obſoletam deſidiæ eſſe teſtem:& ſecordiæ.

DE Paulo Primo Eremita.

Aulus:qui primus in Eremo uixit pietatis ſtudio non ſcor-
p team habuit ueſtem:non lineam:aut ciliciam :ſed palma-
ceis contextam foliis. magno exemplo humanæ luxuriæ
a natura repudiatæ: quando ſit ipſa modicis contenta.

DE Antonio Abbate.

Ntonius Abbas:qui eum ſepeliit in deliciis habuit defuncti
a exuuias: quas feſtis dum taxat diebus induebat.tam me-
morabili exẽplo:q̃ Hieronymi optatu claꝝ: qui ſcriptũ reli
quit maluiſſe ſe in Pauli ueſte q̃ in Regia purpura conſpici.

DE Thimotheo Anachoreta.

On folia:ſꝫ capilli texerũt Thimotheũ Anachoretã adeoq;
n deformarunt: ut a Panucio in ſolitudine repert⁹ immanis
fera primo aſpectu non homo ſit creditus:uox inde arguit
humanitatem:quæ efferatiore tegebatur cultu.

DE Onophrio Anachoreta.

Aud multũ huic abſimilis Onophrius:& ipſe eremi incola
h qui conſũpta ueſte quæ unica illi fuit:quũ e medio diſceſſiſ
ſet nudus egit:foliis uerenda tegentibus:ſed hæc aliquanto
uetuſtiora:& a conſpectu hominum magis remota.

DE Franciſco Aſiſiate.

St exemplum :quod ſequitur multo recentius. Franciſcus
e Aſiſias paupertatis cultor diligens non in ſolitudine :ut illi:
ſed medio luxu: inſaniaq; diuitiarum:craſſi natiuiq; pan-
ni tunicam nudo induxit corpori:inductam funiculo compreſſit.
nudis pedibus ligneos ſubiecit ſocculos.ut quatenus liceret corpus
a terræ contactu uindicaret:unde mens procul receſſerat cæleſti-

um affectatrix.

DE Heliſabethe.

Rita fere ueſte diuerſoq; colore referta amiciebatur Heli-
t ſabeth regis filia:geſtiebatq; magis mendici habitu q̃ Re-
gum purpura ſpectari.aſpernari uidelicet Regium ſtem-
ma in quo orta erat ſapiens mulier:ut cœlum indipiſceretur.

DE Maria ægyptiaca.

Aius propemodũ hoc fuit q̃ ꝙ Aegyptia mulier fecit.quæ
m conſumptis ueſtibus nuda egit in Eremo.hæc.n.nulli erat
contemptui:quum ſe ipſam cõtemneret.at Regia mulier
cuius nuper mentio incidit:quum ea aſpernaretur:quæ cæteri mi-
rantur:deſipere credita eſt.quum una omnium præcipue ſaperet.

DE PROPHANIS:ET PRIMVM.

DE Hercule.

Erculem Alcmenæ filium Nemeæi Leonis amictum exu
h uiis:cætera nudum egiſſe uetus Græcia fabulata eſt.Italia
quoq; græcos imitata id unum tegumenti genus illi aſſi-
gnat.nec(ut uidere eſt)in uno Hercule figurãdo id faciunt.ſed in
cæteris quoq; heroibus.at Neſſi tunica qua ille conſumptus eſt: &
Homeri carmen de iis qui ad Troiam militarunt:receptæ opinio
nis fidem eleuat.

DE Diogene cynico.

Ed hæc quæ de Hercule & Heroibꝰ tradita ſunt memoriæ:
ſ aut uulgo recepta:propiora ſunt fabulis q̃ ut pro ueris affir
mari poſſint.Sinopæꝰ Diogenes(q̃d neget nemo) cynicæ
affectator diſciplinæ pallio uixit unico cõtentus.tanto Antiſthene
rigidior qui eius ſectæ princeps pallium duplicauit:baculum & pe
ram primus ſumpſit.

DE Menedemo cynico.

Inꝰ horrida hæc aſpectu:q̃ furialis Menedemi habitus.fuit
m & hic Cynicꝰ:tunicã ſumpſit pulli coloris baltheo pũiceo
ſtrictam:pileũ arcadicũ duodecim elementis intextũ.Tra
gici ad hæc cothurni uirga fraxinea manibꝰ erat & ꝓlixior barba:
habitꝰ(ut dicerẽ liceat)magis ſuperſtitioſus:q̃ ſapíẽ affectatorẽ dignꝰ.

DE Phocione athenienſi.

Vinq; & quadraginta magiſtratus geſſit Phociõ athenien-
q ſis:ſed quo ſit ueſtis genere interim uſus calceãdi ratio in
eo demõſtrat:inoluit adagiũ inter urbanos ut quũ immẽ

ſum frig⁹ & ĩtolerabile ſignificare uellẽt: Phociõ dicerẽt calceat⁹ ẽ.

DE Portio Catone.

Abent & Romani ſua exempla. Cato portius: qui a nobiliſſima Cenſura quã geſſit Cenſorii tulit cognomen: nunq̄ toga uſus eſt pluriſq̄ drachmis centũ empta. ſed maius in uticenſi huius pronepote frugalitatis exemplum. qui ſine calceis: ſine tunica: cæterum funiculo cinctus per forum cum familiaribus poſt prandium deambulauit.

DE Serranorum familia.

Vlierum: quibus apud omnis gentes ornatus corporis peculiarior fere fuit q̄ uiris: unum apud Romanos inclaruit exemplum: nec ad unam aliquã fœminam: ſed ad uniuerſam pertinens familiã. in Serranorũ gẽte nulla unq̄ eſt linea ueſte uſa ob mollitiem & luxum repudiata. Pleriq; hominũ nudi agunt uel quia texturam ignorent: aut potius non egeant: nec in eo continentiam ſpectant: ſed cõmodum: ſed nunc mores cenſentur: & uitæ moderatio: Non gentium ritus.

DE OPERIBVS MANV EXERCENDIS. CAPI. IX.

Ihil æque uitam hominum aut aptius ĩſtruit: aut ualidius confirmat q̄ honeſta operatio: & diligẽs induſtria: in actu omnis Virtus ſita eſt: ignauia hebetantur animi: corpora torpeſcunt: fiuntq; morbis impenſius obnoxia. tuetur utrumq; diligens exercitatio: neceſſe eſt ut præclare Portius ſcripſit Cato: ut ſua cuiq; uitæ ratio conſtet. id niſi operoſis & alacri ingenio uiris contingere non poteſt. Eſt tñ in hac uitæ parte monenda mortalitas: ne quũ agere ſe putet aliqd: aliud agat. maturanda ſunt officia: & omnia quæ fiunt: tempori & loco accõmodanda. Quod Chriſti Regis Apoſtoli feciſſe dicuntur.

DE Chriſti Apoſtolis.

Nim uero quum hi p̃cando: legendo: euangeliũ prædicando omne fere tẽpus abſumerent: quoties ab eiuſmodi operibus requies contigiſſet: manibus aliquid operari. Tarſenſis Paulus ubi claſſicũ illud inflarat: quo partem multo maximam humanarũ gentiũ ad Chriſti ſigna conuertit: funes texuit. Petrus Bariona & Io. Zebedei filius medio apoſtolatu piſcati ſunt. nõ qa non eſſet quod docere poſſent: aut nõ haberent quod utilius oparentur: ſed ut ſibi cõceſſum ociũ uerterent in negocium. ſatius eſſe rati aliquid agere: q̄ nihil agere: mõ id quod agerẽt: honeſte fieret.

DE Luca Euangeliſta.

Ge uero quid Lucas Euangelii auctor:an non & ipſe cæleſtium rerum meditatione fatigatus:aliquid ſemper depingere ſolitus eſt? declarant hominis ſtudiū in eo genere tabulæ:quæ hodie haud uno loco uiſuntur cum deiparæ iconibus ipſius manu affabre figuratæ.

DE Stephano anachoreta:& Serapione.

Tephanus Anachoreta in Eremo funes palmaceos texuit. Maius tamen:& ſeuerius Serapiouis inſtitutū.qui quū Abbas eēt:ita inter monachos cōparauit:ut ſibi quiſq; manu alimenta quærerent.ſiquid inde ſupereſſet:id egenis impartirēt:iis præſertim:qui aut in uinculis iacerent:aut cuſtodia tenerentur.

DE Io.Abbate.

N Thebaica ſolitudine Io.Abbas pacem a cæleſti nuntio accipere ſolitus:fiſcellas pro feſtis diebus texere:atq; inde ſibi uictum quæritare.

DE Antonio Abbate.

Vbiit aliquando Eremi tedium Antoniū Abbatem:dubiuſq; conſilii clamaſſe fertur ſeruari cupio:ſed cogitatio aduerſatur.hic mirum accidit:media illa animi fluctuatione intuitus eſt hominē monaſtico habitu nunc caſathos texentē: nūc orationi intentius uacantem: auditāq; ſuperne uocem & tu ſic facito.quod oraculum ſecutus per hæc duo tam conſtanter perſeuerauit:ut omniū monaſticæ diſciplinæ ſit obſeruātiſſimus iudicatus.

DE Paconio Abbate.

Ille & quingentos ſub Paconio Abbate proditum eſt fuiſſe monachos in Thebaidis regiōe: qui labore & induſtria ſibi uictum quæſiuere nulla extraria adiuti ope.peperit ea res aliquando non infacetū ſcommata.parabat ſibi uictum monachorum quidam diurno labore:ut in ſcythiotico cœnobio moris fuit.mirari ſedulam huius operā ex nouitiis unus: rideleq; ſimul monachum operi intentum euangelicū illud uoce teſtatus.Maria optimam partem elegit cætera nota ſunt:præferens haud dubie cōtemplationem terrenis operibus.cæterum a nullo ſub noctem ad cœnam uocatus:quum attonito ſimilis ſtaret:defixus rei nouitate audiuit Mariam indigere Marthæ miniſterio.

DE Deipara uirgine.

ſ Ed nulli pulchrius diurna ratio conſtitit: q̃ deiparæ uirgini quæ a prima luce ad tertiam diei horam ſedulo placando numini uacabat: inde ad meridiem lanificio: mox a cibo qui illi parciſſimus fuit: reliquum diei diuinarum rerum lectionibus applicabat.

DE Heliſabethe regis filia.

h Eliſabeth: quæ tam humiliter uixit: quã clara eſt inter homines & illuſtris: regia fortuna: in qua orta fuerat: aut lanam carpere ab oratione: aut texere: aut certe aliud ſerio operari: ne per ocium: & quietem ullum ſibi tempus elaberetur: nullam (ut credere æquũ eſt) maiorem iacturam arbitrata: q̃ temporis: in quo ſita eſt uillicationis ratio: quam euangelica celebrat hiſtoria.

DE ETHNICIS EXEMPLIS.

DE Maiore Aphricano.

u Erum quantum in his ualuit pietatis ſtudium: cæleſtiumq; rerum affectus: tantũ nec minus diſciplinaꝶ amor: aut famæ inmoderata cupiditas: in iis: qui myſterii huius arcanũ ignorarant: Nota eſt uox illa maioris Aphricani: qui rogatus quid ageret: quũ ſolus eſſet: ita occurrit: ut nunq̃ ſe minus ſolũ eſſe dixerit: q̃ quũ ſolus eſſet. demõſtrauit id reſponſũ quoties uir ille ſenatoriis fuiſſet: forẽſibus ue curis uacuus: non ocio & inertiæ deditũ: ſed magna & utilia meditari ſolitum.

DE Philopœmene Megalopolitano.

p Hilopoemẽues Megalopolitãus tantũ abfuit: ut ocioſus aliquãdo fuerit: ut quũ ſolus iter faceret: aut deambularet ſpeculabundus occurentiũ locoꝶ ſitũ cõtẽplaretur: ſemetipſũ explorãs: quid ſi tibi ductãti exercitũ fiat hic tibi hoſtis obuius? aut a lateribus eo repẽte uelut ex inſidiis conſurgat? quia figura aciem inſtruas? continẽdꝰ miles: an illico ſigna inferẽda? & ſi tenẽdus quomõ præſidiarios loces? aut ſubſidia diſpõas? fecit eiuſmodi meditatio: ut in præſtãtiſſimis græciæ ducibꝰ ſit demũ Philopœmenes celebratus: quo uita functo: nullũ ãpliꝰ græcia præcellẽtẽ ducẽ emiſit.

DE Cyro Maiore.

c Yrus Maior (ſi uera ſunt quæ de eo græci ſcriptores ꝑdiderũt) mirifice eſt terræ cultu delectatꝰ. ſatis conſtat a lacedæmonio hoſpite mortaliũ feliciſſimũ iudicatũ. ꝙ præter regnum: quod ampliſſimum illi fuit: terram ſcientiſſime coleret.

DE Tarquinio Superbo.

Oteſt &.L. Tarquinius: qui ultimus fuit Romanoꝝ regũ.
p uideri a ſimili cura nõ abhorruiſſe: qui ex horto funeſtum illud Gabinæ ciuitati Corinthoq; tranſlatitium dedit filio reſponſum.

DE Demetrio & Aeuropo.

Emetrius qui Poliocertes cognominatus ẽ:bellicas machi
d nas & naues fabricare ſolitus dicitur quũ a re bellica:cuius fuit ſcientiſſim⁹:uacaret.pulchri⁹ hic q̃ Aeropus Macedoniæ rex:qui ſiquid ocii nactus eſſet:ut id in negociũ uerteret:lucernas & paruos fabrefecit abacos:uile op⁹(qs neſcit?)& ridiculũ præſertim in rege.ſed ſic melius q̃ ſi nihil feciſſet.nihil magna ingenia minus ferunt q̃ ocium.

DE Parthorum Regibus.

Arthorũ reges ne deſidia torpeſcerent:teloꝝ cuſpides acue
p re conſueſſe traduntur.ſeduloq; id facere ut nõ ſolũ animi oblectationem ex ea re ſibi quærerent:ſed & laudem.

DE Mahomethe Othomano.

Oſtra memoria Mahomethes othoman⁹.q græciæ iperiũ
n euertit:quũ oratoꝝ poſtulata audiret externaꝝ gẽtiũ:cocle aria lignea affabre celabat:aut ĩ tabula aliqd effingebat.

DE Attalo Philomatore.

Oneſtius hoc & multo utili⁹: q̃ Attalus Philometor:q in
h regio horto Aconitũ Cicutã aliaſq; noxias coluit herbas: legebatq; ſemẽ ceu ſalubrem aliquã frugem: quũ haud dubie hominum pernitiem legeret.

DE Domitiano Principe.

Tq̃ inuidioſũ hoc & deteſtabile:tã me hercule riſu dignũ
a quod de Domitião pricipe ꝓditũ eſt memoriæ.q ĩ ſecreto muſcas ſtilo cõfigebat: ideq; iocãdi materiã nact⁹ aulicorũ un⁹:rogatus an cũ pricipe eſſet aliquis:ne muſca qdẽ reſpondit.

DE CORPORIS CASTIGATIONE.CAP. X.

Ene actũ eſſet cũ homine ſi corpus hoc quo uerus homo
b tegitur:tã libens uirtuti q̃ uoluptati ĩhæreret.hãc eñi ſpõte ſequitur:illã non niſi imperio coactus.cæterum quo cõtumacius eſt magiſq; in uitia propenſum:eo fortius ſapiẽtiuſq; feciſſe uideri poſſunt ii:qui illud ut nequiſſimum aliquod mancipium inedia labore & uerberibus affligentes:rationis iugo ſubiecere.

DE Paulo Tarſenſi.

Oc certe eſt quod Tarſenſis Paulus Chriſti proponit cul-
h toribus ego inqt caſtigo corpus meũ: quod ſi in eo qui uas
fertur electiõis caro hui⁹ idiga fuit remedii: qd cæteri faci-
ant: qui ne in reiectorum numero ſint: eſt uehemẽter adiutendũ.

DE Lodouico Francorum Rege.

D(ut credi par)eſt in primis ſecut⁹ Lodouicus Galliaꝝ rex
i libentius cilicina uſus tunica: quã aurea aut purpurea: hoc
quod terreni erat regni inſigne aſpernatus. illud cupide cõ
plexus: quia auguſtioris imperii perpetuoq; manſuri.

DE Macario Alexandrino.

Acarius Alexandrinus: qa graue & aſſiduũ fuit illĩ certamẽ
m aduerſus carnem: ſaccũ ſabulo plenum ad extremam laſſi
tudinem geſtabat humeris. rogatus forte quid ſuperuacua
illa ſibi uellet opera: niſi inquit corp⁹ hoc grauiter affecero: pericli-
tetur anima neceſſe eſt.

DE Monacho Lithophoro.

Iuus Hieronym⁹ auctor eſt uiſũ a ſe in Eremo qui iam ter
d tium annum bis cotidie prægrande ſaxum tria millia paſ-
ſuum geſtaret humeris. tãtaq; alacritate iniunctũ onus fer
ret & ut ad corpus maiorẽ in modũ fatigãdum poſceret: ut aliquid
ad huc oneris adiiceretur.

DE. Io. Monacho.

Irũ quidẽ uideri poſſit & a fide abhorrens niſi pia opera
m cælo curæ eſſent: quod de. Io. quodam monaſticam uitam
agẽte proditũ eſt memoriæ. anguſtæ rupi eum infixũ ppe-
tuo ſtatu ſomnũ & cibum cœpiſſe: adeo pertinax eſt cœleſtium re
rum cura: tantaq; in uirtute coſtantia ſi fauor numinis adſit.

DE Franciſco Aſiſiate.

Emo autem ſeuerius calcauit uoluptatem Frãciſco Aſiſia
n te. Nemo corpus atrocius afflixit. is quum connubii appe
tentia forte animũ tetigiſſet: uerberibus totum corpus affe
cit. uerũ qa ſic quoq; rebellabat carnis ſtimulus: nudũ corpus alta
niue ĩmerſit. niualeſq; effingẽs imagũculas in puerorũ ſpeciẽ arcti⁹
amplexari. en inqt tibi uxor: en liberi quos optaſti. hos amplectere:
hos foue: & oſculare. uis hæc: an in officio eſſe: terra ſimul frui: &
cœlo non potes.

DE Paconio Abbate.

Aſtigatio hæc ſeuera & pene atrox. ſ; Pacõii Abbatis ppemo
c dũ atrocior. q nõ mõ niuali frigorẽ afficiebat corp⁹: ſ; nudis

pedibus uepres & tribulos calcabat:ut aculeos carnis extraris: cor puſq; conſaucianti bus expungeret.

DE Heliſabethe Regis filia.

Ix miretur hæc: qui fando audiuerit:aut legerit aliquan-
n do ab Heliſabethe regis filia abduci ſolitas in ſecretū dome
ſticas ancillas: hiſq; herile corpus atrociter uerberandum præbuiſſe.fuitq; illud haud uno modo proficere:nam & caſtitatem per hæc tueri:& patientiæ aſſueſcere.

DE Cæcilia Virgine.

Agnū & Cæciliæ uirginis exemplum in hac relatione:quæ
m Valeriano deſponſa:ne in nuptiali quidem ornatu ciliciū
depoſuit: ſic duobus ſpōſis placitura cælesti interiore hoc alteri:qui in terris erat cultu exteriore.

DE Radigundis Regis Coniuge.

Vlit & Radigūdis uxor regis in Gallia ſub regali ueſtium
t cultu:uile & aſperum cilicium. documento haud obſcuro
mente & iis:quæ nō cernuntur oculis:rectius pietatem coli:q̃ uittis & tunica.

DE Sarra.

Ed nulla ptinacius carnē impugnauit q̃ Sarra ĩ Scythi mo
ſ naſterio cuius antiſtes fuit.xl.annos.neq; aquas præterfluē
tes neq; pratum cubiculo ſubiectum molliter uirens unq̃ ĩtuita:ne.ſ. terreſtris illecebra oculis inſpecta pernitioſo allapſu mē tē cælo intentam propoſito auerteret.

DE Ethnicis Exemplis & primum de Socrate.

Ec pauci quidem fuere qui citra omnem ueræ pietatis af-
n fectum inſigniter exercuerunt in ſuum corpus imperium
uirtutis ſtudio aut neceſſitate aliqua adacti.Nam Socrates qui Ethicen induxit perdius ac pernox a primo ſolis ortu ad ſolē alterum orientem immobilis ſtare ſolitus eſt :iiſdem ueſtigiis atq; eodē obtutu defixus ut ad fortuitas uices patiētia aſſueſceret.adeo hæc uirtus præ cæteris fuit illi curæ.

DE Eodem ſocrate.

Vit idem tanta(ut fertur) temperantia ut omne uitæ tem-
f pus inoffenſa ualitudine uixerit.

DE Diogene Cynico.

Inopæus Diogenes præter nuditatem corporis(ſolo enim
ſ pallio uſus eſt)nudis pedibus uixit & capite adapto frigoris
& caloris æque patiens.abiecto prius ligneo uaſe alterius

cauis ad hæc manibus potare ſolitus.Extremis uitæ tēporibus crudam carnem ueſci conatus eſt:ut nihil eſſet in quo miniſterio alterius egeret ſobrius naturæ cultor.

DE Anaxarcho.

m Agna & memorabilis Anaxarchi conſtantia.ſed hæc non medio cruciatu(ut credere eſt)ſed longo uſu & exercitatione quæſita .is quum Tyranni iuſſu marmorea pila tūderetur:non ſe ſed Anaxarchi pilam tūdi teſtatus eſt.

DE Meſarcho.

m Iſſus Mneſarchus ab Alexandro ad Gymnoſophiſtas in patentem campum perductus nudos homines offendit feruenti arenæ ſeſe exercentes.horum alii alio ſtatu cœli & loci intēperiem ferre.hic ueſtigio nixus ſtabat:ille īmotis oculis Solem ex aduerſo intueri.ſedebant nonnulli lapidibus & ſcopulis immoti.alii in arenis iacebāt.hic in faciem:ille ſupinus.omnes tamen ad tolerantiam & labores perferendos uelut ad primanam quandam uirtutē exerceri.eſt.n.fortitudinis mater Virtus hæc continentiæ alūna.ut uere & ſapienter ſit dictū Abſtine:& Patere.

DE Attilio regulo.

n Ec in pluma & epularum luxu nata eſt illa Attilii Reguli in cruciatu conſtantia contemptuſq; mortis . Parſimonia & magnus uirtutum habitus tam facilem illi fecit uiam ad mortem:ut captus iam & uinctus nō magis Pœnorum crudelitatem extimuerit q̄ in acie ſtans timuerat arma.

DE Catone Vticenſi.

c Ato:qui Vticenſis cognomen tulit: adoleſcens adhuc per integrū diē: ſermōe nihil intermiſſo locutus eſt.calores & niues nudo capite tolerauit:iter pedibus facerē amicis equo ſedentibus:quoties a febre laborauit: ſolus eſſe uoluit.nec quemq̄ admiſit niſi morbo leuatus.per hæc uirtus illa adoleuit quam poſtea ciuili bello reipu.præſtitit.ſeptem continuos dies per loca ſerpentibus infeſta ductauit exercitum non equo:non uehiculo uectus:ſed pedibus & in primo agmine iter faciens.nunq̄ ſedens niſi cum cibum aut quietem caperet.

MARCI ANTONII SABELLICI SECVNDI EXEMPLORVM. FINIS.

MARCI ANTONII SABELLICI EXEMPLORVM LIBER TERTIVS.

Xempla ad eam uitæ partem pertinentia quæ græco uerbo Mõaſtice dicta eſt: a noſtris Solitaria dici põt: Proxim⁹ liber explicat. Nũc ea dicẽtur ꝙ domeſticam diſciplinã inſtituere: & illuſtrarĩ poterunt. & ob eã rẽ relatu non indigna. quid ꝙ nulla eſt hominũ opinione ſanctior in terris neceſſitudo: ꝙ illa quæ unicuiqꝫ eſt noſtrum cũ parentibus: liberis: & iis quibus cũ perpetuo uiuimus: quæ quo maior eſt: maioreſqꝫ in animis hominũ parit affectus: eo magis illuſtria exempla pars hæc uitæ ſibi uendicat quã cæterarum aliqua.

DE AVTORITATE PARENTVM: IN LIBEROS.

DE Noe.

Oe: ut a uetuſtioribus relatio hæc ſumat exordiũ: qui unus
n mortalium cum ſua domo Cataclyſmo ſuperfuit: liberos nõ modo in antiqua pietate ad id tempus tenuit: nullaqꝫ paſſus eſt uitiorum labe contingi: quæ plus nimio in terris inualuerat: ſed quũ in fabricãda arca a cæteris delirus haberetur: filii & uniuerſa domus ſemp in offõ fuere: & ad oẽ ſenis imperiũ parati.

DE Iacob ſiue: Iſraele.

Ed quã obſequenter hi patrem audiuere: tam pie nec mi
ſ nus Iſraelem decem filii ſunt ueriti. qui in Aegypto ad regii præfecti pedes cum lachrymis & ꝓcibus ꝓuoluti: nihil obſcure teſtati ſunt: ꝙ ſanctũ eſſet apud ſe patris imperium: profeſſi aut ſibi perpetuo exulandum: aut fratrem: cuius ſupplicium deprecabantur: ſeni reſtituendum.

DE Habraamo.

Saachus: qui horum auus fuit: in montẽ ab Abraamo pa
I tre perductus: quũ pro hoſtia mactãdus ante arã ſtaret: nõ contumax ſenẽ fortis & ualidus aſpernari: ſed in agni ſpeciem ſe patri immolãdum præbuit: ut dubitari poſſit paterna ne pietas magis deo placuerit: an filii obſequium.

DE Dauide rege.

Xpertus eſt Dauid Rex in filiis contumaciã. ſed ultio fuit
e illa numinis: nõ domeſticæ diſciplinæ uitiũ. Cæterũ extre

mo uitæ tẽpore Solomonẽ puerũ adhuc: & adulterio ꝯceptũ regẽ declarauit: quũ plures filii adeſſent grãdes natu: & prudẽtia nõ uulgari. uerũ hi nõ mõ non patri iuerũt obuiã: ſed eius uoluntatẽ ceu oraculũ ſecuti nihil etiam poſt ſenis interitum mutare ſunt auſi.

DE Mathatia machabeorum patre.

e St & Mathatias Machabæorũ pater hoc nomine memorabilis. cuius ſtudiũ & pietatẽ ſecuta cohors illa ducũ ueriuſq̃ filiorum: perpetuum geſſit bellum cũ Syriæ regibꝰ. non hoſtium opes: quæ ualidiſſimæ erant: non domeſtici caſus: quibus ad inuidiam ſæuientis fortunæ Iudas & fratres iactati ſunt: excutere potuerunt ferrum ex illorum manibus. quin fuit omnibus is bellandi finis: qui fuit & uitæ.

DE Hebraica muliere.

u Endicat in his ſibi locum Hebraicæ mulieris exemplum. quæ Syriacis temporibus cum filiis de religiõe appellata: ꝓpoſitaq; impunitate ſi a patrio cultu diſcederet: auctor fuit adoleſcentibus ut citius mortem oppeterent: q̃ a maiorum pietate declinarent. cuius uocem & imperium reueriti unus poſt alium ſeſe morti deuouerunt: ſatius rati ſe priuari uita: q̃ matri nõ parere honeſta & utilia præcipienti.

DE Prophanis. De Telamone.

t Eucer & Aiax a Telamone patre ea lege dicuntur ad Troiam miſſi ut Ambo aut neuter domum redirent. nec decẽnale bellum eorum deſyderii plenum: quæ mortalibus cãriſſima eſſe ſolent: patris legem antiquare potuit. quin capto Ilio Teucer: quia fratrem amiſerat: natale ſolum exilio uertit: Cyprũq; prætulit patriæ cuius finibus domeſtica lege excludebatur.

DE Agenore Rege.

p Eruetus res eſt: fabulæq; propior q̃ hiſtoricæ fidei. & ob id fortaſſe cunctatius referẽda. cæterũ quia memoriæ prodita eſt: nõ indigna fortaſſe fit: quæ ad uitã inſtruendã inter illuſtria memoretur exẽpla. Cadmus Agenoris filiꝰ ad Europam ſororẽ quærendã ea eſt conditione a patre miſſus: ut niſi illa reperta exularet. diu proinde multumq; terra mariq; euagatus patriæ magis imperii q̃ patriæ memor in Boetia exul conſedit.

DE Hamilchare Barchino.

n On religio: cuius contẽptor fuit: ſed Almicaris: qui eũ genuit ſtudiũ & uoluntas in cauſa fuitq; Hannibal oĩa iura

diuina & humana maluit peruertere: q̃ amicus eſſe Romāī nominis. deſiit is uictus Res Romanas ſolicitare: ex odio tamen nihil remiſit. uixit priuatus: ſed Romanorum nihilo ſecius hoſtis. potuit Fortuna ducis mutari: propoſitum non potuit. Adeo in quibuſdā plus affectus ualet: q̃ neceſſitas.

DE Sp. Caſſii patre.

c Aeterum quanta fuerit omni tempore patrum Maieſtas in filios: unum atq; alterum Ro. ciuitatis exemplum plane arguit. Sp. Caſſius uit conſularis a patre domeſtico iudicio ob rem pu. ſeditioſe adminiſtratam necatus dicitur. & eū: qui Macedoniam prouinciam parum ſecūda fama rexerat: domum reuerſum pater priuo iudicio dānauit: ſup̄moq; affecit ſupplicio.

DE Romulo.

r Omulus parens & conditor Romanæ urbis legibus ſanxit: ut liceret patri bis filium uendere. per quæ totus homo intelligitur patris eſſe: & quia ab eo procreatus ſit: ſit præterea legitime educatus: & inſtitutus: honeſteq; in re pu. collocatus.

DE LIBERORVM INSTITVTIONE. CAP. II.

DE Protoplaſto & filiis.

q Voniam ſua ſponte incidit hæc relatio in liberorum inſtitutionē: non ab re ſit (puto) œconomicæ huius partis exēpla continuo referre. præibuntq; noſtratia: nequid inſtituto ordine aberret explicatio. Docuit exemplo memorabili Protoplaſtus quæ omnium prima ſit liberis diſciplina inculcanda. nam quum duorum pater eſſet: uterq; ab eo edoctus eſt cœli numē uenerari. eſt. n. hæc primaria ſapientia. obtulit itaq; hic: qui terræ cultor fuit: frugum primitias. alter: qui paſtor erat: agnos & quicquid eximium ex toto grege potuit in holocauſtum dedit.

DE Noe.

q Vid Noe: an paruum documentum præbuit omni poſteritati nullū eſſe tēpus: quo liberi nō uerecūde ſolū: ſed religioſe quoq; adire debeāt parentes: ac uenerari? Enimuero quum poſt uini hauſtum ſenex parum caute humi prouolutus iacuiſſet: riſit impius Cham uerenda patris: q̃ auerſi adeuntes contexere cæteri fratres pallii iniectu: id ſpectaculū ut dirum & deteſtabile auerſati. ultus eſt eam contumeliam Noe: Cham impietatis damnatum perpetuo multauit exilio.

DE Iob patientiſſimo.

m Onſtrauit primus ille parens dei cultum filiis.hic uero parentũ.Iob omnium patientiſſimus doctrina & exemplo liberos ad tolerantiam & quandã animi tranquillitatem inſtruxit.Nam qui patrem tot cladibus affectum erũnoſumq; in pietate & officio permanentem uidere:toleranterq; omnia ferẽtem:hi(ut credere æquũ eſt)ſi ruinã qua demum obruti ſunt:præuidere potuiſſent:tam fortiter tuliſſent:q̃ ſenex ipſe uno caſu omnes tulit amiſſos.

DE Iſraelis filiis.

d Octi ſunt & Iſraelis filii a patre oportere domum bene inſtitutam ab omni labe procul abeſſe:nihilq; celerius q̃ domeſticum ſcelus abolendum:quos ſororis Dinæ raptum magna Sichimitarũ clade ultos:pollutoſq; nocturna cæde pſeſtim expiauit.iuſſitq; tabernacula alio transferri:locum ipſum lociq; Genium ut pollutum & inceſtum auerſatus.

DE Loth Sodomæo.

q Vam pie ad hæc ſanctęq; liberos & totam domum inſtituerit Sodomæus Loth:q̃ procul ab omni labe abſtinuerit memorabile excidium patriæ quo familia una miraculo ſeruata eſt:nihil obſcure declarat.inuaſerat fœda Libido Sodomã: inuaſerat & Gomorrã aliaſq; Palæſtinæ terræ urbes.atq; ita id malum late ſerpere ceperat: ut ne ab hoſpitibus quidem uiolandis abſtineretur.inferebatur palam uis Naturæ:& uetita libido p legitima haberi.Cremauit itaq; cæleſtis flamma infandã gentem:omnis ætas:omnis ſexus cum ſuis urbibus totaq; regione abiit in cinerem:ut & ipſa urbium cadauera interierint.unus Loth unaq; cum eo domus tantæ fuit cladis expers.nec uis ignea eos attigit: quos fœda uoluptas non attigerat.

DE Ethnicis exemplis:& de Perſis.

ſ Vnt & illorum in hac parte nihil obſcura exempla:qui arcanum hoc pietatis neſciuerẽ Perſæ genus hominũ quum ſua origine:tũ ipſa regni:quod olim habuit: opulentia omnibus terris illuſtre:quando uerum dei cultum:cuius erant prorſus ignari:non potuerunt aſſequi:quod proximum illi fuit: Iuſtitiã publice & priuatim filios docuere.id uero fuit Veritatẽ loqui.quod ſi dei fundamentum eſt:& Iuſtitiæ perpetua Comes.

DE Lacedæmoniis.

Eque ualuit uetus illa Lacedæmoniorũ diſciplina: ac ne
a ſcio an plus etiam aliquid habuerit. ꝙ hi liberos ad laborẽ & tolerantiã a pueris ſeuere exercuerunt: & quod omniũ maxime fuit uitæ conducibile: ætas illa paruo aſſueſcere cogeba/tur: ut poſtmodum adulta eſſet honeſto contenta.

DE Phocione Athenienſi.

Ed hæc publica inſtituta. Phocion Athenienſis quum Pho
ſ cii filii intemperantiã domeſtica diſciplina cohibere non poſſet: Lacedæmonẽ miſit inſtituendũ. eoq; adoleſcentiũ ordine collocauit quem Agogem græco uerbo dixerunt: nec dubi tauit homo temperantiæ cultor egregius externam diſciplinã Atticæ præferre: quæ tum omnium præſtantiſſima habebatur. ratus: (quod certe eſt) uitam hominis magis exẽplo proficere: ꝙ̃ ꝓceptis.

DE Cyro Rege.

Yrus maior (ſi Xenophõ ad fidẽ hiſtoricã ſcripſit) a Cam
c byſe patre belli & pacis artibus inſtructus exiit in ſpem tanti regni quantum eſt poſtea ab eo conſtitutũ eſt itaq; foris ille uirtute & ſucceſſu auctus: domi uero a pr̃e affabre deliniatus.

DE Philippo Macedonum Rege.

Xtat hodie exemplum epiſtolæ Philippi Macedonum Re
e gis: qua terror ille Græciæ teſtaẽ nõ magis ſe lætari ꝙ Alexander filius ſibi natus eſſet: ꝙ̃ ꝙ Ariſtotelem haberet cui puerum tradere poſſet inſtituẽdum. nec id Rex ſolum ſcripſit: ſed hunc ipſum filio domeſticum præceptorem adhibuit.

DE Paulo Aemilio.

Ec Aemilio Paulo minori curæ fuit liberorum inſtitutio.
n Qui omni Macedonum Gaza uictor potitꝰ ex tam opulenta præda nihil attigit: præter duos libros regiæ bibliothecæ: quos filiis habendos dedit. tanto maiꝰ ſtudium illi fuit filios liberalibus diſciplinis inſtruendi: ꝙ̃ opibus & diuitiis locupletandi.

DE Catone maiore.

Ræbuit Aemilius inſtrumentum filiis per quod cõmodi
p us proficerent. At Portius Cato: qui a nobiliſſima cenſura tulit cognomen: præbuit ſe ipſum liberis ſuis præceptorẽ. qua inſtitutione non ſolum quia Cato erat: ſed quia & pater: nulla ſanctior utiliorq; pueris adhiberi potuiſſet.

DE Cæſare Auguſto.

a Vguſtus Cæſar quum urbis: uel orbis potius terrarum curam gereret: Lucium & Caium quos per æs & libram ab Agrippa patre emerat: & in ſpem ſucceſſionis adoptarat: domeſtice quædam docuit in re literaria: docuit & Natare.

DE PARENTVM SEVERA ANIMADVERSIONE. CAP. III.

DE Deo.

i Lle ſummus & uetus omniū parēs Deus: qui Cœlum & omnia creauit: omnia gubernat: mundo adhuc recēti documentum dedit inſigne: atq; omni poſteritati ad Exemplum conducibile: parentum præcepta: quibus uitam debemus: contemni non oportere. Protoplaſtum & Euam quam illi iunxerāt: deliciarum regione depulit: monendi neceſſitatem iniunxit: quia diuino præcepto aberraſſent: nec ligno abſtinuiſſent: quod fuerat ambobus interdictū. peperit illis breuis uoluptas perpetuū laborē. & qui beatam a principio uitam omniumq; malorum expertem fuerant ſortiti: iam inde triſtem & erūnoſam egere.

DE Protoplaſto.

q Vam ſeuerum in trāſgreſſu legis eſt Protoplaſtus expertus parentem illum omniū (Nam tum duo tātū in terris eſſe: quorū pater dici potuit) tam ipſe nec minus fuit in Caim filiū. quē poſt Abelis cædē adeo eſt auerſatus: ut oīs ſanctioris diſciplinæ reliq̄rit expertē. Enimuero quū ipe uetæ pietatis negligēs fuit: tum qui ab eo procreati ſunt negligētiſſimi. ſubiiſſetq; breui ueritatis obliuio: quū Mundus adhuc recens eſſet: niſi cætera Adami ſoboles ſanctius inſtituta totum id arcanū in poſteros ꝓpagaſſet.

DE Noe.

f Oedū & deteſtabile filii in ſe facinus ultus eſt & Noe: ac neſcio maior ne pœna fuerit an culpa. ſiquidē intempeſtiuū & ſtolidū filii riſum perpetuo multauit exilio. fuitq; uindicta illa non ſolū iniuriæ auctori exitio: ſed omnibus etiam gentibus: niſi Chriſti admirabilis aduētus eas demum tenebras diſcuſſiſſet: quas diutum illud exilium omnibus terris offuderat.

DE Saulo Rege.

ſ Aulus: qui primus in Iudæa regnauit: quum Ionathas Filius ingentē hoſtium fudiſſet exercitū: fuſumq; Rex cum ſuis a tergo premeret: ac forte edictum eēt ne quis cibū caperet niſi debellatū prius eſſet cū hoſte: ipſum uictoriæ auctorē filium

quia æſtu & labore feſſus fauum Mellis media hoſtium inſectatio ne per obliuionem comediſſet:ad ſupplicium arreptum capite dã nauit.eſſetq; confeſtim pœna conſecuta:niſi uictor exercitus fortiſ ſimũ Iuuenẽ iam aræ admotũ impenſiſſimis precibus ab rege im petraſſet ut:eũ ſeruaret:& p quẽ uniuerſa gens eo die ſeruata eſſet.

DE Herode.

Euerus certe Saulus in filium.ſed ſæuus in liberos Herodes Rex Galileæ.qui Antonii & Octauii duũuiratu Rex & amicus eſt Po.Ro.appellat⁹. duos hic occidit filios unũ poſt alterum affectari regni compertos.potuit iratus pater liberos in poteſtatem redactos in uinculis habere:& in ſucceſſionem regni ſeruare.interficere tamen maluit magis læſæ maieſtatis memor:q̃ patriæ pietatis.

DE Trebellio Bulgarum Rege.

Diiciam his recẽs exemplum & cui nullũ propemodum ex recentioribus merito comparari poſſit. Trebellius: qui primus chriſtiani nominis Bulgariæ Rex fuit (ẽ olim hæc Macedonia dicta)Monaſticam ſecutus uitam filio chriſtiana pietate imbuto regnum per manus tradidit.relabitur hic paulo poſt in malorum dæmonum cultum.quod ubi exploratũ habuit Trebellius regni Gubernaculo denuo aſſumpto:impium filiũ lumini bus priuat:regniq; tutela in fratrem:qui minor natu erat:ſubito trã ſlata:ſeſe in ordinem redegit.

DE ETHNICIS EXEMPLIS.

DE Artaxerſe.

Agnum hoc:ſed quod dicã omniũ maximum maxlmeq; memorabile.ethnica.n.ſunt quæ ſequuntur.fuerũt(ex numeroſo credere eſt pellicatu) quinquaginta filii Artaxerſi Perſarum regi.hi Darii impulſu:quem pater cõtra morem gentis uiuens regem conſtituerat:in Senem coniurant.nefarii cõ ſilii cau ſa inde orta q pallacarum unam Aſpaſiam nomine petẽti Dario negaſſet pater.facinus oſtento ſimile :q in paternam cædem numeroſa illa filiorum Phalanx conſpirare potuerit nullo diſcrepãter cæterum omnis humanæ pietatis immemor pater: Darium conce pti ſceleris conuictum cum numeroſa illa fratrum cohorte extremo affecit ſupplicio coniugibus & liberis interfectis:ut ex tãta nuper ſobole ne progenies quidem ulla ſupereſſet.nec ipſe multum inde ſuperuixit huic domeſticæ cladi morbo & mœrore cõfectus.

Rex fœlicior: q̃ p̃r. regnauit ãnos duos & ſexaginta: nõ ageri⁹ obiit.

DE Amyntore.

Etuſtior Fama eſt: & magis poetarum nota fabulis q̃ hiſtorica fide nixa: res tamen cognitu non inutilis: poteſt enim exemplo prodeſſe. Phœnix Amynthoris filius: qui Achillē ad Troiam comitatus eſt: matri gratificaturus: patris interfecit pellicem. prætulit Amynthor proprium affectum domeſticæ pietati: filiũq; diræ execrat⁹ domo: ac p̃ria pulſum ꝑpetuo multauit exilio.

DE Althea œnei coniuge.

Vit hæc aminthoris ſeuera ultio: ſed altheæ: quæ Oenei fuit uxor: nõ animaduerſio: ſed furialis ultio: hæc ut duorum fratrum cædem ulciſceretur: Meleagrum filium cædis auctorem crudeliter deuouit: deuotum ad mortem cõpulit: fuit hoc iræ indulgere: non ſeuere animaduertere. ſecuta tamen eſt cõtinuo pœnitentia: animoq; conſternata mulier laqueo uitam finiuit: ac domeſticam cladem propria morte cumulauit.

DE Iunio Bruto.

Ed hæc cunctatius ponenda: quæ ſequuntur multo recentiora & illuſtri loco collocata. Iunius Brut⁹ Romanæ libertatis Aſſertor duos adoleſcentes filios publice interfecit proditionis conuictos: ꝙ de regibus: quos ipſe eiecerat: in urbem reducendis cum Aquiliis: & Gelliis conſilium agitaſſent. magnum fortunæ ludibrium: ut ab ea domo: unde Ro. Po. nuper orta erat libertas: ſit propemodum extincta.

DE Manlio Torquato.

Anlius Torquatus filium ſecuri ꝑcuſſit latino bello: ꝙ cõtra imperium in hoſtem dimicaſſet: nec profuit Iuueni: ꝙ uictor: ꝙ hoſtilibus ornatus ſpoliis ad patrem rediiſſet: ualuit plus imperii Maieſtas apud Manlium: militariſq; diſciplina: q̃ paterna pietas: aut filii ſtrenuitas.

DE CHARITATE PARENTVM ERGA LIBEROS. CaPI. IIII.

DE Iſraele.

Vllo arctior uinculo homo homini iungitur: nullo minus ſolubili nexu: q̃ eo quo patẽtes liberis. multa nolumus patriæ debere: multa parẽtibus: multa demum multis: ſed filiorum cauſa omnia nolumus: per ferrum: per flammas itur intrepide: ſi filiorũ charitas poſtulet. nulli⁹ incolumitas homini ſuauior

nullum fuius acerbius:magiſq; luctuoſum.unū ex filiis amiſſum multos annos luxit Iſrael:nec prius diuturnū luctum abſterſit: q̃ ex inſperato repertus eſt. Cuius uidendi ſtudio patriam & domeſticos lares reliquit:migrauitq; cum tota domo i Aegyptum.cxx. annos & amplius natus.

DE Labane Iſraelis Socero.

Vnc ipſum Iſraelem ætate florentem duas Labanis filias:
h quæ illi nupſerant:partemq; armētorū multo maximam
clam ſecum abducētem ſocer aſſecutus affeciſſet:haud dubie extrémo ſupplicio tam meritum: q̃ ultioni obnoxium. Aderat ſeni clientum & ſeruorum manus ingens ad uim & iniuriam parata: niſi filiarum lachrymæ interceſſiſſent:quæ apud Labanem tanti fuere:ut ubi pœna fuerat exigenda: Ictum ſit fœd⁹:ut qui inimicus & ultor uenerat:pater inde & ſocer abſceſſerit.

DE Dauide Rege.

Eiecit Abſalon patrē regio ſolio:deiectū hoſtiliter inſecta
d tus eſt.cæterum prælio uictum interfectumq; media fuga
tam dolenter fleuit pater:efflictimq; lamentatus eſt:ut fletus magnæ illi inuidiæ fuerit apud exercitū: maiori adhuc futurus: niſi amicorum admonitu lachrymis ſimulatū gaudiū miſcuiſſet.

DE Centurione.

Iſi Centurio ille itali generis(ut credi æquum eſt)diuina
n Chriſti opera uidiſſet:nunq̃ hui⁹ opem laboranti filiæ im
ploraſſet.pietatis tamen cultum non prius recepit: q̃ pdella periculo ſeruata eſt.ualuit in militari homine multū miraculorum claritas:ſed plus omnino patrius affectus.illa ueritatis admonuit:hic ut coleret:effecit.

DE Patre Familias Euangelico.

Abet exempli inſtar & pondus ingens imaginarius ille pa
h ter familias quem euangelica celebrat hiſtoria.qui prodi
gum filiū peregre reuerſum non modo non auerſatus eſt: (patrimonii.n.patrem unam turpiter prodegerat)ſed ſeminudū & inedia confectum nuptiali ueſte texit:feſtiſq; accepit epulis.dign⁹: q aut meliorē filiū genuiſſet:aut in meli⁹ ut euenit mutabilē.

DE Deipara Virgine.

St & illud imprimis memorabile ꝙ Chriſti mater cū præ
e fatione laudis ſemper ab omnibus nominanda: ab illius
acerbiſſimo cruciatu nunq̃ temere ab ullo uiſa eſt in priua

to egit aut orationi intenta aut diuina legens:ſanctiſſimi filii tam pia q̃ ſedula cultrix.

DE ETHNICIS EXEMPLIS ET PRIMVM.

DE Aegeo.

HOc & colere fuit & amare.ſed quod Aegeus fecit dolori tantū indulgere.qui procul intuitus nauim qua filius Theſeus ex Creta uictor uehebatur:quia non candida eſſent illi uela:ſiue cærulea(ut alii memorãt)quæ lætitiam& filii incolumitatem teſtarentur.ſed funeſta & Atri coloris quæ a principio fuere:Theſeum periiſſe rat⁹:ex alta ſpecula in ſubiectum ſeſe pelagus præcipiauit.

DE Solone Athenienſi.

ATrocius hoc q̃ q̃ Solon feciſſe fertur.neq; enim atrox id fuit:ſed euētu ridiculū:& huic:q ſapientis nomē inter paucos tulit:haud dubie pudendum.erat Solonis nomen tota Grecia & Aſia celebre:quia leges Athenienſibus dediſſet.cæterum quum Miletum peregre ueniſſet:frequenteſq; cum Thalete:qui & ipſe unus ex ſeptem fuit ſapientibus:congrederetur:ac forte Ambo ex conſuetudine in publico deambularēt:tū ex compoſito filii mors: illi nuntiata eſt:ad quem atrocem nuntium uir alioqui ſapientiæ fama nobilis conſternatus animo:repente ſeſe humo afflixit.capillum & barbam utraq; manu uellicãs: fœdanſq; iniectu pulueris ora Palliumq; laniare.ad quod fœdum ſpectaculum & indignum perſona quam gerebat:quum ex toto foro ingens fact⁹ eſſet concurſus:& ipſe cum muliebri eiulatu ad ſacietatem ſpectatus indecore iacuiſſet:tum Thales cuius opera fuerat is nūtius illatus:Solonem leniter tangens:bono inquit ſis animo:filius tuus uiuit.at experiri uolui an uxorem ducere & filios procreare expediat ſapienti uiro:ut tibi perſuaſum eſt:& ipſe magna aſſertione cōtendis.ſed iam ut(uidere eſt)non modo non conducit:uerum maiorem in modum repugnat:quando ex ſapientibus inſani fiant filiorum cauſa.

DE Seleuco Rege.

QVid Seleucus Rex Syriæ non ne magnū edidit patriæ charitatis exemplum:qui Stratonicē cōiugē unice dilectã:bene q; conuenientē: Antiocho filio ceſſit: poſtea q̃ iuuenem

Heraſiſtrati Medici indicio cõperit illius forma captũ periturũ:niſi obuiam iretur.fuit id non ſolum filii uitæ conſulere:ſed ſe ipſum uincere:quo nihil eſt magno homine præſtantius.

DE Carthaginenſium Matribus.

c Artdaginẽſium matres:quum tertio Bello punico ex omni nobilitate lectiſſimi adoleſcentes obſides in Siciliã mitterentur:eos fletu:& lamentatione querula.ſunt ad naues uſq; comitatæ.tum ex his quædam a filiorũ complexibus auulſæ:ubi oram ſolutam uidere:nauimq; portu egredi:dolore ſtimulante in ſubiectos fluctus deſiluere.

DE Olympiade Magni Alexandri Matre.

n Lympias magni Alexãdri meter refoſſa Iollæ: qui filii pincerna fuit:oſſa:quia in uiuum ſæuire non contigerat:diſſipari iuſſit.ſic ulta illa ẽ filii mortem:cui uenenum miſcuiſſe Iollas ferebatur.

DE Pariſate Cyri matre.

ſ Aeuiit Olympias in mortuum.cæterum minoris cyri mater Paryſatis multo atrocius in ſectata eſt filii interfectores. quorum unum Charetem decem dies a tortoribus excruciatum priuari luminibus iuſſit: auribus liquefactum plumbũ infudit:Metroclatem ob eandem noxã duabus ſcaphis inſertum:ſiciſq;: & melle paſtum uermibus:quos corporis excrementa pepererunt:erodendum reliquit:Metaſabatem:qui poſtremo ad ſupplicium raptus eſt:pelle eriudatum:diuaricatũq; atrociter tribus palis affixit:& Pariſatis dum nimis hominem amat quia filium:hominem ſe eſſe oblita eſt.

DE Agrippina Do.Neronis Matre.

a Grippina Domitii Neronis mater dum ambitioſe nimis imperium illi aſtruit: Chaldæos ſciſcitata an imperaturus eſſet filius:futurum comperit ut is demum imperaret:uerum ita:ut matrem interficeret.interficiat inquit modo imperet.

DE Romanis Matribus.

ſ Ed q̃ ambitioſa hæc in filio ornando:tam una atq; altera Romanarum matrum in cauta in ſubito lætitiæ hauſtu. Multi bello punico ſecundo Ro.legionibus ad Traſimenum & Cannas cæſis falſo crediti ſunt periiſſe:eratq; non nullorũ uita iam temere deplorata:quum repente matribus oblati tãtam lætitiæ molem illarum animis effudere:ut uelut ſubita ruina op-

preſſæ inter oſcula & complexus expirarint.

DE Antiſtiæ Matre.

n Ec illud exiguum maternæ charitatis exẽplum: Antiſtiæ mater ob repudium a Gn. Põpeio filiæ miſſum: mortem ſibi conſciuit doloris: & ignominiæ impatiens.

DE INDVLGENTIA ET AMORE CONIVGALI. CAP. V.

DE Protoplaſto.

m Vlta & illuſtria ſunt amoris exempla in iugali copula: atq; ex his quædam cum ipſo homine propemodum nata. Niſi eni plus æquo Protoplaſtus Euam adamaſſet: nunq̃ ſciens uolenſq; diuina lege aberraſſet: nocuit auctoribus dira præuaricatio: nocuit & poſteritati: eſſet pars uitæ longe optima mutua charitas: ſi homo ſemper ea uellet: quæ honeſta ſunt. aut ea darentur: quæ iure dari poſſunt: nihil obſequio ꝑter bonũ & æquũ tuẽte.

DE Sanſone Viro Fortiſſimo.

ſ Vit Sanſonis uiri fortiſſimi nihil obſcurum in Philiſteam coniugem obſequium: cui niſi nimium indulxiſſet: nunq̃ illius proci enygma illud de Leone: & Apum mellificatione: magna uiri indignatione interpætrari potuiſſent: unde fremitus & uox illa æſtuantis animi: Nihil fallacius fœmina.

DE Solomone.

m Inor hæc culpa: q̃ quæ Solomonẽ mortalium ſapiẽtiſſimũ a ueræ pietatis cultu nequiter abduxit. in illo: cuius nuper memini: ingenii fama piclitari: in hoc immortalis Animæ ſalus. quo Nobilior eſt: eo hæc: multo q̃ illa fuit nocẽtior idulgẽtia.

m Irum uideri poſſit hominẽ ſuprema ſapiẽtia: ac ſupra faſtigium humanitatis collocatum adeo iugalibus illecebris ſuccubuiſſe: ut relicta luce tenebras ſit ſecutus. ſed homo fuit Solomon: & ſi ſapiens: humanus tamen: cuius proprium eſt labi: Sed lapſus ille fœlix: qui demum corrigi potuit.

DE Abigaile.

ſ Tolidum & peruicacem ſortita uirum Abigail (ſunt. n. & amoris exempla in connubio multa: & illuſtria) coluit tamen eũ inſigni charitate: cui quum dauidẽ iratum cognouiſſet: & ad illius exitium cum armatorũ cohorte appropinquaret: obuiam prudens mulier cum magnis muneribꝰ illi facta eſt: adeo q; preferocis & irati iuuenis animũ circumegit: ut ex inimico confeſtim Dauid amicus illi: & ex hoſte hoſpes ſit factꝰ. Sic qui hoſtis

uenerat: defenſor diſceſſit.

DE Iob Patientiſſimo.

n Vllus tam mutuæ charitatis maior unq̃ extitit affectus in connubio aliquo q̃ Iob patientiſſimi hominum: enimuero uxor capillis magno in fœmina ornamento ſeſe priuauit: ut in ſumma egeſtate langueñti uiro ac grauiter affecto panem mercaretur. & illum: quem non fortunarum amiſſio: non cohors filiorum ruina domus obtrita: non uis ulla morbi infringere potuerat: pars una capillorum cõiugi adepta adeo affecit: ut diem quo genitus eſſet homo alioqui patientiſſimus ſit demum execratus.

DE ETNICIS ET PRIMVM. DE Orpheo.

n Iſi fabuloſa conſectari turpe eſſet: & fides iis abrogaretur quæ ad uitam inſtruendam non ad uoluptatem ſcribuntur: ſpecioſum eſſet in hac relatione illud quod de Orpheo canunt Poetæ. nam præter q̃ ꝙ ridiculum ſit prodere inferna loca adiiſſe: ut ſuam inde Euridicen reciperet. quod reliquum eſt a fide non abhorret. coniũge amiſſa ſemper illius nomẽ in ore habuiſſe. omnemq; mulierum congreſſum eſſe iam inde auerſatum. ita ut ſoliuagus flebili cantu luctum & mœrorem ſolaretur.

DE Alceſte: Et Heroidibus quibuſdam.

f Ed tam hæc de Orpheo cunctanter referẽda: q̃ quæ de Alceſte & Laodomia fabulata eſt uetuſtas. parem cunctationem merentur quæ de Didone & Andromache ſcripſit Maro: non quia non credibilia ſint: ſed ꝙ a poeta traduntur: cui nihil debere uult hiſtoria.

De Artemiſia Regina.

d E Artemiſiæ in Mauſolum defunctum charitate certior fama eſt. extant & ueſtigia nobiliſſimi ſepulchri quæ famæ aſtipulantur. fuit id Mauſoleum tantæ admirationi omnibus gentibus quũ apparatu rerũ tum opificio: ut inter pauca orbis terrarum opera ſit a græcis & Romanis ſcriptoribns nobilitatum.

DE Nino Rege.

a Ge uero & q̃ indulgẽs fuiſſe credẽdus eſt: uel potius q̃ uxorius Ninus Aſſyriæ Rex ſi uera ſunt quæ de eo quidã prodidere. q ſiue ita uenirẽ uoluit: ſiue fœminã nunq̃ tale facinus auſurã credidit: Semiramidẽ cõiugẽ regiis inſignibꝰ i paucos dies inſtruxit: quã bõa mulier occaſionẽ adepta in regno perſeuerauit: uirumq; in poteſtatem redactũ non obſequẽtem modo: ſed

imperio ét iam inde habuit obnoxium.

DE Dario Rege.

Arius Rex duplici prœlio uictus ab Alexandro: magnaq;
d imperii parte exutus:nullum triſtitiæ ſignum dedit ut fertur.Cæterum morte cõiugis audita manu oculis admota: non potuit lachrymis temperare.

DE Tiberio Graecho.

Iberius Gracchorũ pater duobus Anguibus intra cubicu-
e lum captis:quum ab oſtentorum interprete diceretur fore ut ipſe ſuperſtes eét Corneliæ uxori.ſi alterius ſexus ſerpẽs interficeretur:imo iquit meũ iterficite.Cornelia Iuuenis eſt poteſt per ætatem adhuc parere.nec defuit rei euẽtus.certauit cũ eo quæ ſuperfuit coniũx mutua charitate.tãtũ.n.abfuit ut poſt Gracchi obitum fuerit cõnubii appetẽs:ut regias ẽt ſit nuptias aſpernata.

DE.M.Lepido.

Vit &.M.Lepidi charitas in uxorem nobilis apud maio-
f res.q quũ poſt *Syllæ* dictatoris interitum a Catulo diſſenſione ciuili urbe eiectus in Sardiniam conceſſiſſet: audito Apuleiæ coniugis repudio mortem obiit.

DE FILIORVM PIETATE IN PARENTES. CAP. VI.

DE Tobia Tobiæ Filio.

Xtant & filiorum in parẽtes exempla pietatis multa & ma-
e gna:atq; eo fortaſſe magis cõſpicua:quo uiridior ætas minus ſentit hunc affectum: minus religione ulla tangitur q̃ ſenilis ætes: cui⁹ proprium eſt pia & iuſta curare.Tobias Tobiæ filius:ut paternæ cæcitati remedium quæreret:puer adhuc omniũq; rerũ ignarus domo peregre profectus cœleſtem meruit ducẽ ſortiri: cuius ductu felix itu puer:felicior reditu præſentiſſimum attulit patri remedium.

DE Sem:Et Iaphet.

Ec parum pie feciſſe uideri poſſũt Sem & Iaphet Noe filii
n qui ut temulenti patris uerenda tegerent(ille.n. uini inſolẽtia: qd primus uuis expreſſerat: ebrius factus icautus & ludibrio obnoxius decubuerat)auerſa facie iacentem adiiſſe dicũtur:ſic itaq; propriis oculis pepercere:ne illicito aſpectu uiolaretur: & aliis ridendi materiam ademerunt.

DE Herode.

h Erodes ille:q Magni cognomẽ tulit:quũ hoſte a tergo urgẽte graui cõitatu ipedir⁹:noctu p abrupta & difficilia loca iter

faceret:materq; anus:& ægra animo curru forte excuſſa ac debilitata fugam remoraretur de manu ſibi inferenda ſæpius cogitatiōē ſatius ratus mortem occumbere q̄ matrem hoſtibus deſerere.

DE Cheldiberto:& Clotario:Francorū Regibus.

Nſignis hæc Hebrei hominis pietas in Matrem: Sed mul-
i to inſignior Cleldiberti & Clotarii fratrum:qui regia Fran
corum ſtirpe orti atq; ipſi reges quum de regni poſſeſſiōe inter ſe armis diſceptarent: eſſentq; acie dimicaturi:chrotochildis matris interuentu primo ferrū inhibuere maternis p̄cibus & lachrimis moti inde non ſolum prælio abſtinuerunt: ſed cōcordes facti mutuo ſe complexi ſunt.

DE Leone imperatore.

Eo imperator conſtantinopolitanus imperiū a Leone auū
l culo per manus acceptum:quū pacate regeret:ocioq; :&
opibus floreret: Zenoni Iſaurico patri ſuo ſponte tradidit habendum.indignum(credo)ducens:ac nefarium filium imperare:ubi pater priuatus ageret.

DE Roſimunda Baldoini Regis Vxore.

Abent & Mulieres illuſtres in hac parte ſua exempla nec
h adeo uetuſta:& ob id fortaſſis iucundiora relatu. Iunxit ſi
bi uxorem Baldoinus Longobardoꝝ Rex Comundi lepidarū regis filiam:quem bello uictū interfecerat miſitq; huic regio conuiuio admotæ:quum forte ueronæ eſſet:incaluiſſetq; uino:comundi patris caluam: qua more gētis pro poculo ſolemnibus cō niuiis utebat̄ iuſſuſq; eſt miniſter Reginā hortari ut cum patre biberet.perſtrinxit Roſimundæ animū(id.n.fuit illi nomen)intempeſtiua paternæ cædis exprobratio.ultionēq; ſecum meditata uirū haud multo poſt domeſtica fraude ſuſtulit:ſubornato illi p̄cuſſore.

DE Ruſticana.

I non tam atrociter:non minus pie tamen ruſticana Ro-
ſ mana mulier ulta eſt patrem ſymachum:quem Theodo-
ricus Rex Gothorum cum Boetio eius genero interfecit. fuit hæc poſt regis interitū ſuis ciuibus auctor ut ad abolendā barbari memoriā eius ſtatuæ tollerentur e medio:id poſtea facinus maieſtatis accerſita apud totilam eiuſdē gentis regem:non ſolum non inficiata eſt:ſed tam conſtanter etiam confeſſa : ut nihil æque illi profuerit ad ſalutem ac cōſtantia.Quam Barbarus miratus & ſi cauſam improbaret:tantā tñ indolē uenia dignam cenſuit.

DE ETNICIS EXEMPLIS: ET PRIMVM.

DE Aenea.

Eneas: ſiquid eminentiſſimus Vates ad fidem ſcripſit: An
a chiſem patrẽ tam pie coluit: ut capto Ilio per medios ho-
ſtes & flammas humeris impoſitum in Idam uſq; montẽ
tulerit: magis inter eundum grato oneri timens: q̃ ſibi: aut filio: aut
Creuſæ coniugi: quæ e ueſtigio ſequebatur.

DE Cimone Atheniensi.

Vid Cimon Athenienſis qua & ipſe pietate cenſendus qui
q ut Milciadẽ patrem publice damnatũ uinculis eximeret:
ultro ſeſe carceri obtulit: mortẽ (ut credere æquũ eſt) libẽs
oppetiturus: modo patrem periculo ſeruaret.

DE Manlio Torquato.

Aiore quadam indole apud noſtros Manli⁹: qui a torque
m Gallo hoſti adempto prim⁹ tulit Torquati cognomẽ: Mã
lio pr̃i ſuo ad populũ reo tẽpeſtiue opitulat⁹ ẽ. Erat huic di-
es a tribuno plebis dicta q̃ filium adoleſcentẽ ingenuum rus uelut
in Ergaſtulũ ablegaſſet. id poſteaq̃ eſt filio nunciatum: ſub lucem
ferro accinctus in urbem uenit: decretoq; petiit Tribuni domum:
qui diem patri dixerat: ad quem tanq̃ accuſator non ultor admiſ-
ſus: ubi p ſpeciẽ ſecreti ſolus eſt ſolum adeptus: manu faucibus in-
iecta ſtringit ferrum: iuguloq; admouet iacentis: moriens (inq̃t) ni
ſi iureiurando promiſſeris Manlii patris cauſam depoſiturũ: ab eoq;
ad populum uexãdo tẽperaturũ: quo Tribunus periculo ſubactus
in eius uerba iurauit: & quod iurauit præſtitit. magno claroq; teſti-
monio pietatis in filio erga patrem: quã uel iniqui laudarint.

DE Pio Metello

Etellus p patre adeo aſſiduis lachrymis & precibus inter
m ceſſit apud Ro. po. ut Pii cognomẽ iã inde ex ea re tulerit.

DE Antigono Demetrii Filio.

Xtitit & in Antigono Demetrii filio nihil obſcura pietas. q
c patris morte nũciata i Syriam nauigauit: eiuſq; cineres au
tea urna incluſos Corinthum inſigni nauium apparatu ad
tibiarum cantum deportauit.

DE Puerpera quadam Ro.

Vperauit omnem exemplorum æſtimatiõem Romanæ
ſ mulie. cuiꝰ pietas in matrem. intercidit nomen puerperæ
humili & obſcuro loco ortæ: Fama tamẽ uiget hodie: uige

bitq; omni æuo.aluit hæc plures dies matrem capitis damnatam in carcere impetrata a cuſtodibus uenia illam adeundi.ueſte tamen ſemper prius excuſſa nequid ad eam cibi inferetur.quæ res ubi animaduerſa eſt:& in curiam:delata publico decreto pientiſſimæ filiæ uita eſt matris condonata.& ut ne tantæ rei memoriæ intercideret:ubi carcer fuit Pietatis ara conſtituta eſt.

DE MVTVO AMORE:ET CHARITATE FRATRVM. CAP. VII.

DE Eſau:& Iſraele.

m Agnum quidem & efficax ad rem domeſticam tuendam & augendā uinculū mutuus fratrū amor & concordia.nā quo illi inter ſe animo eſſe debeant:ipſa uox qua nominātur declarat.habet itaq; uita & in his exempla: ſatis memoratu digna.Enimuero quid eſt Eſau memorabilius qui ab Iſraele fratre hæreditate illa:qua nulla fuit unq̄ ſanctior:fraude depulſus:hunc tamen poſtliminio reuerſum non mō non auerſatus eſt:conatuſue patriis finibus propulſare:ſed ſuauiſſime ēt cōplexū charitate pluſq̄ fraterna ueniente excepit ingenitæ pietatis non iniuriæ memor.

DE Ioſippo Iſraelis filio.

i Oſippus qui Iſraelis fuit filius domeſticum id exemplum imitatus:fratres qui ſe puerum uēdiderant uel perdiderāt potius quantū in eis fuit:quū in magna caritate annonæ Aegyptū petiiſſent frumenti inde coemundi neceſſitate adacti:hoſpitaliter excepit nō dum agnitus:adhibuitq; domeſtico ꝯuiuio.tritici ꝓtiū ignaris reſtituit ratione cōmētus accerſendi ad ſe amātiſſimi frīs q unus domi ſubſederat:ut de eius quoq; incolumitate coram cognoſceret.

DE Moſe.

m Oſes iudaicæ rei ſummā partitus cum Haarōe fratre eum tabernaculo præfecit omni ſacrorū poteſtate in unum collatā.quā poſtea dignitatem ne ille amitteret:oratiōe & miraculis certauit cū populo:nec prius deſtitit aſſertæ dignitatis ſatagere:q̄ id ſacerdotium fratri in omne uitæ tempus ſtabiliuit.

DE Eodem.

p Ari pietatis affectu uir ille ſummus ſorori ueniam e cœlo impetrauit:quum iam lepra contacta eſſet quod inmodicæ linguæ fœmina fratrem libertatis autorem ſeruatoremq; populi probroſis uerbis inceſſere eſſet auſa.

DE Petro Apoſtolo:& Andrea eius Fratre.

Etrus Bariona & Andreas eius ſrater adeo uterq; alterũ di-
p lexit:ut quod uni fuit cordi:fuerit & alteri.Piſcatu ab ineun
te ætate uterq; uixit hic retibus relictis Chriſtũ ſecutus eſt:
ſecutus eſt & ille.Ambo apoſtoli nomen tulere. Ambo Chriſti no
men profeſſi mortẽ oppetiuere.& ut extrema primis rñderẽt:cruci
Ambo affixi:ut quorũ mens ſemp una fuiſſet:unus eſſet & exitus.

DE ETHNICIS EXEMPLIS:ET PRIMVM. DE Caſtorib⁹.

Actat Teramnæos fratres Græcia magis pietatis officio q̃
i aiorũ concordia. hic eques fuit:ille pugil.cæſtibus hic:ille
habenis uſus.nec idẽ exitus.mortalis Caſtor:Pollux æterni
tatẽ ſortitus eſt.in eo tñ alter memorabilis ꝙ immortalis mortalẽ
uitæ dimidio redemit.

DE Agamemnone.

Agnum & egregium fuit id mun⁹ ac neſcio an ullum ma
m ius eſſe potuerit mortalitatem admittere ne in omne tem
pus frater moreretur.fuitq; id multo plus q̃ uniuerſam græ
ciam armaſ:ne fraternus eſſet amor inultus : quod Atridarum ma
iorem natu feciſſe proditum eſt.Decem annos ad Troiam bella-
uit ne Minor frater ademptam cõiugem ſine uindice ſuſpiraret.

DE Aphricano Maiore.

Vit & maioris Aphricani erga Lucium fratem non uulga-
f ris affectus. Cui ut extra ſortem Antiochus & Syria pro-
uincia decerneretur:ad Bellum graue & labrioſum geren-
dum Legatum ſe ſe illi obtulit.

DE Fuluio Flacco.

Vluius Flaccus quum multa ope Capuam obſideret: ma
f gnaq; uirtutis fama ob Poenũ a caſtris multa ui repulſum
a Senatu per litteras petiit.ut liceret Sibi Romam occurre
re ad Fuluii fratris ſalutẽ tuendam: cui a Tribuno plebis dicta erat
dies:ꝙ ipſius temeritate ad Herdoniam cæſus eſſet. Ro. exercitus.

DE Tiberio Cæſare.

Elebris & Tiberii Cæſaris pietas in druxũ fratrem:cuius in
c Germania extincti Romam uſq; pedibus mœſtus & ſqua
lore obſitus ẽ cadauer proſecutus magno amoris teſtimo
nio in uiuũ:ſed maiore aliquanto pietatis in defunctũ.

DE Publio Rutilio.

Vb.Rutilius leui morbo impeditus adeo de fratris dignita
p te ſollicitus fuit:ut in petitione cõſulatus audita eius repul
ſa continuo animam efflauerit.

DE Intaphernis coniuge.

Ec ſua deſunt mulieribus exẽpla in frattes:quorum illud
n maxime mẽorabile fuit.Intaphernes unus ex Darii ſociis
qui Perſarum regnum a Magis fratrib⁹ furto occupatum
armis uindicarunt:Is poſt ſummã rei Dario delatam:quum a cu-
biculi miniſtro regem adire prohiberetur: ira percitus aures illi &
naſum abſcidit:eſtq; ob eã noxam Intaphernes cum omni uirili
ſtirpe ad ſupplicium arreptus.iacuit ei⁹ uxor plures dies ante regis
ianuam miſerabiliter prouoluta:cum lachrymis & flebili lamenta
tione.cuius afflictationem miſeratus Darius miſit qui illi nuncia-
ret:ut unum ex his qui interficiendi eſſent:ſibi depoſceret.futurum
ut illius quẽ incolumẽ uellet:ipſius lachrymis uitã cõdonaret: ut
unus aliquis ſeruatus futuræ eſſet orbitatis leuamẽ:Nemo fuit cui
non perſuaſum eſſet fore ut amantiſſimi coniugis aut unius filio-
rum ſibi uitam optaret.ſed mulier fratrem depopoſcit:cæterũ iuſ-
ſa a rege dicere quid eſſet ꝙ fratrem tanto uiro & filiis prætuliſſet.
ſum inquit ego Rex adhuc Iuuenis: poſſumq; proinde iterum &
nubere & parere.frater parentibus ſenio confectis ſi ademptus ſit
reſtitui non poteſt:qua uoce Rex uehementer cõmotus non fra-
trem ſolum:ſed & filium natu maximũ illi reſtituit.

DE Claudia Veſtali.

Laudia ueſtalium una quia frater a tribuno plebis triũpha
c re prohiberetur:cum eo currum aſcendit ſacerdotio ſuetã.
ceſſit ſacroſanctus magiſtratus religioni.quæ eo die ueri⁹
ꝙ imperatoris uirtus triumphauit.

DE FIDE:ET CHARITATE SERVORVM:ERGA DOMINOS. CAP. VIII.

DE Iſraele.

Arum uere dicitur(ut arbitror)nullam inter homines fidẽ
p poſſe coaleſcere:niſi inter eos qui ex æquo uiuũt: tanq̃ ita
ſit Natura comparatum:ut qui ſeruitutem ſeruiunt: cum
eis:in quorum mancipio ſunt:animo diffidere oporteat.uel quia
ſeruire nolit mens hominis:aut quod imperare neſciat.ſed contra
ſummi uiri ſummoq; loco nati tam pulchre ſeruiuerunt:q̃ & con-
ſtanter antea quum regnarent: imperitarunt.famulatus eſt ad id
quod attinet annos quatuordecim Iſrael Labani auũculo ſuo ſpe
cõnubii quum ſeptem debuiſſet:ſi Lya quæ dabatur placuiſſet.per
tulit itaq; longum ſeruitium ut Rachele poteretur.fuitq; famulatus

ille uoluntarius nõ coactus & ob eam rem fortaſſe minus grauis.
ſed nihil habuit ſeruitus illa pulchrius tolerantia.quæ utiliter oibus
uitæ partibus accomodat̃.huic uero de q̃ nũc ſermo eſt:utiliſſime.

DE Ioſippo.

Ed q̃ patiens fuit hic cuius mentio proxime facta eſt: tam
protecto ac neſcio an plus etiam Ioſippus eius filius in Pu
tiphare apud quẽ ſeruiuit:fidelis.a quo i Aegypto empt⁹
ſtupriq; ab eius uxore ſæpius appellatus:in carcere & uinculis eſſe
maluit:q̃ Herilem domum adulterio polluere.

DE Anu Ebronitana.

On tulit ſeruitii nomen Anus illa Ebronitana:fuit tam ni-
hilo ſecius ſerua:quia ſub rege eſſet:regeq; ſuperbiſſimo ac
tyrannici ſpiritus.oraculo tamen edocta fore ut poſtridie
illius diei Saulus Rex cum filiis eo prælio caderet:quod cum Phi-
liſteis inſtabat:iacentem & afflictum regem conſolata eſt.ſagina
tumq; illi uitulum appoſuit:ut non ſolum animum ſed affectum
etiam corpus reficeret magis priſtinæ q̃ pſentis fortunæ memor.

DE Dauide Rege.

Vod ſi ſeruire iure dicũtur:qui ſub rege ſuperbiſſimo ſunt:
quis in ſuum unq̃ fuit dominum maiore q̃ Dauid fide in
hunc ipſum regem:quẽ mox paulo periturũ Ebronitana
Anus tam honorifice penes ſe habuit?erat is Dauidi adeo infenſus
ut nullus in tota Iudæa eſſet locus ab regis inſectatione nõ illi in-
feſtus.cæterum quum ſæpe regem iniuriæ obnoxiũ habuiſſet:ma-
luit regiæ ueſtis laciniã recidere:q̃ ceruicem:& dormienti urceum
potius adimere uoluit q̃ caput.

DE Paulo nolano Antiſtite.

Erum nulla ſeruitus tam uolũtaria fuit q̃ Pauli Nolani An
tiſtitis:& ob id fortaſſe omnium maxime celebranda.po-
ſtea q̃ is omnia ſua Vãdalicis tẽporibus impẽdit: in Nola
nis ciuibus ex Aphrica redimendis:ſe ipſum quando nil præterea
reliquum erat:hoſtibus dedit:ut uiduæ filium redimeret.hic regii
cultor horti tam fideliter dextereq; id obire munus:ut merito eſſet
omnibus chariſſimus.Cæterum nihil æque illi profuit ad gratiam
promerẽdam ac de eius ſanctitate inter Barbaros opinio.ſecutaq;
diuinatio de futura rerum mutatione.cui quum euentus abunde
reſpondiſſet:tantum apud nouũ Regem meruit:ut cum ſuis po-
pularibus libertate donatus magnaq; frumenti copia triumphanti

ſimilis Nolá remeauerit.

DE ETHNICIS EXEMPLIS: ET PRIMVM.

DE Hercule.

Hebanus ille Hercules :qui Amphitryonis eſt filius dictus:
t ſiue oraculi monitu : ſiue caſu in Lydia(quod ſatis cõſtat)
humiliter ſeruiuit:ut inter cõſeruas puellaria obiret munia:
calathum & penſa tractaret illa uictrix dextera quæ omnia orbis
monſtra ſuſtulit.Tantũ unũ hoiem alioq inuictũ mutare potuit
aut Neceſſitas aut Voluptas. DE Diogene Cynico.

Valis præterea fuerit Diogenis cynici ſeruit⁹: Xeniadis Co
q rinthii:qui tam nobile mancipiũ emit:publice uox teſtata
eſt.qui rogatus(ut fertur)quẽ hominẽ domi emptum ha
beret:non hominem(inquit)habeo ſed bonum Genium.Qui do
mum meam ingreſſus ſancte & iuſte ſeruit apud me ſeruitutem.

DE Aſdrubalis Percuſſore.

Ge nunc & qua fide ſeruiuiſſe putandus eſt Barbarus ille
a in Hiſpania:qui ut herum ab Aſdrubale Pœnorum duce
interfectum ulciſceretur:ſummũ eius gentis imperatorem
obtruncare nõ dubitauit.cæterum raptus ad ſupplicium atq; acer
biſſime diſcruciatus:tantũ abfuit ut ſignum ullum triſtitiæ aut do
loris dederit:quum uarie torqueretur:ut poſt multos cruciatus læ
titia geſtiens tanq̃ optatæ ultionis compos expirauerit.

DE Philocrate.C.Gracchi Seruo.

Vid Philocrates.C.Gracchi ſeruus quãdo in ullo eius for
q tunæ tã euidẽs apparuit fides?ſiquidẽ Gracchus ciuili ſedi
tione ex Auentino deiectus amicorumq; fauore deſtitut⁹
in Tranſtyberinam regionẽ fuga delatus:ubi ſenſit pcuſſores adeſſe
ſe:pectus Philocrati ſeruo obtulit ferro hauriẽdum.paruit ille.Cæ
terum ferrum ex herili corpore eductum cõfeſtim in ſe uertit:mor
temq; ſibi conſciuit:ne cadenti domino ſupereſſet.qui ſiue ſic con
ciderit:ſiue(ut fertur)q̃ herum complexus ab eo diuelli nequiue
rit niſi multis uulneribus confoſſus : certæ non uulgare dedit fidei
exemplum:qui non modo non ſuperſtes domino eſſe uoluit : ſed
ne cadentem quidem uidere potuit.

DE.P.Catreno Philotimo.

Vb.Catrenus Philotim⁹ nõ ſeruus ſed iam libertate dona
p tus & oibus bonis relictus hæres: ita tamẽ fuit erga patro
nũ affectus:ut i defuncti rogũ doloris ipatiẽs ſe ſe piecerit:

DE Seruo Quodam.

n Ec illa uulgaris fides i ſeruo ꝙ triũuirali Cõſpiratõe ꝓſcripto rũ q̃ndã fidliſſim⁹ ſeru⁹ ſepulchro texit quo ad ipe ad mare occureret:ut nauigiũ ad fugã expediret.mox ide reuerſus he rũ iterfectũ inuenit:ſꝫ adhuc paululũ ſpirãtẽ.Tũ ille ſuſtine(iqt)he re:& hoc uide:uibrãtoq; ferro Turmarũ ducẽ q ad cædẽ uenerat: in ueſtigio obtruncat.mox ſuum hauſit pectus inclamans & hoc ſolamen mortis accipe.

DE PECVLIARI STVDIO:ET MORIBVS DIVERSARVM FAMILIARVM. CAP. IX.

d Vplex cura exercuit oẽm protoſtolaſti progeniem ut diuinæ teſtantur litteræ.hæc uocum quibus res ſignificarentur: altera uero artiũ ad uſum uitæ cõmuniſcendarum.uerum tã & ſi nominũ inuẽtio ad primũ parẽtẽ referat: credere æquũ ẽ:nõ quum ſolus adhuc ille eſſet:multum opæ in ea re poſuiſſe.ſed poſtea q̃ filiis & nepotibus eſt auctus tũ cura aſſidua & ſtudio effectũ: ut oĩa ſua uoce ſignarẽtur:ut cõmodius inter ſe agerẽt mortales ex preſſiuſq; cognoſcerẽtur oĩum deſideria.ſecuta nec lõgo iteruallo recẽtior cura excogitãdarũ artiũ quod ſtudiũ peculiare fuit iis qui a Protoplaſto longa ſerie procreati ſunt uſq; ad Cataclyſmi tẽpora. quin & literarũ Inuentio ad hos referenda eſt ſi uera ſunt quæ de duabus colũnis prodita ſunt memoriæ.quibus ante diluuiũ cõſtiſtitutis totũ illd de mũdi origine & eius cõſumatiõe arcanũ primi illi mortales exſcripſerint.

DE Domo & Familia Noe.

f Verunt hæc primæuæ illius domus propria at ſecundariæ cuius Noe fuit auctor:propagandæ gẽtis ſtudium:ex nulla unq̃ Regiõe domo ue tot coloniæ aut plures in colonias miſſi q̃ ex ea terra quam Noe & illius ſucceſſores poſt diluuium te nuere.nulla propemodũ regio eſt in terris: quæ aut non primũ ſit ab his culta:aut recenti cultu non inſtaurata.

DE Iacob:& Eius domo.

i Am uero Iſraeli & filiis præter cætera:domeſticum et pecu lare fuit oues paſcere.Paſtor fuit Iacob quũ Iuuenis eſſet: & filii paternum ſtudium ſequuti:tam et ſi multi numero: præter unũ tamen aut alteum cæteri paſturam exercuer: adeo uni rei dediti:ut in Aegyptum profecti eam potiſſimũ regionẽ ꝑ Ioſip pũ a rege impetrarint:quæ rei eſſet pecuariæ ꝓcipue Idonea.

DE Dauidis Domo:& Familia.

n Ihil fuit Dauide ſanctius: Nihil Solomone ſapientius. nec tamen domus ulla atrocioribus pluribusq; ſugillata eſt ꝑ bris. ut Dauidis iuuenta diſſimuletur ſocen ſæuitiæ & furo ri obnoxia: ut mutuæ filiorum cædes: adulterium parricido auctũ: filiorum ſtuprum: Abſalonis defectio: Domeſticum bellum & cõ tẽto de ſumma rei: & mox Solomonis præuaricatio: regni ſciſſio. ut nulli regum lares atrocius ſint a domeſticis uexati. nulli ab exter nis gentibus ſanctius & uenerabilius culti.

DE Machabeorum Domo.

m Achabeorum domus nil habuit antiquius q̃ hebraicæ gen tis cultum & pietatem a maioribus acceptã tueri. hinc cet tamen illud perpetuum cum Syriæ regibus & finitimis gẽ tibus per tot unius familiæ duces multis & uariis cladibus diſtra ctum. ut pene plures duces domus uno tulerit paucorũ annorum ſpatio: q̃ omnibus ætatibus uniuerſa Iudæa habuerit.

DE Francorum Regum Familia.

f Vit diu Francorũ regum domus Ro. Pontificibus profu gium. nulli chriſtiani nominis reges impenſius fauerunt apoſtolicæ ſedi: q̃ Pipinus & pipini Carolus filius: qui Ma gni cognomẽ tulit. eius poſteri res põtificum pronas in lapſum. ne ruerent ſæpius texerunt: aut maiore ſtudio erexerunt afflictas.

DE Ethnicis exemplis: & primum De Aegei Domo.

f Ed q̃ conſtans fuit ſtudium regiæ unius in tuenda huma næ pietatis arce. tam leue & incõſtãs Aegei & eorum qui ab Aegeo fuere in hoſpitali iure colendo & fide hoſpitib⁹ præſtanda. reliquit Aethram prægnãtem Aegeus: Medeã expulit. Theſeus huius filius Ariadnã domo abductam prodidit. Helenã rapuit. Amazonem peremit. Demophoon: quẽ Theſeus procrea uit. Phyllidem relictam ad mortẽ compulit: dubium fato an conſi lio ſit toties fides & amor ab una familia læſus. nulla (ut uere dici tur) domus aliquo contenta fuit exemplo.

DE Cadmi Domo.

m Agnum flagitiũ & deteſtabile ad alienam perniciẽ amari uerũ hoc minus atrox q̃ Cadmeæ domus diſſidium: di ruſq; i ſuos ſæuiẽdi furor. nulla unq̃ Regia tot ſæuitiæ mõ ſtris conuulſa eſt. nulla ſua ipſius iniuria atrocius afflicta. Exilia Fugæ: Præcipitatiões: Nocturni terrores: Mutuæ cædes: Tragici lamat⁹. ſenſit demũ fraternus rogus iſauſtæ ſtirpis Genium flam

marum diſſidio diritatem gentis teſtatus.

DE Barchina domo.

m Agnum & inexpiabile fuit Barchinæ domus in Ro.nomen odium: & quod niſi cum exitio & interitu finiri non potuit. obiit Amilcar olim hoſtis Ro.Po.& mox futurus ſi uita ſuperfuiſſet. perierunt Hamilcharis filii hoſtes atq; omniũ infeſtiſſimus Hannibal: qui uenenũ hauſit ne romanum ferret. ſic aliquanto prius Sophoniſba eiuſdem gentis: ſic Haſdrubalis uxor capta Carthagine ſatius rata mortem cum filiis occumbere: q̃ Scipioni cedere.

DE Arſacidarum familia.

I Mpius & deteſtabilis mos. uerum quia ſingularis: iccirco fortaſſe referendus. in Arſacidarum gente parum legitime regnare credebatur qui non ex inceſto matris filiiq; cõcubitu conceptus eſſet. tantũ ritus mos ue aliquis quoquo modo receptus ualet: ut quod apud alios nefas ſit cogitare non feciſſe. apud quoſdam probri ſit & ignominiæ.

DE Claudiorum familia.

a Ppiæ familiæ gentile & hæreditarium fuit Romanam plæbem odiſſe: quo affectu imbuti principes eius gentis tam contumaciter cum plebeiis magiſtratibus certarunt: ut ne rei quidem ad populũ ſubigi potuerint ex his quidam hortatu aut precibus ſuorum: ut ad inuidiam leuandam ueſtem mutarent.

DE Carionum: Familia.

u T his odiũ & perpetuum certamen cum uno ciuitatis ordine cura fuit: ita Curionum genti eloquentiæ ſtudium. Nam tres continua ſerie fuerunt in una domo clari oratores: & in his Curio qui cæſarianarũ partium factus ciuili bello ſecũdo ad Bagradam in Aphrica mortem occubuit.

DE Metellorum familia.

n Ec Metellos ſuũ defecit ſtudiũ & Mos quidã affectãdi cognomia uel ex ignobili uictoria. hic Numidici: Balearici: Cretici; Macedonici in eadẽ familia appellationes. quæ ſi cum una quã ex Aphrica uicta tulit Scipio quã frater ex Aſia: conferantur: & ſi multa numero: facere non poterunt æquilibrium.

DE DOMESTICA DISCORDIA. Cap. X.

DE Caim & Abele Fratribus.

Mne ſcelus & flagitium protinus cum homine ortum ui-
o deri poteſt ſed hominis culpa non Naturæ. cōtēptus Nu
minis: Ambitio: Liuor & Aemulatio: Inuidiæ alumni: ip-
ſum terræ geniū recentē & ſanctum continuo fœdauere. nihil erat
adhuc homini ad quod Inuidia liuentes oculos attolleret: nec tñ
defuit illi materia cōmittendi in ſe fratres. ut quū duo Protoplaſto
filii eēnt hūc Aemulatio armauerit in pernitiē alterius: ortaq̧ ē ne-
faria cædes ex Iudæa. quod ſcelus nō tātū obfuit penatibus recēti ad
huc mūdo cōſtitutis inexpiabili cæde imbutis: ſed oēm poſterita-
tē uſq̧ ad Cataclyſmū in pernitiē traxit. ſiquidē intēpeſtiuo unius
exilio oblita ē uita ſuæ originis: arcaniq̧ myſterii expers facta. quo
ad aquarū inundatio auctores culpæ: & q auctoribus acceſſere: cū
uniuerſa terra obruit. DE Domo Noe.

Git Chaim in exilium patris ira: peperitq̧ id diſſidiū terris
e tenebras Cimmeriis obſcuriores: quibus humanū genus
ſemel immerſum nunq̄ iā inde deſtitit a ſe ipſo diſſidere:
ut ad eam lucē quā ſemel amiſit: & ſi Chriſti prædicatiōe receptā:
etiam num pars hominum multo maxima caliget.

DE Solomonis Domo.

Eliquit filio Solomon Rex moriens magnū & opulētum
r regnum. Cæterum Domeſtica diſcordia diuiſum iam in-
de in peius abiit. grauiterq̧ inteſtinis cladibus acciſum eo
uenit: ut finitimis omnibus fuerit ludibrio.

DE Dauidicæ Domus Diſcordia.

Otuit his documento eſſe auitæ domus diſcordia. enimue
p ro Dauid Rex a filio regio ſolio urbe deiectus coactus eſt
cum ſuis hoſtiliter dimicare: regnūq̧ ignominioſa fuga &
Abſalonis cæde deformatū nō tam humana eſt ope receptum q̄
cœli prouidentia. DE Ariſtobulo & Fratre.

Ed nullam magis domū afflixit id malū q̄ Ariſtobuli Iu-
ſ dæorum regis & fratris. qui dum inter ſe de regno hoſtili-
ter diſceptant: regnum & urbem in qua nati erant: perdide
runt. & quod malorum cumulo acceſſit: auguſtiſſimū tēplū: quod
in urbe fuit: bello prophanatū eſt: magnaq̧ ex parte dirutum.

DE Ethnicis Exemplis: & Primum de Pelopidarū domo.

Vnt & aliarū gentium fœda in hac parte monumēta: atq̧
ſ eo fortaſſis fœdiora: quo minus in his religiōis fuit: minor
q̧ numinis reuerentia: eſtq̧ Pelopidarū domus omnium

atrociſſime his malis ꝑuulſa. Atreo & Thyeſte diſſidẽtibus. nihil uetus aut recens Scœna habuit deteſtabilius q̃ monſtrifica exempla quæ ex ea domo profecta ſunt: ſi poetica fides recipiatur. exiit fraternus ille furor in nepotes: ut regia coniunx inceſto amore ſaucia non Viro pepercerit: non Filius Matri.

DE Eteocle: & Polynice.

p Aribus propemodum monſtris: ſed euentu adhuc atrocio re cecidit uetus oedipodis regia. armauit dira regni cupiditas Eteoclẽ & Polynicem fratres. ut alter alterum auito ſolo & patrio deturbaret. Nec hacten⁹ malũ quieuit. de ſũma quoq; rei armis inter illos dimicatum. Verum dũ ambo uincunt: uterq; uictus eſt. mutuis ambo uulneribus confoſſi ſe ipſos & regnũ prius a patre perditum perdidere.

DE Cambyſe Rege: & Fratre.

f Vit eadem peſtis perſicis rebus aliqñ exitio. Nam Cambyſes Cyri filius dum Virtutẽ & robur fratris plus nimio odit: capitaliterq; huic quem oderat inſidiatur: nequiſſimis ſeruis fecit aditum ad ſuum abſentis regnum occupandũ fratre e medio ſublato. excidit itaq; regno ſua potius q̃ fratris culpa. & dũ domeſticam fidem ferre non poteſt: alienam tulit perfidiam.

DE Domeſtica duorũ Regnorum Diſcordia.

c Onuulſa ſunt duo finitima regna ac grauiter affecta domeſtico hoc ueneno. Ptolemæorum regia in Aegypto & Antiochi ſucceſſorum in Syria fœdiſſimis utraq; domus cædibus tragiciſq; exemplis ob inteſtinam diſcordiam ſugillata. & in his reginarum ſcelera quæ ſæuitia & omni monſtrorum genere ne uiris quidẽ poſt habendæ ſint. ſed Cleopatra omniũ teterrima. fuit hæc una ex iis quæ uetuſtiore memoria in Aegypto reginæ nomen tulerunt. Matrem hæc toro expulit. filias uiduas fecit alterno fratrum matrimonio. uirilis ſtirpis liberos unum in exilium egit: alterum interficere conata eſt. cui poſtea ſuorum ſcelerum debitas exoluit pœnas.

DE Eodem Regno.

h Vius filia Seleuce Cleopatram ſororẽ in Syria occidit inuito renitenteq; marito. & quod omnium maxime fuit deteſtabile: quia a ſimulachro deæ: ad quã confugerat: non poterat regia mulier abſtrahi: bracchia iuſſit amputari. polluit eandem regiam altera Cleopatra quæ Antiocho nupſit filii cæde

quem interfici iuſſit: ꝙ non auctor ab eo facta eſſet recepti diade-
matis: alteri uenenum miſcuit. ſed exitium quod alteri parauerat:
in eius caput uertit id a filio bibere coacta.

DE Tarquinii Regia.

Vlit & Romana regia diſſidiũ ſatis per ſe atrox & calami-
t tosum: ſed exitu impium ac dirum. ſuſtulerũt minor Tul-
lia & maior Tarquiniorũ fratrem hic: illa sororem: uel po
tius uterq; coniugem. idem furor regem ſenio confectum ſolio de
turbauit. deturbatum curia deiecit: deiectum & exanimem impiæ
filiæ calcauit currus. uerũ Soceri manes a genero breui pœnas exe
gerunt: patris umbra a ſcelerata Tullia. Ambo. n. cum filiis regno
eiecti exulare coacti ſunt: Regnumq; male partum maximo om-
nium exemplo amiſerunt.

TERTII EXEMPLORVM FINIS.

MARCI ANTONII SABELLICI EXEMPLORVM. LIBER QVARTVS.

TN operto adhuc & uelut intra parietes do
morum uerſata ẽ exemplaris hæc rerum
explicatio. nunc demum in publicũ egre-
ditur: ut tanq̃ in cõcione ſtans aut aliqua
eminentiore ſpecula totam ciuitatis faciẽ
conſideret: qua uitæ pars multo maxima
continetur abſolutaq; Virtus. & quia nihil
in humanis eſt ſanctius religione: nihil ho
mini tam proprium q̃ pietatis cultus: non
abſurdum ſit arbitror de ipſa re primum dicere. in qua illa ſubit re
putatio ꝙ quum ingenita ſit omnibus gentibus religionis cura: tã
multiplex ſit uia inita colendi hoc quod cultu & ueneratione di-
gnum mortales autumant. ut nullæ propemodũ duæ gentes eun-
dem ſacrorum ritum ſimul probauerint; aut a maioribus probatũ
per manus acceperint. quin alii alia uia ingreſſi quem ſemel ſortiti
ſunt ſacrorum ritum: hunc ut omnium optimũ longeq; uerissimũ
tueri perſeuerarunt. uerum quum innumeræ ſint propemodum
uiæ: quæ religiõis nomine a mortalibus teruntur: quam Protopla-

ſtus a principio liberis & omni poſteritati propoſuit:omniũ rectiſſima eſt longeq; tutiſſima cẽſenda. Nã hæc ad ueri numinis ducit aram:nec id arcanum ante ſalutis annos Iudeæ fines: quod iuſ aliquis miretur eſt tranſgreſſum:dubium prouidentia an caſu an potius gentis inſtituto.nulla.n.fuit gens unq̃ in terris ſuæ religiõis tam tenax q̃ Iudæi.nulla rurſus alienæ tam magis negligens.indubitato ueritatis argumento quam ſoli omnium tenuere.

DE RELIGIONIS INSTITVTIONE: ET PRIMVM. DE Moſe.

a T quando unius gentis in primis religioſæ mentio ſua ſpõte incidit:Moſes dux eorum ſummus quia populũ ductãret ne rei diuinæ cultus prætermitteretur: myſticam uirgã & tabernaculi quod deo optimo maximo ſacrauit: Aharoni curã attribuit: ut in deſertis & deuiis terris ſuus numini bonor redderet. nullum ratus(ut credere eſt)hominum coetum ſine religione eſſe oportere.ac niſi deus preſens ſit uolenſq; humanis interſit rebus: Ludibrium eſſe quicquid homo cogitet:non conſilium.

DE Eodem Moſe.

e Iuſdem eſt & illud quod ad religionẽ pertinet.altare Sacerdos mancus non aſcendat ſacrorũ cauſa:alendus tamen templi oblationibus.puerpera ante diem quadrageſimũ ſi marẽ ſit enixa:ſi alterius ſexus:bis totidem dies ſacro arcebitur. agrorum fructus & fœtus animaliũ quinquageſimo quoq; anno Iudæa gens hoſpitibus & cliẽtibus cõmunes facito.ſeruitia manu mittito.Iubeleũ(id ſolenne dixerũt ab annorũ numero)ſanxit. Tabulæ:quibus diuinæ leges erãt inciſæ:& in fœderis arca incluſæ:ut cũ tabernaculo circũagerent:biſdena millia hoĩum legit.Sabbatorum dies tã religioſe obſeruati:ut ne ad defenſionẽ quidẽ ſuã quicquã illis parare fas eſſet.quæ res materiã præbuit ſæpe hoſtibus in eam gentem ad libitum craſſandi. Quippe quæ ſatius duxerit priuari uita: q̃ ferrũ contra religionem tractare.

DE Chriſtiana religione.

r Etulit ex his quædam Chriſtiana pietas quæ ab illa defluxit:plura & meliora excogitauit relatu non indigna quia ſcitu utilia.ut ſanctum eẽt & inuiolabile ſacerdotium:qui huic uim feciſſet:piorum cœtu excluderetur.pari cura datũ ut hic ordo primum inter homines locum ſortiret.Magiſtrat⁹ & Reges Sacerdotibus cederent loco: nulli cogere aut capere fas eſſet: niſi

pontificis permiſſu.

DE Euchariſtia.

Am rite hæc ſancita.ꝙ illud abrogatum.ne animales ho/
t ſtiæ ueteri inſtituto maɫtarentur.ſanctior ritus quem diui-
na inſtituit ſapientia.ut panis quem myſtice paleſtinus ſe/
nex obtulit:& uinum modico uerborum complexu(carmen no-
tum eſt:& ſi prophanis parum uulgatum)in corpus & ſanguinẽ
tranſirent:conficereturq; ſacramentum:quo neq; maius neq; ſan-
ctius ſit ullum:nec maiore ueneratione dignum.

DE Sanctione matrimonii.

St & Repudium ex connubio ſublatum uagæ libidinis in
e ſtrumentum fomeſq; domeſticæ diſcordiæ. ut hæreſeos
damnati & impii in prophano ſepelirentur.& quod omni
um maxime fuit ſalutare: nihil ſibi pmiſit chriſtiana religio: quod
a uoluptate nõ ſit & uitio alienum.ut qui hic legitime uiuat:is hoc
uitæ inſtituto ſit multo deo ſimilior:ꝙ homini.

DE ETHNICA RELIGIONE:ET PRIMVM
DE ea quam Ro.habuere.

Ontra nulla fuit aliarũ gentium religio non aliqua ex par
c te cõtemptu & riſu digna .quia deliro & diritati proxima.
niſi Ro.Ciuitas:quæ arx fuit & caput humanarum genti/
um:ſcite præclareq; feciſſe dicatur:ꝙ Soricis occentum tam reli-
gioſe obſeruauit:ut is auditus Dictaturam & magiſterium equitũ
ſummis uiris ademerit.

DE ſimulacro Ideæ Matris.

Vt illud pie inſtitutum dixerit aliquis: ut ſimulachrũ Ideæ
a matris probroſis uerbis:quum propitiatum numen uolue
runt:proſequerentur ſacerdotes ad Almonem uſq; fluuiũ.
& quæ ne impudica quidem fœmina æquis auribus audiuiſſet:al
ta claraq; uoce in hymnis:qui illi canebantur:audiente populo in
Deorũ matrẽ iactarentur. DE Ridiculis inſtitutis.

Iſto ꝙ Febris & Pallor inter deos recepti ſuum in eadẽ ur-
m be cultũ tenuere.qđ uero nudo corpore Luperci uagarẽtur
obuiãq; turbã cederent loris: inſanientiũ fuit nõ religionẽ
colentiũ.Cæterũ ꝙ Serpens ex Epidauro aduectus ſalutaris fuerit
ciuitati malorũ Dæmonũ pſtigiis iure imputat̃.qbus ppotẽs alio
qui popul[9] tã perdite ſeruiuit:ꝙ humanis gentib[9] fortiter impauit.

DE Druidarum Ritu.

Vid Galli q̄ dirus & execrabilis eius gentis ritus?in quibus
q Druidæ humanas hoſtias aris admouebāt.tanq̄ illi hoī ꝑ
pitii eſſe poſſent dii:per quē innocens hō uita priuaretur.

DE Scythicæ Dianæ Ara.

Vit & Scythicæ Dianæ ara nihilo mitior:qua hoſpites ma
f ctari cōſueuerunt.Dira Religio:& quæ hoſpitalia iura uin
culum inter homines ſanctiſſimum ſuſtulit.tanq̄ parum
eſſet hominem uiolare:niſi in uniuerſum uita ipſa uiolaretur.

DE Barbarico Mineruæ ſacro.

Oces licet nō delirū ſolum:ſed dirū etiā:ꝙ in parte Aphri
u cæ quodā Mineruæ ſacro Indigenæ puellæ fuſtib⁹ inter ſe
certabant cum corporū pernitie. Graue & infeſtum nu-
men:quod magis colentiū ſupplicio gaudeat:q̄ pietate & officio.

DE Aegyptiorum religione.

Vid Aegyptus portentorū mater an & hæc ſanæ fuit men-
q tis:Quæ in hortis ſibi deos inuenit?nam ut Apis: Ibis &
Crocodilus aliaq; monſtra animalium ſileantur: Cæpas:
& Alium religioſe colere nil aliud certe fuit:q̄ deſipere.

DE Lyndii Herculis Sacro.

Num præter cætera exemplū arguit prophanarum gentiū
u ſtultitiā:uel potius inſaniam:Lyndio ita Herculi ſacrificari
ſolitū:ut q ſecanti exta aſtarent:diras in illos imprecatiōes
emitterent:ꝓbroſiſq; uocibus inceſſerent.fuiſſet ſane multo ſatius
Herculi omni ſacrorū cultu priuari:q̄ tam ignominioſe obſecrari.

DE RELIGIOHIS AFFECTV. Cap. III.

ET Primum:De Tribus Pueris.

Agnū & laudabile honeſta præciperē.ſed ꝓbabilius ea ſer-
m uarē q̄ ꝑceperis.pie ſancteq; illos feciſſe nemo dubitat:q di
uinū ab initio cultū mōſtrauere.ſed ſanctius q monſtratā
pietatis ſemitā rite tenuere.eſt.n.facile ꝑcipere:at ꝑſtare difficile.q̄
lis in tribus pueris Hebraicæ religiōis obſeruatio.Qui quū ſcirēt ꝓ
phetica uoce dictū Dñu; deū tuū adorabis:in caminū ignis cōiici
maluerūt: q̄ Aſſyrii regis ſtatuā adorare.digni qui innoxiā fuerint
flāmā expti:quiq; piculo ſeruati hymnū deo ſeruatori cecinerint.

DE Dauide Rege.

Nriqor Dauidis memoria.is quū arca fœderis Hieroſoly-
a ma importaret:cū tripudio ad cantū citharæ ut priuatorū
unus pompā ꝑceſſit:tanto religionis affectu:ut ab uxorē ſit

poſtea cauillo exceptus: ꝙ dum ſaltaret parum diligenter pudenda corporis texiſſet.

DE Chriſto.

d Ocuit ad hæc ueritatis magiſter: quin ipſa Veritas potius ſupremaq; ſapientia: non pœna: nõ præmio hominem ſubigi oportere: ne a præcepta religione aberret: neq; præcipiti ruina territus: neq; terrarũ omniũ dominatu. & q̃q̃ ipſius erãt omnia: adduci potuit: ut quod infra deum eſſet: adoraret: teſtatus ueniſſe ſe non ut legem tolleret: ſed præcepto impleret & exẽplo.

DE Martyribus.

a Bundat obſeruationis huius exemplis chriſtiana religio. in numeri martyrio cœlum adepti ſunt: multi ſerra dimidiati: altis alii uoraginibus merſi: ignibus conſumpti: præcipitati trunci: lapidibus obruti: beſtiis obiecti: omnibus tamen res unà fuit curæ unum propoſitum: ne a pietate deflecterẽt. cuius uera obſeruatio eſt non terreſtrium admiratio rerum: ſed cœleſtium cura & aſſidua meditatio.

DE Rubetto Francorum Rege.

u Num etiamnum inter tot illuſtria ſibi locũ uendicat exẽplum: & ſi citra martyrium non minoris tamen affectus erga religionem. Rubertus Frãcorũ Rex: qui fuit Vgonis filius: adeo diligens pietatis fuit cultor: ut non tantum omnibus ſacrorũ intereſſet horis: ſed & hymnos caneret ceu ex initiatis unus: hinc (ut credi par eſt) contigit ut urbium muri qui armato obſtiterant: ſacris operanti ceſſerint.

DE Timoleonte Corinthio.

t Imoleon Corinthius qui Dionyſii regnum euertit in Sicilia tantum abſuit ut poſt clariſſimam uictoriam ſit aliquo modo religionis oblitus: ut paternam domum in templi uſum uerterit. dignus qui non ſolũ fœliciter cõſenuerit: ſed cui etiã defuncto perpetuos honores decreuerit Syracuſana ciuitas: ſepulchrumq; in foro conſtituerit.

DE Paulo Aemilio.

d Imicaturus acie Paulus Aemilius aduerſus Perſen Macedoniæ regem quum prima luce Herculi ſacrificare cœpiſſet: nec litaret: religione perfuſus .xx. hoſtias unam poſt aliam mactauit. nec prius ab incoepto deſtitit: q̃ in prima poſt uice ſimam certa uictoriæ argumenta extiterunt. credidit & expertus eſt

Aemylius ſine religione nihil a mortalibus feliciter moueri.

DE Alexandro Magno: & Pompeio.

C Oeli prouidentia non hominum conſilio accidit: q in Iudæa duo qui Magni cognomen habuere Alexander Macedo & mox Pompeius hebraicæ religionis cultum non modo non aſpernati ſunt: ſed inoffenſum etiam ab omni iniuria præſtiteruut. Hic Hieroſolymis captis a direptione templi militem prohibuit: ille ſummũ ſacerdotum ſibi obuiam uenientem uenerabundus excepit: ac uelut numen quodam adorauit.

DE Cornelio Sylla.

C Ornelius ſylla dimidium Thebani agri Ioui Olympio: & Apollini Pythio conſecrauit: ut ex eius fructibus: pecuniæ quas ex ipſorum templis ad alendũ exercitum abſtulerat: ipſorum templis reſtituerẽtur. non ignarus ſacrilegium ſæpius uniuerſi exercitus & imperatoris exitio expiatum. atq eo grauius: quo tardior pœna ſecuta eſſet.

DE Contemptu religionis: & ultione: Cap. II.

U Erũ quia ſæpe neglecta religio ſe ipſam grauiter ulta eſt: ſit q talis ultio in plurimis repræſentata: nihil erit (ut puto) a re alienũ: qñ eo uenimus: ut quẽadmodũ p quos uiros & qbus in locis & quãdo religio inſigniter culta fuerit: aut certe non uiolata: dictũ antea ſit: ita nũc qbus exẽplis fuerit aſſerta & ab hominum iniuria uindicata cõiunctim dicatur. in quo illud cognitu erit non inutile: q atrociter religionis ſanctitas neq loco uno neq tẽpe graui ſit ultione defenſa: aut inſigni hoĩum clade uindicata.

DE Solomone Rege.

S Olomon mortalium alioqui ſapientiſſimus uxoriis obſtrict[9] illecebris a maiorum pietate deflexit. uiui ueriq Dei cultum diræ ſuperſtitioni poſt habuit. lucos coluit: & malos Dæmones. eſt itaq ob eam noxam magnis bellorum fluctib[9] iactatus. filiuſq opulentiſſimi regni hæres relictus cõfeſtim amorte patris ex huius parte multo maxima cecidit: quod futurum Prophetæ uox prædixerat.

DE Ioa Ochoziæ filio.

I Vit & Ioas Ochozie filius ſuæ impietatis pœnas: qui quũ un[9] ſuperfuiſſet ex omni Dauidis progenie crudeliſſimo Athaliæ impio: quo omnis ſtirps uirilis uno die cõſumpta eſt ferro: infanſq furto ſubtractus: occulteq ſeruat[9] magno populi

fauore ſacerdotumq́; prærogatiua in paternum regnum reſtitutus pro inſigni pietate quam Deo Optimo preſtari oportuit: cuius ꝓuidentia regnum recepiſſet: maiorũ religionẽ aſpnatus extrariã cõplexus eſt. additũq́; ſcelus ſceleri. Zachariã uirũ iuſtũ medio tẽplo interfecit: qa peregrinũ cultũ nõ ꝓbaret. nec ſegnior pœna ſecuta eſt. difficili bello in urbẽ cõpulſus ignominioſam ſibi redemit pacẽ omni regia Gaza hoſtibus tradita. morbo dein atrociter ꝯflictatus domeſtica fraude dignũ ſuã impietate inuenit exitum.

DE Ozia.

p Ari faſtigio Ozias cõſtitutus quũ regiæ opes affluerẽt: floreretq́; ut ſi quãdo alias Iudæorũ regũ q̃ſq̃: ocio & regali opulẽtia: malorũ ſeſe dæmonũ ꝓſtigiis addixit pio ſacroꝝ ritu tã ſtulte q̃ impie neglecto. affuit breui cœleſtis ultio. infect⁹ lepra regnũ deponere coactus ẽ: & ſe in ordinẽ redigere. ut q ex ſummo loco diuina faſtidiſſet: idẽ in ſordido & humili ab omnibus faſtidiretur.

DE Nefario Moabitarũ congreſſu.

q Vid illi qui in eadẽ gẽte (eſt. n. exẽpli huius memoria multo uetuſtior) non patrio ritu: nõ religiõe inhiberi potuerũt a Moabitarũ mulierũ ꝯgreſſũ concubituq́; nefario / an nõ ipſorũ auctorũ morte prius id ſcelus expiatũ ẽ dein & cognatorũ ꝗ biſdenis millibus paucorũ dierũ ſpatio peſtilentia conſumptis: inſigni documento nullã domũ oportere priuata charitate ſcelus admittere. ne quod in paucis peccatũ ſit: in multis uindicetur.

DE Achari ſacrilego peculatu.

p Ertinet ad unã domũ exemplũ quod ſequitur. culpa pene par. uindicta & ſi paucorũ: atrocior. fuerat in Hiericũtis excidio edictum priuſq̃ urbs caperetur: ut omne Aurũ & Argentũ & quicquid pretioſæ ueſtis ex præda cogeretur: ad ſacrorum uſum intelligeret coactum: ſed Acharus Charmi fili⁹ ſiue ille Azarias fuit: chlamydem auro intextã adeptus contra edictũ & religionem in occulto habuit. rem ſacrã in prophanũ uertit uſum. mutatus fauor numinis inditio fuit. Acharus ſceleris cõuictus cum uxore & liberis ab uniuerſo eſt exercitu lapidibus obrutus.

DE Iuliano apoſtata.

i Vlianus: qui imperator fuit: quiq́; Apoſtatæ cognomen tulit: quoniã uera luce temere relicta in malorũ dæmonũ ſe tenebras coniecit: non ſolũ deſertor fuit religionis: ſed contemptor etiam & irriſor. homo impius e cœlo (ut creditur) media

acie ictus cadens expertus eſt q̃ male tuta ſit humana uis: quæ irato numini obiicitur.

DE ETHNICIS EXEMPLIS: ET PRIMVM.

DE Phærone Rege.

ſ Vnt & ꝓphanæ gentes nõ ſemel hanc neglectæ religionis ultionẽ expertæ numinis permiſſu: ſed malorũ fraude dæmonum. Phæron Rex ægypti uetuſti nominis quũ præter religionẽ haſtam in Nilũ cõtorſiſſet: uiſu priuatus eſt. cæterũ q̃ pudendo dæmonũ aſtu lucem amiſerat: tam ridiculo recuperauit inſtructus oraculo fore ut lucẽ reciperet: ſi eius mulieris urina quæ uiri dũtaxat ſui concubitu uteretur: perfunderentur oculi. habuit ille oraculum in occulto. inde remediũ in propria coniuge & in multis fruſtra expertus in humilis fortunæ fœmina inuenit. hanc igitur ſibi matrimonio iunxit Phæro: cæteras ad uuam cum coniuge & tota urbe iratus combuſſit.

DE Cambyſe Rege.

m Iſit Cambyſes maioris Cyri filius quinquaginta hominũ millia qui templũ Ammonis Iouis diriperent contemptu (quis neſcit?) religionis. direptum incendio fœdarent. ſed ingens illa hominũ manus quũ inter Oaſim & Ammonios prãſa eſſet: ſubita uentorũ tẽpeſtate priuſq̃ ad locũ ueniretur: arenarum cumulis obruta eſt. ut nemo ex tãto agmine ſit nuncius repertus. ex proximis tñ arenaꝝ accolis eius rei fama ad poſteros manauit.

DE Gallorum Sacrilegio.

ſ Vnt & Galli q cũ Brẽno Græciã inuaſerũt expti q̃ hũanæ opes parũ ualeãt aduerſus religionẽ. Enim uero Barbari Delphicũ tẽplũ oppugnare adorti: ut ei⁹ donaria diriperẽt: ꝓdigioſa tẽpeſtate terroreq; lymphatico pculſi ꝑcipites ad ima mõtis in multa corporũ & armorũ ſtrage cõpulſi cõcepti poenas ſceleris luerunt.

DE Eodem Cambyſe Rege.

c Redit Cambyſes: de quo ꝓximo ẽ loco memoratũ: eodẽ ferro cõſumptus quo Apim in Aegipto uiolarat. ſed malorum id ſchoema fuit dæmonum: ne ex iis tenebris in quas Aegyptũ deiecerat: ullus ipſi genti pateret ad lucem reditus.

DE Toloſano Auro.

a Biit Toloſanum aurũ in prouerbiũ. quod ſacrilegio quæſitũ exitio eſſet attingentibus. eſtq; id ſcelus non priuata ſolum ſed publica etiam clade quandoq; expiatũ. octoginta

& amplius milibus hominū Cimbrico bello circa Rhodanū uno
prælio amiſſis.quia Cæpio: cuius ductu & auſpiciis ē tam infelici
ter dimicatū:eiuſmodi auro non abſtinuiſſet.

DE IVSTITIA. Cap. III.

St Iuſtitia uirtus omnium princeps : tam & ſi uulgo parū
fauorabilis.hanc alioqui omnium maxime ſuſpiciūt mor
e tales : colunt:reuerentur. Iuſtitia tuta & fida comes huma
næ uitæ.Iuſtitia:Imperia:Regna:Populi:Ciuitates reguntur.quæ
ſi e medio tollatur:ſtare non poſſit hominum ſocietas.continent
ſacræ literæ ueteres & recētes grandia uirtutis huius exempla.ſunt
& prophanis ſua:ſed ex inſtituta relatiōe noſtratia auſpicatius da
bunt incohamentum.

DE Diuina Iuſtitia.

Agnū Conditor ille & Parens omniū Deus Optim⁹ Ma-
ximus Mundo adhuc recenti propoſuit mortalibus Iuſti-
m tiæ documentū. q primum parentē cum coniuge: quia le
ge aberraſſent:perpetuo multauit exilio moriendi iniuncta illis ne
ceſſitate.ut ſciret omnis poſteritas oportere legibus obtēperari:aut
ꝙ flecti non poſſint precibus: aut quia non debeant.

DE Publica iudæorum iuſtitia.

Aro iniuria ulla magis iuſte & a pluribus uindicata eſt:q
t quum omnes Iſraelitæ Tribus:beniaminos hoſtes iudica
runt:quia fœdum ſtuprum a paucis eius gentis tribulibus
leuiticæ fœminæ uiolenter illatum inultum paterentur.Bellū itaq
publice decretum eſt:atq uni genti illatum uindicata atrocitet in-
iuria.maluit populus æquitatis amicus membro uno corporis ca-
rere:q̄ nefarium ſcelus non uindicare.

DE Solomonis iuſtitia.

Cquando iuſtius quiſq̄ decretum tulit q̄ Solomō ? quum
e mulieres duæ utraq puerpeta ancipitē partum ſibi uendi
carent:pro tribunali interſatus ceu res æquius decerni nō
poſſet:dimidiatum inquit puerum habete.aſſenſa eſt quæ calum-
niam de puero alteri intenderat . Contra quæ conſcia ſibi erat ſui
partus:quin uiuat inquit potius puer:& illa totum habeto.quē mu
lieris affectū ſecutus Solomon puerum huic:cuius erat:reſtituit.

DE Danielis Iudicio.

Vſta & Danielis inqſitio qua periculū quod Suſānæ iſon-
i ti intēdebatur:in accuſatores uertit:inuenitq fraus pœnā:

quam pudicitiæ aſtruebat:ceſſitq; ſimulatæ Virtus Innocentiæ.

DE Chriſti reſponſo.

Ge quã iuſte ſanctecq; præceptor ille aſſertorq; ſũmus Iu-
a ſtitiæ Iudæorum cauillũ diſcuſſit:qui ut eum in reſponſo
caperent de numiſmate conſuluerunt: rogantes an lice-
ret dari cenſum Cæſari? tum ille cuius eſt Numiſmatis huius in-
ſcriptio?cæſaris aiunt.ite igitur & quæ Cæſaris ſunt: reddite Cæſa-
ri:& quæ Dei:Deo.docuit cœleſtis illa & æterna ſapientia iuſtitiã
eſſe ſcientiam quandam:quæ quod ſuum ſit:reddat unicuiq;.

DE Eodem.

Ari propemodum exemplo monſtrauit Iuſtitiam a iuſtis
p oportere nocentibus opponi:non ab his: qui quũ peſſimi
ſint:in alios iura exercent.Adduxerant Iudæi ad illum mu
lierem in adulterio deprehenſam quærentes eſſet ne manifeſti cri-
minis comperta lapidibus obruenda? Quiſquis ueſtrum inquit
lux illa ueritatis quin ipſa potius Veritas:eſt criminis expers:in eã
lapides primus iaciat.ad quam uocem aliis alio dilabentibus:ſolu
ta eſt multitudo:mulier uero periculo ſeruata:iuſſaq; non ampli-
us delinquere.ut palam eſſet non uindictam ſed uindictæ aucto-
res repudiatos.

DE ETHNICIS EXEMPLIS:ET PRIMVM.

DE Ariſtide Athenienſi.

Riſtides Athenienſis:ut & aliena conſectemur: ob inſignẽ
a Iuſtitiæ opinionem iuſtus cognominatꝰ uniuerſæ Græciæ
populis cẽſum deſcripſit tanta æquitate & Iuſtitia.ut Græ-
corum felicitas ſit dictus.& quæ eum tulit:aurea ſit ætas appellata:
ac ea quæ Saturno quondã rege fuerat.

DE Lycurgo legumlatore.

On paruum & in Lycurgo extitit æquitatis ſtudium.q ita
n ciuibꝰ ſuis ſpartanum agrum partitus eſt:ut quum aliquã
do peregrẽ domum reuerteretur:demeſſam ſegetẽ in agris
& aceruos ſegetum contemplatus paribus inter ſe ſpatiis diſpoſi-
tos ex campeſtrium prædiorum metatione:cõuerſus ad ſuos ſub-
ridens uidetis inquit q̃ multorum fratrum Laconicus ager eſſe ui-
deatur:qui ex æquo ſint inter ſe hæc partiti?

DE Eodem Lycurgo.

T non agrum ille tantum:ſed iura quoq; ita æquauit ciui-
a tati:ut Agis Rex uictis Athenięſibus domũ reuerſus quia

ad Phiditia(erat id publicum conuiuium)non acceſſiſſet: Ephori portionem cœnæ petẽti Regi mitti prohibuerint. Cæterum poſtri die quia iratus Agis ſacrificium non obiuiſſet publice: damnatus eſt. ciuitas ſancte iſtituta & ob id digna quæ interitu carere debuiſſet: ſiquid in humanis eſſet: quod perpetuo ſtare poſſet. in qua nõ licuit Regi lautius cœnare: q̃ priuatis.

DE. L. Lucullo.

c Onſumpſerat omnis Aſiæ populos fœneratorũ inexpleta uoracitas iam inde ex quo Sylla ingens ipſi genti tributũ imperauit: imperatũq; crudeliter exegit. omnia publica & priuata in fœnus abierãt. iam & capita hominũ ob alieni æris magnitudinẽ libertate priuari. quum. L. Lucullus iuſtiſſimo decreto fœneratoriam licentiam cohibuit. eſt & fœnus ipſum ita moderatum: ut breui ſit prouincia in meliorem ſtatum reſtituta.

DE Catone Vticenſi.

q Vid Cato? qui quum Ciceronis factum non probaret: ꝙ ille publicas tabulas: in quibus erant clodiani tribunatus acta in Capitolio fregiſſet dictitantis non oportere illa rata haberi: quæ is qui contra leges eſſet tribunus plebis factus rogaſſet: tũ Cato frequẽti Curia eum inquit ne dicas præter legem creatum: qui permittente lege ad plebem tranſiit: & ut plebeius tribunatum cœpit: quo ſi ut pleriq; fecerunt: abuſus eſt: eum corrigendum cenſeo: non tribunitiã poteſtatem labefactandam.

DE Manlio Capitolino.

ſ Eruauit Capitolium. M. Manlius. ſæpius in acie ſtetit pro patria: ſtrenueq; dimicauit. accepit aduerſa uulnera. ciues ſeruauit. præmia tulit. & ĩ toga multos alieno leuauit ære. eſt nihilo ſecius populi ſuffragio damnatus: quia ſupra fortunã priuati ciuis aliquid optare crederetur. adeo nullum ab initio ciuẽ ferre potuit Ro. populus: qui legibus: quũ opus eſſet: cogi nõ poſſet.

DE. P. Caſſio.

ſ Ic. P. Caſſius domi: ſic Melius Spurius aliquanto antea in conſpectu populi ambo interfecti ſunt: ꝙ uterq; ciuili multitudini ambitioſe nec ſine affectati regni ſuſpitione gratificaretur. tanto fuit tunc Iuſtitiæ & æquitatis maior: quam proprii commodi ratio.

DE Octauio Auguſto.

q Vum Nonius homo Auguſto principi perneceſſarius ueneficii cauſã diceret:dubitaſſe dicitur Octauius quæ eſſent ſuæ partes:ueritus ne ſi reo ſupereſſet:ſua auctoritas legibus reum eriperet.contra ne a ſe deſtitutum ꝑdamnare uideretur. Amicis itaq; conſentientibus ſedit in ſubſelliis aliquot horas uerũ tacitus ne iudiciali quidem laudatione uſus:ne princeps plus uelle uideretur: ꝗ ciuitatis iura poſtularent.

DE INIVSTITIA. Cap. IIII.

b Ene & feliciter actum eſſet cum homine in uita: ſi plures omnino eſſent qui ex æquo Virtuti & Vitio ſtuderent:uel in eo ſaltem æquilibrium fieret:ut non multo maior pars hominum ꝓprio affectu & uoluptate traheretur.quæ duæ peſtes humanæ ſocietatis adeo non nunꝗ peruertũt omne recti & æqui iudiciũ:ut nec quid deceat uideat homo:nec quid uitæ expediat. hinc praua illa multitudinis Iudicia.hinc regum & populorum ab æquitate & iuſtitia longiſſimi deflexus.qui dum affectum animi conſulunt:rationis & officii obliuiſcuntur.

DE Prauo Iſraelitarum Studio.

i D quum ſæpe fecit Iſraelita ille populus in deſerto Deo ſeruatori & ſuo duci ingratus:tum uequiter maxime:quũ paucorum impulſu de imperio Moſi abrogãdo & Aharoni ſacerdotio cogitauit beneficiorũ inmemor.abrogaſſetq; haud dubie omnibus ſuffragiis:niſi diuinum oraculum ad quod res delata eſt: Aharoni ſacerdotium ſtabiliſſet: reddidiſſetq; Moſi imperium adhuc anguſtius: Abyro Datan & Chore ſeditionis auctoribus manifeſta numinis ira ſubito terræ hiatu abſorptis.

DE Eodem populo.

p Ercuſſit fœdus eadem gens æquis legibus cũ Gabaonitis chananeorũ gẽte.cæterum Iudæi uictoriã adepti:quia ius iurandũ ex inſtituto gentis uiolare non ſunt auſi: Gabaonitas ex ſociis & fœderatis caſtrorum lixas & calones fecere.

DE Iniuſta Filiorũ Iſraelis cæde.

p Oteſt Sichimitarum cædes ob Dinæ ſtuprũ uideri nõ iniuſta.ſæpe enim id genus iniuria ẽ atrociter in multos uindicata.ſed tunc medicina modum exceſſit.n.uero aliquid uidiſſe credendum eſt Iſraelem ſenẽ iuſtiſſimum:qui tabernacula & filios ob eam rem ſolemni ritu expiauit.

DE Eiſdem.

Erum illud iniuſte impieq́ factum credi poteſt. ꝙ Ioſip-
n pum fratrem inſontem iuxta Deo Optimo ac Patri gratū
primo interficere cogitarūt: ſed admoniti ab eorū uno ꝑci
pitarūtq́ in ꝓfundū puteū. inde exēptū Iſmaelitis uēdidere: mani
feſta cœli Prouidentia: ut per eū quē ꝑdiderant: perditi ſeruarētur.

DE Dauide Rege.

Vſtus & pius Dauid Rex: ſed iuſtior diuina lex ac longe
i ſanctior: quæ nulli hominū permiſit unq̄ alienā coniugē
attrectare. at Berſabe quæ Vriæ cōnubio locata erat: accer
ſita ab eo ē abſente uiro. & q̄ illa flagitioſe adulterata: tam iniuſte
Vrias neci deditus: ſed felix culpa cui pœnitentia ſuperfuit.

DE Pilato præſide.

Eque non iniuſte feciſſe dicam quum impie etiam fecerit
n Pilatus Heroſolymorū præſes. qui non iuſtum ſed ipſam
damnauit Iuſtitiam. nec imprudens feciſſe uideri poteſt:
qui niſi iniuſte & impie ſe facere ſenſiſſet: nunq̄ lotis manibus ne-
farii illius iudicii expers credi uoluiſſet. ceu quiſquam ſibi ſceleris
conſcius aliqua ſui parte mundus eſſe poſſit. ſed dum Cæſarem ti
met: iratum numen expertus eſt.

DE Herode Rege.

Niuſtus & Herodes uel potius impius qui priuignæ grati-
i ficatus. Io. Zachariæ filium: quo poſt Chriſtum nemo fu
it ſanctior: interfecit. dignus qui cū inceſta ꝯiuge extremo
affect⁹ ſit ſupplicio: & per exq̄ſitiſſimas uterq́ pœnas diſcruciat⁹.

DE ETHNICIS EXEMPLIS: ET PRIMVM.

DE Athenienſibus.

Ed quo magis à uero cæteræ gentes aberrarunt: hoc plura
ſ in eorum rebus eſt huiuſmodi exempla reperire. & ut ab
ea ciuitate ordiar: quæ oīum ſapiētiſſima diu iudicata eſt:
quid magis alienum a iuſtitia fieri potuit: q̄ ciuem optimū totius
ciuitatis ſuffragio urbe eiicere: non imprudenter: aut quia patriæ ci
uium ue cuiq̄ obfuiſſet: ſed ꝙ ferre non potuit ciuitas ut ipſa teſta-
ta eſt: unius uirtutes uiri paſſim prædicari.

DE Ro. Populo.

Ræſtitit Ro. Po. Cæteris mortalibus non minus Iuſtitia q̄
p Bellica uirtute. & illi⁹ in publicis iudiciis ſæpi⁹ ſeruatæ cla
riſſima extant exempla. Sed ut Aegyptus quæ optima gi-
gnit medicamēta: eadem & uenena teterrima: ſic fœdiſſima quæ

dam extiterunt aliquando apud Romanos publica Iudicia & ſi ra
ra extiterunt tamen.quale illud quũ Ro.Po.ab Ardeatibus & Ari
cinis ambigui utrorũq; agri factus iudex capularis & deliri conſili-
um ſenis ſecutus ſibi agrum addixit:publicumq; iudicium in ſuũ
beneficium uertit.

DE Fabiano Iudicio.

Ccepit huiuſcemodi exemplum a maioribus Fabius ille:
a qui Neapolitanis ex urbe Nolaniſq; de finibus inter ſe di-
ſceptantibus iudex datus:cũ utriſq; ſeorſum egit ac tenuit:
ut paululum ſuos fines contraherent.tũ uero quicquid agri in me
dio relictum eſt Ro.populo adiudicauit.fuit hoc(quis non uidet?)
decipere:non decernere.non Iudicatio:ſed præuaricatio.

DE Appio Claudio decemuiro.

Ec illud nõ deteſtabile & ſi poſtea inſigniter uindicatum.
n ꝙ Appius Claudius decemuir.Ro.legum lator mala libi
dine ſtuprandæ Virginiæ Ro.Po.aſtante contra legis præ
ſcriptum quam ipſe priore anno tulerat:uindicias dedit a ſeruitute
contra libertatem:fuit tam iniquum decretum autori ipſi exitio,
quod collegas omnes poſtmodum inuoluit.

DE Carthaginenſi Senatu.

Vid Carthaginenſis ſenatus an iuſte feciſſe dici poteſt:ꝙ
q Saguntũ contra fœdus:quod Haſdrubal publico cõſenſu
cum Po.Ro.icerat:expugnatum & exciſum ab Annibale
nõ ſolum probauit:ſed tanq̃ iure id feciſſet:aduerſus Romanos in
curia factum defendit:ſed cauillum quo tũ illi uſi ſunt:in ipſius de
mum ciuitatis conuerſum eſt excidium.

DE Ro.Po.

Nimuero q̃ ſecundo bello punico iniuſte Pœni feciſſe cre
e duntur:tam me hercule nec minus Romani tertio & ul-
timo quod cum Carthaginenſibus geſſere.qui nulla ab ea
ciuitate iniuria laceſſiti bellum illi intulerunt.idq; non prius oſten
derũt:q̃ ciuitatem ipſam obſidibus prius imperatis & acceptis ar-
mis etiam ſpoliaſſent.

DE FORTITVDINE. Cap. V.

Xempla fortitudinis in omni gente:& ſi non adeo multa
e aliqua tamen in ſingulis cenſeri poſſunt.Romanorũ ue-
ro fortia facere & pati tam fuit proprium:q̃ uolatus Auiũ:
Piſcium natatus.Cæterum poſt Quintium gẽtẽ quæ haud dubie

in hoc genere uirtutis omnes alias longe præſtitit: Iudæi(ſi uera ſunt quæ Ioſephus de his tradidit)non ſunt in poſtremis habendi. Aſtipulantur huic diuinæ literæ quibus fidem abrogare ſit nefas.

DE Abraamo.

f Ortis quidē & præferocis fuit Abraam ingenii.qui quum totus Oriens Aſſyrio pareret imperio: eſſentq; eius gentis opes omnibus formidoloſæ: is chananeæ terræ incola: cū parua hominū manu quā ex omni familia legerat ſecut⁹ aſſyriorū copias: quæ Sodomæ urbis rege acie uicto & profligato grādē ex ea terra prædā: captiuorumq; numerū ingentē ob tributum ſibi denegatum abduxerāt: circa alterum Iordanis fontem ex improuiſo adortus magna ex parte cecidit: fœdeq; diſiecit. captiuis cū pda receptis: & in his Loth uiro iuſtiſſimo fratris ſui filio.

DE Dauide.

d Auid: qui poſtea rex fuit: tum uero admodū adoleſcens: quum Iudæorum nemo ex prouocatione auderet cū Goliathe Philiſteæ gētis inmanis ſtaturæ uiro dimicare: ſolus omnium extitit: qui certamen(ut apparebat)iniquiſſimū nō detrectarit. & quod plus ē admirationis habuit: funda dumtaxat inſtructus uicerit. uiolento. n. excuſſi lapidis ictu moribundum hoſtem: quantuſcūq; fuit: ſolo explicuit. ad cuius caſum nobilis uictoria ex ualidiſſimo hoſtium exercitu eſt Iudæis quæſita.

DE Ionatha.

i Ionathas Sauli fili⁹ hoſtium caſtra uno dumtaxat comite noctu ingreſſus diuq; ac multū in Philiſteos nocturna cæde per occaſionem craſſatus: tantum illis terrorem incuſſit: ut multa milia hoſtium fugata ſint: atq; horum pars multo maxima ſauli regis occurſu in fuga interfecta.

DE Iuda Machabeo.

n Vllus hebraicæ gētis ſæpius cū hoſte certauit q̄ Iudas Machabei filius. nullus minoribus copiis felicius. ut pene plures unus ſit uictorias adeptus: q̄ cæteri Iudæorū duces qui poſt Moſem ei⁹ gētis exercitibus pfuere. & qđ oīum fortiſſime fecit: mortē oppet it tam intrepide: q̄ cū hoſte ſolitus erat confligere.

DE Petro Bariona.

p Etrus Bariona non uiribus corporis(nam quæ in homine exactæ ætatis eſſe poterant?)ſed ſui regis potius fretus præſentia in aduerſam armatorū cohortem quæ ſeruatorē in

olitueto circũſteterat:ferrum ſtringere auſus eſt:eumq̃ cõſauciauit: qui temere in illum manum iniecerat: conatus ab eo uim arcere in cuius poteſtate ſunt non ſolum res humanæ: ſed Vita & Mors hominis. aut igitur Bariona tum ardentius amauit(ut credere eſt) aut quem tueri conatus eſt: parum rexpexit.

DE Rolando.

l Ibet cũ a ueteris inſtrumenti exemplis abierim: recentiora quædam conſectari. facitq̃ ſtatim Rolandi Virtus ne diu quæram. Hunc.n. quãuis multa de illo mille fortitudinis edita exempla uulgo referantur: quæ fabulis propiora uideri poſſunt: non tamẽ id in dubiũ uenit: omnibus ſui temporis fortitudine præſtitiſſe. Caroliq̃: qui magni cognomen tulit: felicitatẽ & gloriam huius potiſſimum lacertis conſtitiſſe. qui demũ in inſidias cũ fortiſſimo quoq̃ ſuorum præcipitat⁹ circa Pyrenæum ſaltum: poſt ingentis fortitudinis patrata facinora: hoſtibus magno numero interfectis ceciderit. ne nũcio quidẽ tantæ cladis relicto.

DE Principio: & Tarunte Fratribus.

m Agna eſt fama atq̃ aliquanto uetuſtior Principii & Tarũtis fratrum. qui Gothicis temporib⁹ ex urbe Roma ad pũgnam egreſſi aduerſus Totilã inclinata diſiectaq̃ urbanorum acie: ſua hoſtibus in cædem ruentibus corpora obiecere. ac tã diu pertinaci ſtatu barbarum remorati ſunt: quoad Principius in ueſtigio concidit. alter: ubi ſuos in tuto eſſe uidit: defunctus prælio multiſq̃ confoſſus uulneribus: ad Pincianam Portam inter ſuorũ complexus & gratulationes expirauit.

DE Andrea Lamponiano.

a Diiciatur his exemplum unum recenti memoria: ſed animi magnitudine inter rara reponẽdum. Andreas Lamponianus uir nobili loco natus ſed nobilior adhuc factus facinore ad poſteros memorãdo: Galeatiũ Mariam Mẽdiolanẽſem Ducem ætate & opibus florentem in protomartyris æde: officiorum & ſatellitum multitudine ſeptum obuiam illi factus in ſuorum cõſpectu ſæpius ferro repetitũ necauit. priuſq̃ a trepidantibus & auxilio ſubeuntibus ſubueniri potuerit. dignus qui inter Sceuolas reponeretur: ſi publicã non priuatam ultus eſſet iniuriam.

DE ETHNICIS EXEMPLIS: ET PRIMVM.

DE Hercule.

h Ercules Alcmenæ fili⁹ (ſi uera ſunt quæ de eo græci ſcriptores & Romani græcos ſecuti prodiderunt) plura maioraq̧ q̄ quiſq̄ alius adiit pericula. nullus magis intrepide omnifaria adiit monſtra. nullus fortius tulit: ualidiuſq̧ ſuperauit. ut ſiqs ſtulte d eo inter Deos recepto opinioni accedat: iure dubitet ſit ne ille adeptus magis cœlum an meritus.

DE Theſeo.

p Ar ꝓpemodū de Theſeo manauit ad poſteros fama: ſed utriq̧ res magis cum monſtris fuit: q̄ cum hominibus: & ob id fortaſſe amborū uirtus cunctatius cenſenda: cui poetica ſubſcribit fides non hiſtorica.

DE Cynigero.

c Ynigeri Atheniēſis gloria magnis eſt ſcriptorū laudibus celebrata. qui Marathonia pugna: quum pallantes Moedos ad naues compuliſſet: nauem hoſtib⁹ onuſtā dextra manu tenuit. qua hoſtium ferro amputata leua remorari conatus eſt. cæterum hanc quoq̧ uis hoſtilis abſcidit. tum ille ad duplicem cladem nihilo temiſſior factus: mordicus nauim defixit: cædibuſq̧ fatigatus ambabuſq̧ manibus amiſſis: ceu fera quædā tabida morſu & dentibus dimicauit: quando alia ui non potuit.

DE Acilio Cæſaris milite.

t Alis nec minor fuit Acilius. C. Cæſaris miles nauali bello apud Maſſiliam. qui dextra amiſſa: quam in hoſtium puppim iniecerat: in aduerſam nauim tranſiliit: umboneq̧ hoſtes obuios impellens uelut præcipites præ ſe egit: quoad Cæſariani potiti ſint uictoria.

DE Sceua Centurione.

m Aior adhuc Sceuæ uirtus: qui in Dyrachina munitione tuenda Cæſarianorū fortiſſimus iudicat⁹ eſt. Enimuero oculo ſagitta excuſſo: femore & humero tranſfixis: ſcuto. c. & xx. ictibus perforato fortiter tamen portæ ſuo præſidio creditæ cuſtodiam retinuit.

DE Mutio Sceuola.

a Dmonuit me uetuſtioris exempli Sceuæ nomen. cui nullum propemodum comparari poſſit. Mutius: cui Sceuolæ a clade dexteræ manus fuit poſtea cognomen: quippe qui operoſiore manu amiſſa leua utebatur: Iuuenis ac pene adoleſcens Porſenæ caſtra ingreſſus regium ſcribā pro rege interfecit.

captꝰ ſuiq; erroris admonitus dexteram flãmis iniecit.ut ea parte: qua erratum erat a ſe ipſo pœnam exigeret.uiſum eſt id ſpectaculum quum cæteris tum ipſi Regi atrox:qui uniꝰ Ro.ciuis fiducia conſtantiaq; cõmotus pacem reddidit uniuerſæ ciuitati: Vrbemq; ſoluit obſidione.

DE Valerio Coclite.

f Vit Sceuolæ æqualis Valerius Cocles.is eodẽ bello omnẽ Hetruſcorũ uim ſolus tam diu ſuſtinuit:quoad Pons:qua hoſtes erant in urbem irrupturi:ſit ab iis qui in tutum refugerant a tergo abruptus.tum uero a ſuis excluſus quẽlibet hoſtiũ ad manum ſecum conferendam prouocans:ubi ab uniuerſis in ſe impetum fieri uidit:in ſubiectum Tyberim deſiliens incolumis ad ſuos enatauit.

DE Ariſtomene Meſſenio.

f Abuloſum uideri poſſit.cæterum quia ab auctoribus minime obſcuris eſt res memoriæ prodita:non indigna relatio eſt.Ariſtomenes Meſſenius.ccc.uno ꝓlio Lacedæmonios interfeciſſe memoratur.quum totidem uinctos etiam iugulare magnum fuerit.ſed Græcia tantum ſibi ſcribenti indulxit: ut nihil propemodum de fide cogitarit.

DE Romulo.

p Ari robore memorandũ quod de Romulo a noſtris proditum reperio.cæſa a Romanis circa Fidenas acie una ſex hoſtium millia:quorum Romulus plus dimidio ſua manu confecerit.

DE.M.Seruilio.

m Vlto ſimilius uero eſt quod de.M.Seruilio traditur ꝙ uicies & ter amplius pugnauerit ex prouocatione ac ſemp uictor in caſtra ſit reuerſus hoſtilibus ſpoliis onuſtus.

DE Sicinio Dentato.

ſ Vnt & Sicinio Dentato ſua fortitudĩs ſuffragia:ac neſcio an plura etiam quã Seruilio.centies uicies is prælatus eſt: octies ex procatione uictor.XLV.cicatricibus aduerſo corpore inſignis.ſpolia cæpit quattuor &.xx.duo de uiginti puris haſtis ab imperatoribus donatus.Phaleris uicenis: quinis torquibꝰ: tribus & octoginta Armillis:centenis quadragenis aureis: coronis ſex & triginta.xiiii.ciuicis:tribus muralibus:obſidionali una.Nouẽ imperatores triumpharũt eius potiſſimũ opera uictoriam adepti.

DE Manlio Capitolino.

e Rat Manlius Capitolinus pari propemodũ laude cenſendus ob multa præclaraq; facinora domi foriſq; edita.& in his ſeruati Capitolii decus:niſi affectatæ tyrãnidis crimen cuncta eius uitæ ornaméta perdidiſſet:cætera Dentato nihilo inferior:ac neſcio an maior etiam in quibuſdam.ſed in eo flagitium unum æquilibriũ fecit cũ tanto uirtutũ comitatu.nam qui tyrãnidem affectat in libera ciuitate:is ſibi non patriæ præliatur.

DE Marco Sergio.

m Agna in his hæc uirtutis opera.ſed Fortunæ adhuc maiora in.M.ſergio fuerunt.cui non ſolum non fauit Fortuna fortiter in acie ſtanti:ſed uehementer etiam fuit illi infeſta.perdidit ſecundo ſuo ſtipendio dextram manũ.duobus dein ſtipẽdiis ter & uicies eſt uulneratus:& ob eam rem neutra manu neutro pede ſatis ualidus.militauit deinceps nihilhominus uno tantum ſeruo uſus.bis a Pœnis capt⁹:bis uinculorum profugus ſiniſtra dumtaxat manu quater præliatus eſt.dextram ſibi fecit ferram. Cremonã obſidiõe exemit.Placẽtiã tutatus eſt.duodena hoſtiũ caſtra cæpit in Gallia.ĩnumeras haud dubie coronas ꝯgeſturus:ſi tãta indoles in meliora tp̃a incidiſſet:& nõ in ea q̃ iniqſſima fuerũt Ro.Po. uicerunt alii.ſed uicere hoĩes.Sergius ipſam etiã uicit Fortunam.

DE FORMIDINE:ET INGNAVIA. CAP. VI.

DE Turpi Iudæorũ Formidine.

o Mne Animal uim hominis & congreſſum declinat.nam cũ eo nullum fere dimicat niſi neceſſitate coactum.Cõtra confuſior eſt metus nulli animalium:quã homini.aut nulli maior in metu obliuio:nec minus uidet ullum quid in periculo expediat.hinc illa Decori obliuio dicta factaq; pudenda non in uno aut altero ſed in populo etiã uniuerſo & in numeroſis exercitibus ſæpius obſeruata.fuga: timor: querela muliebris potiuſq̃ uirilis:qualis fuit indigna illa Iudæorum conqueſtio:quum cœleſtium inmemores operum quia exploratores in chananeam terram miſſi omnia dura & hoſtilia referrent: in luctum & mœrorem uerſi:Moſem expeditionis ducem inſequebantur ut uanum & delirum: ſuam deteſtantes ſtultitiam qui tantum uni credidiſſent.ſatius fuiſſe in Aegypto ſeruire ubi ad ſacietatem carnibus ueſcerentur:q̃ inedia & bellorum iniuria in deſertis confici: alienaq; terra extingui.inuidioſa querela & execrabilis in eo p̃ſertim populo q toties manifeſta cœli prouidentia pñti eſſet periculo ſeruatus.

DE Eiuſdem gentis Sacerdotibus.

Ge uero & q̃ intempeſtiuus fuit ille metus mortis in eiuſ-
a dem gentis ſacerdotibus.qui Vrbe magna ex parte capta:
templo direpto & incenſo:& quum nil ſuperſſet amplius
quod cum uita optari debuerit: ſuppliciter tum ſunt uitam a Ro.
exercitus imperatore ſalutem precati.a quo illud tulere reſpon-
ſum:nõ eſſe opus uenia ſacerdotibus templo & ſacris amiſſis.

DE Marcellino Ro.Pontifice.

At metus in Marcellino.Ro.Pontifice.ſed multo in hoc
p felicior.patuit.n.ad pœnitentiam reditus:tam & ſi a prin-
cipio nõ minus abſurdus q̃ Hyeroſolimorum ſacerdotũ:
qui templo ſuperfuerãt.ſiquidẽ chriſtianis rebus Diocletiani ſæui
tia afflictis:abolitiſq; ſacrarum rerum monumẽtis & ut Chriſti no
men aboleretur urbium antiſtitibus ſupremo ſupplicio affectis:
ſeptẽdecim piorum milib⁹ paucorum dierum ſpatio aliis alio ſup
plicio peremptis:unus omnium Marcellinus ad ſimulacra dæmo
num metu mortis ſacrificauit.ſed pœnitentia:quam egit:non ſolũ
illi chriſtianũ nomen:ſed & dignitatem reſtituit.

DE Athanaſio Alexandrino Antiſtite.

Agnus ueritatis aſſertor Athanaſius Alexãdrinus Antiſtes
m uelles tam facile pro ueritate mori potuiſſe:q̃ ſentẽtia & p̃
cepto tuebatur:Impar.n.Arrianorũ inuidiæ ſex annos n
pfundiſſimo Ciſternæ lacu ſine Solis aſpectu mortis metu latuit.
ſed quæ Prouidẽtia fuerit nefas ſit(credo)ad hoiũ ꝯſilia referre.

DE Petro Apoſtolo.

Nimuero qd ſit magis a pietate alienũ q̃ Bariõæ uitio uet
e tere ꝙ tã fortiter pria aut altera hora noctis p̃ ſuo ſteti ſſet
rege:mox captũ ter añ gallicíniũ negarit Iudæorũ ſæuitiã
ueritus.neq; nõ Bariona.quẽ tã ardẽter defenderat:negauit.ſed Ba
rionæ humanitas.corpus Iudæos timuit.amentia ex metu orta ter
locuta eſt:non mens quæ propoſito auerti non potuit.

DE Alphonſo Neapolitano Rege.

Diiciatur his unum adhuc exemplum chriſtiani hominis:
a ſed ex prophano acceptum non multo prius q̃ hæc a no-
bis proderentur.Alphonſus Aragonius in magno & opu-
lento regno a patre hæres relictus:ſub Caroli octaui in Italiã deſcẽ
ſum:fortuna regni adhuc integra:nec acie uictus incolumi exerci-
tu:ciuitatib⁹in fide pmanẽtibus:prius q̃ Gallus ſuos fines trãſcẽdiſ

ſet: dubium maiore timiditate an deſperatione regnum reliquit: & qui nuper a tota Italia timebat: repēte extitit oīum timidiſſim⁹.

DE ETHNICIS EXEMPLIS: ET PRIMVM.

DE Antemone.

u Etus eſt Antemonis fama quem Heraclides Ponticus ce- lebrauit Anacreontis poetæ teſtimonio. is tam timidus fu iſſe fertur: ut domi plurimū uixerit duobus ſeruis ſupra ca put æreum ſcutum tenentibus ne quid ſupne caderet. in aperto le ctica non niſi adoperta ueheretur: qui mos Periphoreti cogno- men illi dedit.

DE Haſdrubale ultimo Carth. Duce.

h Aſdrubal: q ultimus Carthaginenſium dux fuit: Carthagi ne a Scipione capta Aeſculapii templū cum uxore & libe ris magnaq̧ tranſfugarum manu occupauit. metu deinde ſubactus ſolus ad hoſtes tranſfugit: uitæ cupidus. cuius turpe effugi um uxor filiorum cæde ulta eſt.

DE. C. Mancino.

c A. Mācin⁹ oīum. R. ducū ignauiſſim⁹ ſua timiditate & tur pi formidine eo uenit: ut quū Numātiā in Iſpania obſide ret: tanq̄ obſeſſus & uictus ignominioſam ſibi & Po. Ro. pacem domum reportarit.

DE Perſe Macedoniæ Rege.

n Ec Perſes Macedoniæ Rex multo fortior in aduerſis ap- paruit: qui regni opibus fractis tā humiliter & abiecte pro uolutus iacuit ad Aemilii pedes qui eum uicerat: ut ſubla tum manibus. Ro. imperator indignāti ſimilis monuerit: ne clariſ ſimā ſibi uictoriam turpi formidine inuideret.

DE. Gn. Carbone.

q Vantum Perſes per hæc a maiorum uirtute degenerauit: tantum ac neſcio an plus etiam. Cn. Carbo a Priſca Ro- manorum indole. qui Marianarum partium dux haud ignobilis in Sicilia captus: quum ad ſupplicium traheretur tempus petiit ad uentrem exonerandum moram ſuplicio quærens. ignarus ſci- licet non in morte eſſe cruciatum: ſed in uia quæ ducit ad morte.

DE Vitelio Imperatore.

p Otuit & Vitelius imperator honeſtius cadere niſi uitæ exi guum illud temporis ſpatium quod latebræ turpiter im- pendit perdere noluiſſet. Enimuero Flauian s palatium

irrumpentibus ex Ianitoris cella quo ſeſe meticuloſe illatebrarat: cum multa ignominia extractus: ſed maiore aliquanto odio ante Ro. ciuitatis oculos eſt ad ſupplicium ductus. ſed quãto pulchrius obuiam hoſtibus factus mortem oppetiuiſſet ſi potuit & Othonis hoſtis ſui exemplum imitari: ſuaq; ipſius manu ſibi exitum quære- re. breuis uita longum illi peperit dedecus.

DE Heliogabalo.

d E Heliogabalo minus mirum. debuit. n. mors ante actæ ui te reſpondere. qui tumultu militari exterritus nõ ſolũ non obtulit ſeſe irato militi ut eum motum auctoritate ſedaret: quod ſæpe Cæſar Dictator & alii feciſſe dicũtur: ſed cum matre fœ tidam cloacam ſubiit. ubi multis uulneribus confoſſus turpem ui tam turpiſſima morte finiuit.

DE PRVDENTIA. CAP. VII.

DE Habraamo.

ſ I Prudentia bonorum eſt malorumq; ſcientia ad hominẽ pertinentium: ſcireq; eſt proprium hominis: liquido ap- paret totam hanc Virtutem huic uni animaliũ cõceſſam a Natura. huius non uulgare exẽplũ edidit uetuſtiſſimus ille chana- neæ regionis accola: cui plus cœli numen ꝑmiſit q̃ humana mẽs poſſit capere. is cum Sarra coniuge Aegyptũ ingreſſus gentis libi- dinem in alienas fœminas ueritus: pro coniuge fratrem egit: haud ignarus id conſilium & ad muliebrẽ pudicitiã tuendã: & ad ſuã ip- ſius ſalutem pertinere. profuit haud dubie id hominis cõmentũ. ſed humana pietas: cuius ille erat diligens cuſtos: utrũq; ab iniuria ſeruauit.

DE Noe.

q Va Noe multo hoc antiquior fuerit Prudẽtia non ſolũ Ar- ca quã tãto ante Cathaclyſmũ cæpit intexere: ſed uetuſtas ipſa quæ illum ſub Iani nomine bifrontẽ figurauit: plane demonſtrat indubitato ꝑteritorũ ſcientiæ ac futurorũ Argumẽto.

DE Moſe.

e Xcogitauit & Moſes rem non ineptam. ſed quæ nõ uulga rem hominis Prudentiã arguat. ducturus Pharaonis regis exercitum per loca ſerpentibus infeſta: pro magno habuit negocio uim Ibidum ingentem comparare. eſt Auis hæc ſerpenti- bus inimica. quo præſidii genere incolumis exercitus eſt Meroen uſq; perductus.

DE Eodem Moſe.

Pparuit hominis eiuſdem Prudētia non uulgaris in Arao
a nis dignitate uindicanda. cui cum ſacerdotium tumultuo-
ſe a populo abrogaretᷣ: ut motus ille ſæuiētis multitudinis
qui in horas gliſcebat: cohiberetur: nec frater temere ſpoliaretᷣ ſa-
cerdotio: diſquiſitionē rei nō ad multitudinis ſtudiū: cuiꝰ ꝓpriū eſt
nihil ſapere: ſed ad numinis uoluntatē relegauit. cuius aſtipulatu di
gnitas eſt fratri ſtabilita: & cōpetitorū impietas grauiter uindicata.

DE Iſraele.

Acob q ab aſtu & calliditate animi Iſraelis cognomen ſor
i titus eſt: Meſopotamiā petiturus ut iratū ſibi fratrē ultioni
q̄ iminentem declinaret: quia nō niſi per Chananeorū ter
ram patebat iter: cum quibus paternæ ſibi intercedebāt inimicitiæ
uitabundus per deſerta & deuia loca interdiu iter facere. noctu cor
pus diurno labore feſſum quieti dabat. atq̄ ita magnis itineribus
& alioqui infeſtis ad Labanem incolumis peruenit Auūculum.

DE Eodem.

Autus ille & prudēs in itu. ſed in reditu cautior. qui poſt ali
c quot annos domum repetēs ueteris in fratrē offenſæ haud
inmemor: præmiſit qui Eſaum fratrem precibus & donis
deliniret. ſatiſfaceretq̄ coram ſi qua adhuc in eo ira ueteris iniuriæ
reſideret. per quæ facile conſecutus eſt ut q̄ inuiſus patrium ſolum
uerterat: tam iucundus ſit poſtliminio reuerſus.

DE Dauide Rege.

Idit & Dauid ab eo oriundus non parū. qui iam ſenio cō
u fectus quū in animo haberet regnū Solomoni per manus
tradere: quia apparebat in tanto filiorū grege non defutu-
ros qui iniquo animo laturi eſſent: minorē natu frēm ſibi ꝓlatū iri:
ad oēm domeſticæ diſcordiæ materiā e medio tollendā nō multo
prius q̄ uita ſit defunctus: regis appellatione in eū tranſlata populo
regē ſalutādū obtulit. ſic uiuentis adhuc patris auctoritas tā ualide
ſtabiliuit illi regnū: q̄ uix ullum neceſſitudinis uinculum eo extin-
cto potuiſſet.

DE Deipara Virgine.

Vid uirginum decus illud ſupremum Chriſti mater: qua
q nulla unq̄ fuit in terris ſanctior an prudentiæ rudimen-
tum dedit exiguum quum ſui propoſiti ſibi conſcia non
prius cœleſti nuntio aſſenſa eſt: q̄ edocta ſit futurum ut uirginitate
pareret in offenſa?

DE Lucia Virgine.

Iderunt & Syracuſæ in Lucia indigena puella præclarum
u uirtutis huius exemplum.ſenſit hæc a pulchritudine oculo
rum ſuæ uirginitati periculum intẽdi: qui præter cætera ex
peterentur ab inſana tyranni libidine.ſatius igitur rara parte corpo/
ris una & ſi nobiliſſima:q̃ anima quæ multo ſit nobilior: piclitari
hos ſibi ſponte auulſos deferendos dedit inſano regi.ut ſciret nihil
in ſe eſſe amplius:quapropter ab eo timenda eſſet iniuria.

DE ETHNICIS:ET PRIMVM.

DE Semramide.

T ne non honor ſit aliquis huic ſexui:in parte operis ne pi
e geat muliebre exemplum iis quæ uirorum ſunt ſequenti
relatione præferre. Semramis quæ a Nino rege poſtea in
matrimoniũ recepta ẽ priuata adhuc habituq; ignobili ad Baƈtria
num bellum profeƈta:ut cum uiro eſſet: una omnium monſtra-
uit regi quomodo cum hoſtibus breui debellari poſſet.quo Virtu-
tis rudimento Reginæ nomen adepta poſt uiri interitum(nam &
hoc quoq; traditur quia filio admodum adoleſcenti per q̃ ſimilis
eſſet ſtatura & oris lineamento)hunc uirili habitu & effigie men-
tita:regnum a Nino relictum non ſolum tutata eſt: ſed maiorem
in modum auxit:lateq; propagauit.

DE Amaſi Rege Aegyptiorum.

Vis nõ & Amaſis miretur Prudentiã?fuit is pene ultimus
q eorũ qui priſcis tẽpibus Aegypti regnum tenuer.is quũ oĩa
Polycrati Samiorũ tyrãno.pſpere fluerẽt:expireturq; in cũ
ƈtis Fortunã indulgẽtiſſimã:p lr̃as(ut ferẽ)remiſit illi omne ius ue
teris amicitiæ:teſtatus uidere ſe Fortunã inſidiari huic:cui tã indul
genter obſequeref.ꝓuidit rex prudẽtiſſimus Polycratis exitiũ.at il-
lud qđ ſuo regno iminebat:aut nõ uidit.aut certe uitare nõ potuit.

DE Epimenide Cretenſi.

Idit & Epimenides cretẽſis:de cuius ſomno & ætate fabu-
u loſe magis q̃ ad fidem Græci non pauca prodiderunt:Mu
nichiam locum Athenis natura magiſq̃ opere munitum.
multiſq; audientibus teſtatus eſt ignorare Athenienſes quantas il-
le locus eſſet clades ciuibus allaturus.quod ſi liqdo ſciri poſſet den
tibus fuiſſe locum demoliturος:ſi manibns non liceret.fuerit ne di
uinatio illa an præſagium non facile dixerim.euentus(quod ſatis
conſtat)prædiƈtioni non defuit.

DE Timone Athenienſi:

ſ Imile quidam:habuit uox illa Timonis de Alcibiade puero.qui rogatus cur illi uni omnium tam familiariter blandiretur ad omnẽ occurſum:quia ſcio inquit fore ut aliquãdo ſit hic patriæ calamitoſus.uox dira & execrabilis: nec ab hominis ingenio:qui humanũ genus oderat:aliena.

DE Fabio Maximo.

f Abius ille maximus qui cunctando fregit punicos in Italia ſucceſſus:Varronis conſulis ferocia animaduerſa multum diuq; precatus dicitur collegam eius Paulum Aemylium:ne temere quippiã fieri ab eo pateretur.præuidere ſe:niſi illius conatibus iretur obuiam:breui fore ut aliquis in Italia locus ſupra Trebiã & Traſimenũ romana inſigniretur clade.

DE Scipione Naſica.

a Gebatur Romæ occulte inter patres de Carthagine fundi tus delenda.exiitq; ea cõſultatio in longã & difficilẽ diſceptationem:Maiore Portio Catone: cui antea Priſci fuit nomen:cenſente Carthaginẽ delendam ut Roma incolumis eſſet. multiq; pedibus ire in eam ſententiã. Tũ ſcipio identidem teſtatus dicitur uideret illi qui tam cupide uellent Carthaginẽ exciſam ne Po.Ro.æmulæ & inimicæ urbis metu liberatus: in domeſticã laberetur diſcordiam.quod malum multo prius proſpexit Naſica ac prædicauit.ſed fatali neceſſitati ire obuiam non potuit.

DE Hannone Cartha.

p Ræuidit & Hãno Carth.ſenator nobilis Barchinæq; factionis æmulꝰ ſcdi belli Punici euẽtũ ſuæ ciuitati calamitoſũ. qui Magone Hannibalis Pœnorũ ducis fratre in curia referente cæſa intra bienniũ.cc.millia hoſtium ab Hannibale:quatuor cõſulares exercitus deletos:magnã Italiæ partem a Ro.ad Pœnos defeciſſe:& ut maior fides iis quæ dicerentur accederet:quũ tris annulorũ modios in curiæ ueſtibulo effudiſſet:Interrogatus Hanno ab homine Barchinæ factionis an belli qd in Italia gererent adhuc pœniteret:percõctatus Magonem Hanno dicitur ecquis ex urbe Roma poſt tot clades acceptas ad Hannibalẽ ueniſſet pacẽ petiturus?an Romæ ulla pacis mentio facta diceretur?quũ ille utrumq; negaſſet bellum inquit Hanno tam integrũ & periculoſum hodie q̃ a principio fuit cum Romanis habemus.uariatũ diu eſt circa Siciliam priore bello:uerum qualis fuerit exitus nemo eſt ueſtrum qui non aut uiderit:aut fando audiuerit.& nunc maxime uereor.

nam ſi(quod nolim)Fortũa uariare cœperit:fruſtra pacem implo
remus:quam nobis uincentibus nemo detulit.

DE STVLTITIA:ET TEMERITATE. CAP. VIII.

ſ Tultus & demens ne magis an impius fuerit Cham Noe filius ſiquis eius flagitium altius conſideret :æquius fortaſſe rem totam penſitet.ego non ſtultum ſolum aut dementem:ſed impium etiam iudico:qui patris incaute iacentis uerenda non ſolum ſpectare potuit:ſed fratribus etiam ab ludibrium uidenda ſubiecit.ſed non tantum uoluptatis attulit ſtolido homini breue illud ſpectaculum:quantum poſtea triſtitiæ & mœroris ipſi auctori eiuſqꝫ poſteritati iuſta patris ultio:ſeueraqꝫ animaduerſio.

DE Moſis ſorore.

m Vliebris fuit intemperies:ſed ſtultitia non caruit.ꝙ Moſis ſoror & fœmina iam grandis natu temere auſa eſt huic cõuicium facere:per quem ipſa & uniuerſa Iudæorum gens exempta fuerat ſeruitio.affuit itaqꝫ confeſtim cœleſtis ultio : inuaſitqꝫ lepra contactum os improbum mulieris.quod malũ non cõuiciatricis oratio:ſed huius:in quẽ iniuria inmiſſa ẽ:ſuſtulit pietas.

DE Roboa Solomonis Filio.

n Ec minus ſtulte Roboas Solomonis filius florẽtiſſimum regnum a patre relictum fando perdidit intempeſtiuo ad populum reſponſo.omnis.n.præter unam qua ipſe cenſebatur a ſe alienauit Iſraelitarũ Tribus.poſtulatum aũt eſt ut laxamenti aliquid a diuturno labore daretur populo.multũ.n.operæ Solomone rege exhauſtum in templo & regia demo ædificanda.ſed ſtultus rex ſtultorũ iuuenũ conſilio uſus tam acerbe & inmaniter reſpondit:ut regnum tanta indole a maioribus cõditũ & auctũ ſit continuo in partes ſciſſum.apparuitqꝫ nullũ maius regnorum præſidium eſſe:q̃ populorum ſtudium & beniuolentia: qua ſublata nullum diu ſtare poteſt regnum.

DE Dauide & Sameia.

d Auid:qui Roboæ huius fuit Auus:Abſalonis defectiõe regio ſolio turbatus:cum cohorte una Hieroſolymis digreſſus ꝯuitio exceptus eſt ac lapidibus petitus a Sameia quodam.erat is ob Sauli regis propinquitatẽ in Iudæa minime obſcurus.is nouitate illa temporũ fræatus:ſuiqꝫ in Dauidẽ ſtomachi magis q̃ regiæ maieſtatis memor:in prætereuntẽ temere inuectus ꝓbro & lapidum iniectu ſacroſanctum hominẽ uiolarẽ eſt auſus.nec

Dauid eam iniuriam ultus eſt:ſed filius.cui exilio prius:dein capitis ſupplicio debitas Sameia expendit pœnas.

DE Iudæis.

q Vid ꝑterea minus prudenter fieri potuit:aut magis inſipiẽter:q̃ qđ Iudæi:die quo Chriſtus rex ſub Pilato eſt hieroſolymis affixus Cruci feciſſẽ dicuntur?qui quum Ro.præſes cunctanter & religioſe de Chriſto ſtatueret publice teſtatus nihil in ſandum illud iudicium ad ſe pertinere:ut propoſitum tenerent ab uniuerſa multitudine acclamatũ ẽ: Super nos ſanguis eius & filios noſtros.nec impune id ceſſit.pœna iuſti ſanguinis per omnẽ poſteritatem in hunc uſq; diem uiritim ſparſa.

DE Eadem Gente.

ſ Ed q̃ inſane hi ſe & ſuos ꝑpetuo ſupplicio obſtrinxere ſtulta & deteſtabili uoce:tam imprudenter & ſtolide poſt aliquos annos eadem gens ſibi exitium peperit: non magis peiculoſa defectione a Romanis:q̃ non neceſſaria.ea demum res opes gentis & urbem orientis clariſſimã funditus euertit.furiæ ſcelerum execrabilem ciuitatem in eam dementiã adduxerunt:ut urbs:quæ caſura erat:aliquãto citius caderet.eſſetq; eo atrocior lapſus:quo maior fuit delinquentiũ culpa in Chriſti proditione.

DE Herode.

q Vid Herodes Rex ĩprudens ne habendus an ſtultus & demens potius & delirus qui pro ſtolido eum a ſe dimiſit:cuius uita abſolutiſſima fuit uirtutis Idæa.ipſeq; æterni ſit patris ſapientia dictus?ſed omnium temeritas & ſtultitia mala eſt:regũ uero peſſima:uel qa impune peccent: uel ꝙ ad exẽplũ multo efficacior ſit q̃ priuata.

DE Vrſinæ Factionis regulis.

a Diiciatur his exemplũ recens quum hæc cõmentaremur Italiæ rebus fatali magis neceſſitate q̃ hoſtium uirtute inſigniter afflictis. Vrſina factio ĩ plures Italiæ prĩcipes & populos diffuſa:quum Cæſaris Borgiæ ductu & auſpiciis(fuit is Alexandri ſexti filius)militaret: eius ſucceſſum & potẽtiam(dubiũ ſua ſpõte an alieno impulſu)(nã utrũq; traditur)ſeceſſionẽ certe principes ei⁹ factionis cũ ſuis copiis fecere.adduxit ea defectio res Cæſaris in diſcrimen: oẽſq; eius conatus ſi in propoſito manſiſſent:qui ab eo dfecerãt: facili pueri potuiſſent.Cæterum ſiue ambitio fuit: ſeu fatũ potius familiæ:quod uitari non potuit:paucis diebus quibus defectionem oſtenderãt:ultro in fidem rediere.ſed q̃ audacter

res mota eſt:inconſiderateq; Cæſaris imperii receptum:tam graui ter eius motus auctores uiri alioqui fortiſſimi ſpem pacis ſecuti a Cæſare afflicti ſunt in poteſtatem redacti.

DE Ethnicis.

n Vlla gens tam populariter deſipiuit unq̃ nec magis teme re induit arma:q̃ Pſylli: qui in Aphrica circa maiores Syr tis ſedes habuerunt.hi(ſi uera ſunt quæ a græcis ſcriptoribus produntur)quia Auſtrũ uentũ plus nimio haberent inuiſum: ut ſibi & ſuæ terræ noxium:ſumptis armis hoſtiliter in eũ profecti ſunt.ceu unum aliquẽ hominẽ & non rem incorporeã peterent.& illi tam ſtulte bellum uentorũ uni intulerunt magno humanæ mẽtis Ludibrio.ſed Fortunæ adhuc maiori uicti ſunt. Turbatis.n.auſtrino flatu arenis ad unum omnes periere.

DE Athenienſibus.

e St & ipſa ſibi exitialiter oblucinata Attica Ciuitas a Piſiſtrato decepta.diuerberauit ſe ille domi:ut crederetur iniuria ab inimicis affectus.quo aſtu tenuit ut præſidio ſeptus in publicum prodiret.ſed dum priuatæ ſaluti ſtudioſe cauet credula multitudo:publicæ oblita eſt.uſus conceſſis armis eſt Piſiſtratus non ut ciuis:ſed hoſtis.non ut ſe tegeret:ſed ut patriã affligeret:dubium maior ne fallendi artifex:an carnifex crudelior.

DE Eiſdem Athenienſibus.

a Iebant ſe purgare ciuitatẽ iidẽ Athenienſes quũ ex illuſtribus uiris unũ aliquẽ Oſtraciſmo ex urbe eiiciebãt.cæterũ rogati ab Ariſtide quo ſuo merito ſe tali afficerent ignominia:reſponſum eſt q̃a ferre nõ poſſumus te ubiq; bonũ prædicari. ſtultũ Iudiciũ:ſ; iudicii defenſio adhuc ſtultior.ubi.n.Virtutis laus grauis ẽ & moleſta:Virtus illic grata eſſe nõ põt:fuit illud nõ uiciũ eiicere:ſed alerẽ omni præmio laudis repudiato:quo in primis gaudet honeſtior uita.

DE Gabinis.

p Ari uecordia ac neſcio an maiore ẽt Gabini in Italia ſe & ſua pdidere dũ ſtulte nimis tyranni & hoſtis filio credunt. ſtultũ fuit callido ciui credere quod Atheniẽſes fecere.ſed hoſti multo ſtulti⁹. nudauit Sext⁹ Tarquinius ut trãſfuga & patri irat⁹ fœda uerberibus terga Gabinis pro cõcione.ſed callidũ pſiliũ pſſit quod latebat ſub pectore.ex hoſte igitur imperator eſt factus: & q̃ præſidio & ſaluti futur⁹ credebatur excidio fuit Gabinis & exitio.

DE Corinthiis.

C Orinthii non ſtulti ſolum ſed dementes etiam habēdi:qui non ſuam:non Ro.Po.uirtutem metiētes ſed præſentem animi affectum Romanorū legatos ſtercoris iniectu pro concione uiolarūt.peperit itaq; iniuria illa Corinthiis excidium:iis uero in quos inmiſſa eſt:laudis incremētū & imperii ꝑpagationē.

DE Romana Ciuitate.

S Ed omniū populorū alioqui præſtantiſſimus is qui Ro. quiritium fuit:quū ſæpe alias:tum Senonico tumultu parum ſapere uiſus eſt.qui tribunitiis actiōibus temere affectus: Fabios a Gallis ad ſuppliciū petitos: ꝙ contra ius gentiū quū legati eſſent:in ſe arma induiſſent:non ſolum non dedendos cenſuit:ſed exercitibus præfecit aduerſus eam gentem quā illi leſerāt. per quæ ſuppliciū paucorū ciuium in ſe ipſum uertit: & fœda illa tempeſtas:quæ cluſinis iminebat:in totius ciuitatis dedecus & cladem redundauit.

DE Claudio Principe.

F Vit Claudio Principi uelut ingenita ſtulticia.ſed nihil unq̄ ſtolidius fecit nec tota uita inconſyderatius aliquid q̄ ꝙ Domitium Neronē adoptauit:quū Britanicū legitimo toro natum haberet:quem imperii hæredem potuit inſtituere.uerū pellectus oſculis Agrippinæ coniugis facem illam adoptione accēdit:qua nō ſolum propria ipſius domus:ſed Roma & totus orbis cōflagrauit.

DE Agrippina.

I Mprudens is cuius nunc mentio facta eſt: ſed Agrippina: cuius ille illecebris captus ſe ipſo dementior factus eſt: nihilo fuit Claudio prudentior.cui ſolicite imperium filio aſtruenti:futurorūq; peritos ſciſcitanti eſſet ne filius Nero imperaturus:fore reſpōſum eſt ut imperaret:ſed ita ut matrem interficeret. interficiat inquit modo imperet.uox digna Neronis matre:digna Caligulæ ſorore:quæ putant imperanti omnia licere.

DE Temperantia.

O Mnis uirtus ex uno honeſti fonte eſt.ſed in nulla aliarum uirtutum magis decorum illud elucet quod ex officio naſcitur:q̄ in ea quam græci σωφροσύνη uocant:noſtri Temperantiam.cuius exempla uarie in tota uita diffuſa ſunt.nam ubicūq; id quod decet ſpectatur quod conuenit:quod moderate fit: quod ſedate tempeſtiueq;:ad hanc Virtutem pertinet:de qua nunc futurus eſt ſermo.

DE Habraamo.

e T ut a uetuſtiſſimo ordiar exemplo: Qua animi modera tione Habraamũ fuiſſe nos credere oportet?qui nouus hoſpes & omnibus ignotus Aegyptum cum Sarra cõiuge ingreſſus: uir alienæ legis:alieniq; inſtituti adeo dextere accurateq; cum ſacerdotibus eius gentis eſt congreſſus:deq; diuinis & humanis rebus appellatus grauiter & penſiculate diſſeruit:ut totus ille ordo qui ſecundus fuit a Rege:in ea gente peregrinũ hominẽ non ſolum coleret:ſed uehementer ueneraretur.nefaſq; etiam ducerent ut tanta in uno uiro Modeſtia frugiq; Sapientia ab ullo uiolaret: quæ opinio non ſolum illi ad ſalutẽ profuit:ſed ad pudorem etiam & Pudicitiam coniugis in perdita gentis libidine tuendam.

DE Moſe.

q Vid Moſes num obſequiũ illi defuit in Pharaõi s aula:cui per adoptionẽ fuerat inſertus?nũ in imperio Virtus?in exilio Pietas?in aſſerenda Iudæorũ gente Solertia?aut in contumacia huius corrigenda Sanctitas?in ſcribendis legibus Prudentia?enimuero tam idone⁹ in ſingulis apparuit ut ad omnia natus uideretur.quod aut Temperantia:aut nulla alia potuit Virtus homini præſtare.aliæ enim uirtutes alio tempore exiguntur.hæc ſemper & in qualibet uitæ parte eluceat neceſſe eſt.

DE Tribus Pueris Hebraici Sanguinis.

u Iderunt nempe aliquid tres illi hebraicæ gentis pueri(nam omnia in omnibus ſunt non omnia in ſingulis)qui leguminibus & hortenſibus herbis ueſci:q̃ regiis epulis ſaginari maluerunt.non tam(credo)ut patriũ morem tuerentur:q̃ ꝙ perſuaſum habuere:omnem luxuriã & ciborũ intemperiẽ inutilẽ eſſe corpori.ſed ad morum profectũ non modo non utilem:ſed uehementer etiam pernitioſam.

DE Chriſto.

ſ Ed nullũ(ut puto)exemplũ poteſt cum Chriſti uita comparari: nunq̃ riſiſſe dicitur:raro fleuiſſe.infremuit tamen aliquando humanitas quæ in eo fuit:ipſe ſemper idẽ: atq; is qui tenorem illum Temperãtiæ & mentis Aequanimitatẽ: tota uita cuſtodiuit:& incorruptam ſeruauit.

DE Tatheo Chriſti Diſcipulo.

f Vit Chriſti diſcipulus Tatheus:atq; in eo uere diſcipulus: qui ad Abagarum miſſus Edeſſenorũ toparchã traxit ſua prædicatione & principẽ ipſum gentis:& multos cũ eo ad

ueræ pietatis cultum.obtulit itaq; illi abeunti Abagarus certū auri pondus uiatici nomine.repudiauit id totum Tatheus: adiecitq; non uidere ſe quomodo qui ultro ſua relinquunt:accipere poſſint aut debeant aliena.

DE Gregorio Ro.Pontifice.

D hoc quoq; dogma pertinet illud Gregorii Ro:Pontifi-
a cis temperamentū.qui in pōtificia dignitate ſublimiq; hu-
manæ pietatis arce conſtitutus:ita faſtigium illud honoris abiectiōe miſcuit:ut ſeruorū dei ſe ſeruum dixerit.appellationem non modo non inuidioſam.ſed etiam grato duarum diuerſarum rerum temperamento uehementer popularem.

DE Ethnicis.

Ocrates nec riſit unq̄ in tota uita nec fleuit.quin uno ſem-
ſ per eodemq; uultu uiſus.mirū uideri poſſit: q̄ eximiā il-
lam animi temperiem:neq; nuptialis lætitia uariare potu-
it:neq; triſtitia illius diei quo uenenum hauſit.uſq; adeo Natura illa omni perturbatione caruit.quod eo maiore ſit admiratione dignum:quo in ſolentior fuit illi cōiunx:filiiq; ſtolidiores q̄ cæteris.

DE Phocione Athenienſi.

Ar animi temperamentum in Phocione Athenienſi fuiſſe
p proditum eſt.idem oris habitus in eo ſemper obſeruatus.
non ridere:non flere quiſq̄ eum temere uidit.tanta in eo fuit aut Conſtantia:aut obſeruantia decori.

DE Ageſilao Lacedemonio.

Oteſt Ageſilaus Lacedæmonius cenſeri in hoc genere lau
p dis.cui niſi multū temperantiæ ſuperfuiſſet:nunq̄ in perpe
tuo illo felicitatis curſu(nemo.n.Græcorum ſæpius uicit hoſtem)adeptus eſſet ut ab omnibus plurimum diligeretur.eſt.n. Inuidia Felicitatis comes:ſed unius hominis temperantia in lætis rebus:nullum locum reliquit Inuidiæ.

DE Romulo.

Auci haud dubie reperti ſunt qbus in uniuerſum laus hæc
p contigerit.alii alia parte uitæ magnū ex hac uirtute nomē
reportarūt.Et.n.quis non temperantem Romulum fuiſſe iudicet:qui ſciat octingentis & amplius Sabinis raptis una contentum fuiſſe Herſilia:atq; ea iam adulta & quæ alterius(ut creditur) fuerit uxor:aut qs nō uini parciſſimū: q in ꝯuiuio quodā urbāe increpit⁹ q̄ parci⁹ potaret:Ego inqt quātū uolui bibi:ñ quātū potui.

DE Alexandro Magno.

n Vnq̄ in conuiuio Clytus periſſet:ſi Macedo tam uini tēpe rās fuiſſet q̄ Veneris.quippe qui quum Darii hoſtis coniugem oīum fœminarū quæ ætate illa fuerunt pulcherrimā filiaſq; uirgines cū caſtris cœpiſſet:tam ſancte eas uidit ac penes ſe habuit:q̄ ſorores aut filias.ad poſtremū uictoriā adept⁹ filiarū unā ſibi matrimonio iunxit nō libidinē(ut credere ē)ſed officiū ſecut⁹.

DE Aphricano Maiore.

m Agnum & Scipionis exemplū in hac parte qui maior eſt Aphrican⁹ dict⁹.Carthagine in Iſpania ex hoſte capta: uirginē ex captiuis unam elegāti facie ad ſe perductam : ubi quæ eſſet audiuit:& cui uiro deſponſa:(erat is Celtiberorum longe priceps cæterum Ro.nominis hoſtis)puellam ſeruari iuſſit:ac ſancte cuſtodiri.reſtituitq; eam cum auro quod pro ea dabatur : adoleſcenti ſub fide Carthaginē accerſito.conciliauit exemplum illud Temperantiæ munificentiæq; non uulgaris:nō unius uiri ſolum: qui beneficiū acceperat:ſed magnæ etiam Iſpaniæ partis ſtudiū & fauorē.ut tā amica iam inde fuerit Ro.Po.q̄ antea fuerat inimica.

DE Intemperantia.

q Vā fœda res ſit Intēperatia(Voluptati.n.famulat̃)q̄ homini grauis & calamitoſa primorum parentū infelix demonſtrat exitus.qui lege aberrantes ſibi & omni poſteritati exitium peperere.iuſſi fuerant hi ab initio uitæ ligno abſtinere.nō potuit contumax animal & pronū in uetitum aut certe noluit ab eo guſtu temperare.Mors proinde auctoribus culpæ inde orta eſt.p clades attigit omne humanum genus.pauci deliquere:ſed penā innumeri luerunt.

De Loth Sodomæi coniuge.

p Erdidit Sodomæam ciuitatem funditusq; euertit obſcænæ libidinis intemperies.unus cum tota domo:quia caſtus & omnis culpæ expers: ſeruari potuiſſet ſi a tam caſta domo Intemperantia abfuiſſet.una iuſtiſſimi coniux uiri reperta eſt in tā pio fugientium comitatu quæ oculis temperare nō potuit.ſed hæc ſibi non ſuis deliquit.oculorū lubricitas & inconſtantia cum toto corpore in molem abiit lapidis perpetuumq; rigorem.

DE Suſannæ Calumnia.

m Vlto fœdior deteſtabiliorq; fuit duorū ſenum immoderata libido:q̄to ſcilicet a perſona quā gerebāt & ætate magis aliena.hi Suſannā forte intuiti ſe lauantē(erat hæc Tobiæ

coniux mulier præſtanti forma ſed pudicitia adhuc præſtautiore) ſubiit utrunq; mala libido mulieris uitiādæ.hic ubi omnia turpitu dini obſepta uiderunt:caluniā mulieri intendunt.ceu adulterii cō/ pertam ad populū ream producūt.ſed dedecus & ſuppliciū quod inſonti parabatur:in accuſatorum perniciē uertit Cœli Prouidētia.

DE Iudæorum illicito congreſſu.

i Vdæis exitialis fuit in tempeſtiua & uetita illa libido.qui ducis imperium & leges aſpernati cum Moabitarū fœmi- nis cōcubuere.nec multi ſe piaculo obſtrinxerunt.Cæterū cœleſtis ultio quæ breui ſecuta eſt:innumeros afflixit.

DE Dauide.

n Ec Dauid Rex impune tulit uetitæ libidinis offenſam in Vriæ cōiuge:quæ regni diſceptatione domeſticoq; cruore uix demum expiata eſt.

DE Sichimitis.

m Aior ultio Sichimitas cum ſuo rege afflixit Dina Iſraelis fi lia ad ſtuprum uiolenter rapta.accidit tum Sichimitis(nā a regio Iuuene ea iniuria orta eſt)quod & Græcis ad Tro iam ſedentibus.ubi quicquid reges delinquebāt:ii qui ſub regibus erant:pendere coacti ſunt.

DE Duobus filiis Helii ſacerdotis.

o Phinius & Phinees Helii ſacerdotis filii non ſolum popu- larium ſuarum ſacra adeuntiū pudicitiā petulanter inceſ- ſuere:ſed ne a ſacra quidem pecunia uiolanda ſacrilegas manus abſtinuere.Graue ſcelus:ſed pœna non minus grauis:quā ipſi & pater:qui ſacrilegos ferre potuit filios:cum tota gente expen dit.ſiquidem Iudæi magna occidione occiſi ſunt.& in his heliani fratres diræ illius culpæ auctores arca fœderis amiſſa.ſenex Helius impar dolori e ſolio ꝓcipitatus mortem obiit.

DE Romilda Siſulphi coniuge.

n Ec muliebris ſexus uacat in hac parte exēplis.ſed nos uno contenti erimus.aſſidebat hoſtiliter Căcanus Rex Bauarū Iuliēſibib⁹:q mūitiſſimā habebāt urbē in Venetiæ receſſu. eratq; totius rei ſūma penes Romildā:q̄ Siſulphi Lāgobardoꝝ du cis fuit uxor.hunc Cancanus ñ multo pri⁹ prælio uictū īterfecerat. Romilda hoſtis pulchritudine capta:quem uiderat muris obequi tantem:urbem hoſti tradidit cum duobus filiis & principali gaza ſpem cōnubii ſecuta:quod occulte cum Bauaro pepigerat.ꝓſtitit

ſidem Barbarus: ac noctem unã pro legitima habuit coniuge. Cæterum mulieris intemperiẽ deteſtatus: quæ omnem & gẽtis ſuæ & filiorum fortunam intempeſtiuis nuptiis poſt habuiſſet: duodecim robuſtiſſimis militibus uexandam tradidit: atq; per hæc male affectam palo poſtmodum defixir.

DE Paridis Intemperantia.

Tetiſſent Pergama: Priamiq; regia diuti⁹: niſi Paris in alienos Toros intemperãtior fuiſſet: & ſi inmodice cupiditati reſtitiſſet. peregrinæ fœminæ forma captus potitus ẽ optato. ſed ea res nõ tãtũ uoluptatis ſecũ attulit: quantũ mœroris & triſtitiæ cum ipſius iniuriæ auctori: tum Patriæ uniuerſæ: quæ Aſiã & Europam decẽnali bello exercuit. & demum euertit.

DE Sexto Tarquinio.

Am improba libido ac neſcio an maior etiam ſubegit Sextum Tarquinium ad ſtuprum per uim Lucretiæ inferendum. in quo eo maius flagitiũ extitit: quo minus hæc (q̃ q̃ Ledæ filia: ſi uera ſunt quæ de eius raptu poetæ memorant) alienæ libidini coniuebat. exitus non minus huic q̃ illi funeſtus fuit. in eo diuerſus ꝙ Paridis facin⁹ exitium patriæ attulit: Tarquinii Romæ libertatem: ſibi & ſuis exitium.

DE Semiramide.

Agna in fœminis intemperantia omni æuo obſeruata. nihil Semiramide clarius. in nulla unq̃ fœmina maior apparuit indoles. Cæterum tam effrenata & intemperans libido ut domeſticũ equum libidinis cauſa adamarit: filiumq; ad inceſtum conata ſit allicere. ſed filius ab inceſta matre debitas exegit pœnas uel una re maxime dignus: qui tantum imperium teneret: qui matrem necare maluerit q̃ inceſtare.

DE Meſſalina Claudii.

Huius ſexus nulla intemperãtior fuit Meſſalina Claudii Principis. in nulla portentoſior libido. quam ut ad ſacietatem expleret Lyciſcæ proſtitutæ mulieris nomen mentita ſepæ lupanar ſub noctem adiit: & quod omniũ fœdiſſime fecit: cũ famoſiſſimis meretricii quæſt⁹ ſcortis coitu certauit: ex re fœdiſſima palmam ſibi quærens. libidinoſior fortaſſe Semiramide: ſed uitæ exitu nihilo felicior.

DE Fauſtina Antonii Principis.

Auſtina pari rerum faſtigio locata: nec Antonii Principis: non modo principum ſed omnium mortaliũ optimi qui ætate illa fuerũt:neq; patris memor qui & ipſe rerum Romæ potius eſt:adeo in Venerem præceps abiit:ut in Caietano ſeceſſu nautas ſibi conditione quæreret.ſed huic ſuum ſcelus impune ceſſit:non quia in occulto eſſet id flagitium:ſed quia ultor defuit.Admonitus Antonius domeſtici ꝓbri aut eſt inquit id dedecus ferendum:aut reſtituendum eſt imperium quod ab ea accepi.

DE Maſiniſſa Rege:Et Sophoniſba.

In tempeſtiuis nuptiis iunxit ſibi Sophoniſbam Maſiniſſa Rex.ſed q̃ feſtinatum fuit id connubium:tam celerem inuenit exitũ atq; hunc ipſum triſtem & infelicem:non minus ſane q̃ Siphax prædixit & optauit q puellæ cõnubio exciderat.

FINIS EXEMPLORVM. LIBRI QVARTI.

MARCI ANTONII SABELLICI EXEMPLORVM. LIBER QVINTVS.

Relatis ac uelut in medio poſitis de Religiõe exemplis deq; primis uirtutibus quæ ex fonte manãt Honeſti: nihil abſurdum ſit(arbitror)neq; a ꝯſilio ꝓpoſiti opis alienũ earũ Virtutũ quas Theologicas uocant:ſubtexere exempla.in quibus tantum pollet charitas ut ea ſublata nulla conſtare poſſit uirtus homini:ut Tarſenſis Paulus tam uere q̃ pie prodidit.

DE CHARITATE IN DEVM.

DE Habraamo.

Nicus erat Habraamo filius.hunc ipſum aræ admouit inmolandum cœleſti uoce monitus:dediſſetq; haud dubie in Holocauſtum quod chariſſimum illi fuit in terris: niſi probata cœlo ſenis ipſius pietate recenti monitu uetitus eſſet filium ſacrificare.præclarum documentum omnia quæ hominum ſunt:Deo deberi:uel quia omnium terreſtriũ ſit bonorum auctor: uel ꝙ æternorum pro meritis diſtributor.

DE Helio Sacerdote.

Elius Iudæorū ſacerdos nunciata filiorū cæde: qui in Phili
h ſteorum pugna mortem occubuerunt:doluit æque ac de-
buit.acceſſit & illud doloris cumulo ꝙ pars multo maxi-
ma Hæbraici exercitus eadem acie conciderat:eratq; tamen ſenex
adhuc par dolori.uerum ubi arca fœderis dicta eſt hoſtibus ceſſiſ-
ſe:ne profligatæ religioni ſupereſſet:ſolio ſe præcipitauit.tanto ma-
ior fuit in eo diuinarū rerum q̄ terreſtrium affectus.

DE Dauide Rege.

Ed q̄ uehemens fuit in ſacerdote dolor ob arcā bello amiſ
ſ ſam:tanta nec minor in rege memorabilis lætitia illa diui
nitus recepta.enimuero Dauid quum rem popularē & an
tiquæ pietatis teſtem regiæ urbi ſolenni pompa inferret:præ nimio
religionis affectu ſaltauit & luſit tanq̄ unus e plebe.

DE Eodem.

Eſtinauit idem Rex auguſtiſſimū deo templum clare in-
d ter ſuos teſtatus nefas eſſe & ab omni pietate alienum ſe
domum habitare cedrinis trabibus fultam: monumentū
uero diuini fœderis:in quo caput & ſumma religiōis ſita eſſet: ſub
pellibus contineri.

DE Machabæorum matre.

Didit & Machabæorū mater non uulgare charitatis exem
e plum in gentili pietate tuēda.quippe quæ ſeptem filiis au-
ctor fuit ut per ſupplicia & cruciatus mallent mori q̄ ueri
Dei cultum abnegarēt:fuitq; id magnū in fœmina :ſed illud mul-
to maius ꝙ talem ſeſe extremis cruciatibus obtulit ueritatis ſtudio
& amore incenſa:quales eos:qui eius impulſu tā pulchre ſeſe mor
ti obtulerant:eſſe uoluit & optauit.

DE Paulo Apoſtolo.

Aulus Tarſenſis ꝓphetico oraculo edoctus fore ut ſi Hie-
p roſolyma proficiſceretur infenſe acceptus multo infenſius
uexaretur ob Chriſti nomen:perrexit tamen porro ire nō
ærumnā non cruciatum pertimeſcens ullum :uere Pietatis doctor
& aſſertor acerrimus.dignus uel hoc diuinæ charitatis exēplo qui
plus uiderit:q̄ fas ſit homini loqui.

DE Martyrū Charitate in Deum.

Ed quid attinet de uno aut altero idem prædicarē?per hæc
ſ enim exempla chriſtiana pietas in inmenſum creuit.Pe-
trus Bariona & frater crucis patibulum non modo non

recuſarunt:ſed uehementer etiam optaſſe traduntur Charitatem ſe cuti.hic alius ex faſtigio templi præcipitatus fuſtibus ad necem ceditur.ille feruētis olei dolio inmerſus pertulit cruciatum.telis quidam confoſſi martyrium tulere.multi lapidibus obruti:alii flāmis: ferro:fluctib⁹ perempti.genus mortis his diſpar:ſed Charitatis ſtudium idem omnibus.

DE ETHNICIS ET PRIMO.

DE Connibenſibus & Tentiritis.

q Væ in his pietas uocanda eſt:in cæteris gentibus ſuperſtitio dici poteſt.ſed nec in manifeſto delirio defuit illis qualiſcūq; dicenda charitas.Combenſes & Tentiritæ dum ſuos utriq; deos pertinacius tuentur:non ſolum ſe mutuo oderunt: ſed deos ipſos qui ab hoſtibus colerentur.funeſtaq; inter ſe pugna congreſſi ne a profuſi quidem ſanguiuis ſamptu eſuq; hoſtilium carnium abſtinuerunt.

DE Metello Pontifice.

m Etellus pontifex ueſtali æde fortuito igni flagrante per medias flāmas Palladiū incēdio ſubtraxit.ceſſit illi audax conatus proſpere.nam Deæ ſimulachrum ſeruauit.ſed res felicius ceſſiſſet:ſi uiſum non amiſiſſet.fuit tamen clades illa religioſæ mentis & inmodicæ charitatis in deam teſtis locupletiſſima.fuit & ornamento.datum eſt.n.ut curru ueheretur in curiam qui honor nulli eius ordinis ad id tempus contigerat.

DE Po.Ro.in ſuos deos charitate.

n On tribunitia poteſtas:non auctoritas ſenatus cōſenſuſue optimatiū potuit Po.Ro.impellere:ut Manlium Capitolinum Perduellionis reum ſuffragiis damnaret:quoad Capitolium ab illo olim ſeruatum conſpici potuit.tanta tunc fuit Romanæ Ciuitatis in deos:quorum illa erat ſedes:Charitas.

DE Cella Iouis.

p Ari affectu eadem cella Iouis ab Herdonio Sabino & exulibus eſt morte conſulis magnoq; totius ciuitatis ſtudio recepta.ut nō maiori curæ fuerit Quiritibus ſe ipſos qui obſidebantur:q̄ obſeſſos deos ab iniuria uindicare.

DE Ceritibus.

c Erites non alio ſunt merito Romana ciuitate donati:q̄ φ hi Senonico bello Romana tutati eſſent ſacra.non potuit populi omni uirtutū genere præſtantiſſimi maius ullum

Charitatis exemplum in Deos extare: q̃ ꝙ omne ſolenne ſacrorũ
inſtitutum cerimoniã dixerit ab ea urbe:per quam ſacra ipſa ſerua
ri contigiſſet:illiuſq; homines in ciuium Ro.numerum & digna
tionem aſciuerit.

DE Charitate erga homines.

Ge nũc & quæ hominum Charitas in homines fuerit:bre
a ui explicatione cenſeamus.

DE Ionatha Sauli filio.

Vam charus fuerit Dauid adoleſcẽs adhuc & priũatus Io-
q nathæ:qui Sauli regis fuit filius:ex eo poteſt intelligi:ꝙ ne
q; patris ſuperbia ipſi etiam filio formidanda:neq; crudele
illius imperium :quo Dauidis uita petebatur:potuit iuuenem pro
poſito auertere:quin naſcentes regis curas:eaſdemq; amico exitia
les non confeſtim ei patefaceret.ut nihil tam ſubitum infenſiſſimꝰ
Rex de eo ſtatuerit:quod nõ ille tẽpeſtiue Ionathæ ſtudio cauerit.

DE Dauide.

Ed qualẽ priuatus Ionatham expertus eſt Dauid : talẽ ipſe
ſ iam rex regnum adeptus ſeſe præſtitit omni Iudæorũ gen
ti.nam quum oraculo terror non unus ſibi & ſuis propo-
neretur:Famis:Cædis:Peſtilentiæ:eam cladẽ minus auerſatus eſt:
quæ cum plebe & omni multitudine eſſet ſibi cõmunis.

DE Abdia.

Raſſabatur Iezabelis ira in prophetas:& iam plus nimio il
c la temporum diritas per innocentium euagabatur capita.
quũ in tanto metu unus extitit qui innocentiã occulte:quã
do aperta ui non poterat:tueretur.Abdias uir iuſtus neq; impẽſam
grauatus:neq; Iezabelis iram ueritus : centum latitãtes prophetas
inſigni charitate protexit & aluit.

DE Thobia.

St & Thobiæ Charitas rari admodũ exempli.qui Babylo-
e nica captiuitate ſuos populares egenos & afflictos conſo-
labatur ſubleuabatq; propriis fortunis.mortuos hic & ſepe
liebat.præſtititq; ea pietas uirum incolumem a Senacharibis Sæui
tia:ut uis illa uniuerſæ genti alioqui infeſta unũ uirum nõ attigerit.

DE Ieſu Nazareno.

Hriſtus Rex Deus idem & Homo docuit humanũ genus
c Charitatem eſſe omnium uirtutũ maximã.nec tãtum do
cuit ſed præcepit etiam: præceptiq; exemplũ prodidit.qui

humanitate recepta innumeros labores & erũnas tulit: ut homo qui ſua culpa ruerat:aliena ope reſtitueretur.

DE Io. Zebedei filio.

O.Zebedei filius optimi magiſtri diſcipulus magnũ & ip
i ſe edidit Charitatis exemplum.admouerat adoleſcentem Baptiſmo neſcio quẽ:admotumq; & inſignitũ ſacramento ſacrorum antiſtiti cõmendauit.cuius incuria piorũ cœtu abſtrãs ad latrones reuerſus eſt.tulit æque ac debuit dolenter ſenex pientiſſimus Neophyti præuaricationẽ.latronumq; ſæuitiã nihil ueritus p deuia loca & inſidioſa errãtẽ requiſiuit:inuẽtũ ad cultũ pietatis retraxit:reſtituitq; ouem:quæ perierat ouili dominico.

DE Paulino Nolano Antiſtite.

Væ Charitas maior eſſe poteſt q̃ ſiquis ita affectus ſit:ut ul
q tro ſeruire uelit ne alius ſeruiat?talis fuiſſe proditur Paulinus Nolanus antiſtes.qui ut uiduæ filium redimeret: ipſe in Aphrica diutiſſime ſeruiuit.

DE Diuo Bernardino.

Ernardinus Senenſis prima ſanctitatis rudimenta per hæc
b apud ciues depoſuit ſuos. quum.n. Senæ hetruſcæ graui peſtilẽtia uaſtarent:duodenis comitatus iuuenibus:quos ſibi ad pium opus delegerat:circuire ægrotantiũ domos:languentes & grauiter affectos conſolari.egeſtate laborantibus ſubuenire. ſepelire defunctos.paratus omnes ſubire caſus quos tetra illa Lues ſe temere ingerentibus importare potuiſſet.

DE Paſnufio Abbate.

Agno Virtutis huius exemplo ac ſemper memorabili Paſ
m nufius Abbas Thaidẽ nobile ſcortũ a meretricio quæſtu ad pœnitentiam compulit.qui ſecreto ab ea impetrato metũ & trepidationem ſimulans identidẽ ab ea quærere:an ſi congrederentur:eos uiſurus eſſet aliquis?quum negaret illa ab ullo ſe uideri præterq̃ ab ipſo Deo: qui oĩa cerneret:oĩa ſciret:Ergo inquit ille credis Deum nihil latere:& corã ipſo peccare non erubeſcis q tua puniet & oĩum ſcelera?e.n.iuſtiſſimus.ſubiit meretricis aĩum tẽpeſtiua Paſnufii exprobratio:obortiſq; lacrymis illico pœnitẽtiã egit.

DE Anaſtaſia.

Naſtaſia Romana mulier nobili loco orta:quia uirũ ſorti
a ta eſt ſui diſſimilẽ chriſtianæq; pietati infeſtũ:occulte ægrotos circuire.carcereſq; inuiſens reorum catenas oſculari

leuareq; eorum deſideria cibo potu: & corporum tegumentis.

DE ETHNICIS EXEMPLIS.

DE Philoſopho:qui ad oẽm hoīum occurſum fleuiſſe dicitur.

Ec fuit huius Virtutis expers ueterũ Philoſophorum quiſ-
n quis fuit:qui ad omnem hominum occurſum fleuiſſe di-
citur.dolebat ille(quis ignorat?)quod nihil ſani eſſet in uita:nihil in homine non caducum fluxum & deceptibile.flere ille itaq; hominum mala meliore haud dubie affectu q̃ Democritus: qui hæc eadem ridebat.nam hic contemptum arguit & ſtultitiam: ille Iuſtitiam & Charitatem.

DE Xerxe Rege.

Leuit & Xerxes ĩ Abydenis campis quum partem multo
f maximã Orientis ſubiectã haberet oculis ſub ſignis ſtan-
tẽ.teſtatus ſe non felicitatẽ ſuã flere:q tot gentibus imperare cõtigiſſet:ſed tot hominum ſortem.qui quũ innumeri eſſent:ad breue tempus aut fato aut alia ui eſſent oio defuncturi.

DE Hannibale Carthaginenſiũ Duce.

Annibal Carthaginenſiũ dux:is qui Punica cum Roma-
h nis bella præceſſit: exercitu in Sicilia amiſſo non ſtultitia & ignauia ſed peſtilentia domum reuerſus ſuorum caſu in curia expoſito: non ſupplicium ueritus(nam fatali neceſſitati nemo repugnat) ſed amiſſorum militum charitate uitam laqueo finiuit.dignus qui non ſolum incolumi exercitu:quem tantopere dilexit:ſed uictore etiam Carthaginem remeaſſet.

DE Paulo Aemylio.

Ouit & Aemylius Paulus cãnenſi acie tam & ſi uulnera-
p tus:uiuus tamen & omnis culpæ expers in tutum euaderẽ. ſed legionibus cæſis noluit repudiato equo qui illi ad fugam a Lẽtulo deferebatur. Quin immo ſaxo ſedens macte inquit iſta uirtute.C.Corneli.abi nuntia publice patribus ut urbẽ Romã muniant:firmentq; præſidiis ante hoſtis aduentum.meq;(ut decet)finito inter meos milites expirare.mira imperatoris charitas: qui non potuit patriæ:quæ ſuperſtes erat: non eſſe memor paulo poſt expiraturus.

DE Aphricano Maiore.

Alis maior Aphrican⁹:cui⁹ uox illa nota eſt: malle ſe unũ
t ciuem ſeruare:q̃ mille hoſtes perdere.

DE Catone Minore.

Aeſare circa Dyrrachiū ſuſo:quū cæteri Pompeiani lætitiá
c exultarent ob rem bene geſtam:ſolus Cato Cæſarianorū cadauera intuitus:quia ciues eſſent & fortes alioqui uiri:tē perare lachrymis non potuit.

DE Nicia Athenienſi.

Icias Athenienſis Corinthiis prælio uictis:quum moris eſ
n ſet eorum qui uiciſſent:trophæum ubi uictoria parta eſſet ſibi erigere:qui honor his adimebatur: qui ꝑcario aliquid ab hoſte petiiſſent:aſpernatus eſt id decus:ut duorū ciuium cadauera quibus hoſtes potiti fuerant:ſepulturæ mandarentur.

DE Phocione Athenienſi.

Vit aliorū Ciuiū charitas in alios.ſed nulli⁹(ut arbitror)in
f omnes præterq̄ Athenienſis Phocionis.qui non modo nō quemq̄ ex attica ciuitate læſit:ſed ne odit quidem.quum graues alioqui contentiones abeo ſæpe ſuſceptæ eſſent rei.pu.cauſa.ſed Is omnes humanos affectus ſuorum ciuium Charitati cenſuit poſt habendos.

DE CHARITATE ERGA INIMICOS.

DE Chriſto.

Iligite ueſtros inimicos dixit doctor ille ſūmus humanæq;
d auctor ſalutis.atq; his benefacite:qui uos oderunt.ſed q̄ id ſancte præcepit:tam integre præceptor optimus ſeruauit. nota uox eius quū ab impiis cruci affigeretur:ignoſce inquit his pater.non enim uident quid agāt.exemplum ſane unicum atq; omnium præſtantiſſimum: & quod:ſiquis rite obſeruet:Deo multo ſimilius q̄ homini ſit.

DE Ioſippo.

Oſippus Iſraelis filius magnū & ipſe æquanimitatis huius
i edidit exemplū.qui in puteum a fratrib⁹ deiectus: mox & Iſmahelitis uenditus tantum abfuit ut eam ultus ſit iniuriam:quam ulciſci potuit:ut qui ſe perdiderant(perdiderunt enim quantum in eis fuit)Aegyptum ingreſſos frumentādi cauſa tā pio exceperit affectu:q̄ non multo poſt decrepitum patrem :quem ex Chananea terra profectum in amœniſſima eius terræ parte cum tota domo collocauit.

DE Moſe.

Oſes ab eo prognatus adeo populum:quem ducebat:di
m lexit:ut imperium detrectantem & in ſe inmaniter ſæuien

tē ſæpiꝰ a cœleſtis ultione p̄cibus ſeruarit.ut neſcias ſanctior nē fuerit Moſes i ſuorū pœna deprecādaːan i uindicāda libertate fortior.

DE Dauide adhuc adoleſcente.

Emo ubiq; magis homini fuit infeſtus q̄ Saulus Dauidi:
n Inuidia :quæ cæca eſt:armauit inſanū regē & furioſum ad uerſus diuinam adoleſcentis indolem.inſectabatur robuſtus rex priuatū iuuenem per æqua & iniqua.contra Dauid ſæpe regem ex occaſione adeptus iniuriæ obnoxium ultione abſtinuit. defūnctum luxit.laudauitq; eos.qui eius Cadauer inſepultum iacere non paſſi:humi condidiſſent.

DE Prophetæ in Hieroboam Charitate.

Ripuit ad ſuppliciū ex p̄phetis unnm Hieroboas Rex ab
a eo reprehenſus ꝙ Dæmonibus ſacrificaret.ſimulq; nefas ille imperauit:manus:qua ſignum ille dederat:repente obtorpuit:cæterum nulla alterius ope ſæuus Rex clade illa ſeruatus eſt: q̄ prophetæ:qui uiolandus erat:prece.

DE Iacobo Alphei Filio.

Vid Iacobus Alphei filius an non ex templi pinnaculo p̄
q cipitatus quum uiolento caſu afflictus fuſtibus cæderetur doctoris ſui exemplū imitatus pro pcuſſoribꝰ p̄ces effūdit?

DE Sabino Martyre.

Odem charitatis ardore Venuſtianꝰ Thuſciæ præſes Sabi
e ni Aſiſiatis Antiſtitis:cui manus præciderat: ab oculorum cœcitate pia precatione ſeruatus eſt.

DE Pergentio: & fratre.

Idit & Aretium in etruria nō uulgarem Charitatis ſpeciē,
u quum Pergentius & frater ſub Decio torquerentː tortorū manus:quæ medio uerberatu obtorpuerant : ſuis reſtituerunt precibus.magis de inimicorum ſalute q̄ de ſuo ipſorum ſupplicio ſoliciti. DE Chriſtina Virgine.

Ec minor admiratio ſubeat : ſiquis piū Chriſtinæ uirginis
n facinus ſecum reputet.quæ Viperarū magiſtrum extinctū ſæuo earum morſu:quas ille ad ſupplicium in ſe concitarat:ſuis reſtituit precibus.

DE Anatolia.

Ic Anatolia ex tortoribus unū ſerpentis nexu:cui obiecta
ſ eſt:arctius uinctum ſpiriſq; & morſibus terræ alliſum : ac neci proximū bellua ab eo tempeſtiua prece remota pro/

cuiq; fugata periculo ſeruauit.

DE Agnete Virgine.

Lludebat Agnetis uirginitati cæteris petulantior ex mini-
i ſtris & tortoribus unus.mediaq; colluctatione eſt is a dæ-
mone uita priuat⁹:dum alienum ſecutus imperium:puel
le uirginitatem conatur adimere.deprecata tamen nihilominus il
la:& defuncto uitam precibus impetrauit.

DE Eugenia.

St etianum Eugeniæ exemplum nõ parũ inſigne.diu hæc
e monaſtico habitu caſte inter Monachos uixit.cæterũ ſæ-
pius a Melãtia matrona impudice appellata:quia inceſtos
fœminæ congreſſus pertinaciter auerſaretur:ab ea inſimulatur tan
q̃ ſuæ pudicitiæ inſidiata eſſet.per quæ Eugenia in diſcrimen addu
cta:primum petiiſſe dicitur:ne ea calumnia cuiq; eſſet fraudi:ſi ue-
ritas in medio poneretur.inde muliebres mammas prodidit.quib⁹
apparuit non potuiſſe fieri ut mulier ad ſtuprum mulierẽ peteret.
fuit itaq; illud non ſolũ ſe purgare:ſed ſalutẽ perdere uolentis tueri.

DE Ethnicis exemplis.

Vnt & in aliis gentibus exempla quædam Charitatis.ſed
f aliunde profecta.ſunt noſtratia.hæc pietatis & religionis
partus.illa humani affectus.quale fuit illud Lycurgi Lace-
dæmonii.cui quum Alcander iuuenis in iurgio oculum baculo ex
cuſſiſſet:adoleſcentem ad ſuppliciũ datum non modo non incõ-
modo affecit aliquo:ſed perhumane & ſapiẽter domi inſtituit.ut
non tantum Inſolentiæ & Temeritatis ſecum attulerit in ſapientis
uiri domum:q̃tum inde Prudentiæ & humanitatis reportauit.

DE Cæſare dictatore.

Aeſar dictator quum rerũ geſtarũ fama & gloria floreret:
c Catullum Veronenſem:cuius uerſiculis de ſe & Mamur-
ra editis indelebili reſperſus eſſet infamia: ſibi ſatiſfacien-
tem non ſolum non incõmodo affecit aliquo:ſed cœnæ etiã adhi
buit.& quod maius etiam fuit reconciliatæ gratiæ ſignum:in eius
patris hoſpitio ut erat ſolitus:perſeuerauit.

DE Eodem Cæſare.

Dem.C.Mẽmio cuius aſperrimis orationibus coactus fue
i rat uerborũ acerbitate reſpondere:eratq; ex confeſſo inimi
cus:ſuffragator extitit in petitione conſulatus.

DE Auguſto Principe.

a Vguſtus princeps uetus.C.Cæſaris hæres & in hac laude æmulus.L.Cinnã i hoſtiũ caſtris repertũ nõ ſolũ ſeruauit: ſed quod ad charitatis cumulũ acceſſit:integrũ patrimoni um reſtituit.eundẽ coniurationis aduerſum ſe initæ cõuictũ ea lege incolumem pſtitit:ut diceret olim tibi hoſti o Cinna nũc iſidiatori & paricidæ do ueniã.iam hinc inter nos incohet̃ amicitia.cõtẽdamuſq; utrũ meliore fide ego bis tibi uitam condonauerim:an tu acceperis.

DE Veſpaſiano.

u Eſpaſianus:qui flauiæ gentis primus eſt rerũ Romæ potitus:Vitellii hoſtis ſui filiã matrimonio ſplendidiſſime locauit:ac dotatam muliebri mundo inſtruxit.ingenitæ charitatis ſuæq; clementiæ magis q̃ paternæ Iniuriæ memor.

DE Tito Veſpaſiani filio.

t Alis me Hercule ac neſcio an maior ẽt fuit Titus Veſpaſiani huius filius.qui quũ imperiũ a patre accepiſſet : in duos patritii generis affectati imperii cõpertos nihil amplius ex canduit:q̃ ut cõmonefecerit eos uti incæpto abſiſterent.miſitq; ad alterius matrem procul abſentẽ qui ei celeriter nunciaret:filium incolumẽ eſſe.eoſdẽq; non ſolũ familiari cœnæ adhibuit:ſed ſequẽti die gladiatorũ munus ſpectaturus circa ſe de induſtria collocauit.

DE FIDE THEOLOGICA.

m Agna Fide opus ẽ in naturæ opibus credendis:ſed diuinitatis:cui⁹ Natura miniſtra ẽ:multo adhuc maiore: ẽ Fides piæ opinionis filia:religiõis mater.qua ſublata nihil hoĩ relinquit̃ cur cœlũ ſpectet amplius:cur plus ſapere dici poſſit :q̃ mutum Animal. eſt hõ uelut infrenis Equus ſine Fide & Religione. atq; eo deterior quo & Natura contumacior q̃ equi : & in uitium multo propenſior.

DE Habraamo.

c Redidit Habraamus q̃ ſibi e cœlo pmittebantur.eſtq; id illi iuſtitiæ datũ.ſed nõ magis illi q̃ oĩbus(ut credi par eſt) qui omnia quæ fiunt ad diuinã referunt prouidentiam.

DE Moſe.

o Bſtiterunt nõ nihil magicæ artes:quarũ opa ægyptius utebatur:Moſi diuinitus operanti.ceſſitq; tãdem uanitas illa ueris miraculis.præſtigiatores uicti confeſſi ſunt numinis prouidentiã.ipſe rex qa nõ credidit ſibi exitio & multis fuit:Enim uero Rubrum mare:quia Iudæis pateret:temere ingreſſus cũ ualidiſſimo exercitu marinis fluctibus obrutus periit.

DE Helia Propheta.

d Eſcendit Helias propheta in apertum certamen cũ Baalis ſacerdotibus Chabo rege contentionis arbitro. Cæterum illi Bahalã ſuum in multũ diei ſuppliciter precati ut ignẽ e cœlo mitteret: nihil impetrarũt. ſed quid impetrare poterant quũ multo minus is poſſet qui rogabatur: q̃ qui rogabantᷣ cõtra Heliæ precationi confeſtim ignis affuit. cuius rei miraculo circũfuſa multitudo quæ in euentũ eius diſceptatiõis erat erecta: ad ueri Dei cultum conuerſa certatim ſeſe Heliæ ingeſſit: ut clarius uitæ lumen ex eo pietatis fomite ſibi elicerent.

DE Stephano Protomartyre.

n Ihil in Trinitate aſſerẽda mirabilius q̃ fides operata ẽ. Stephan⁹ chriſtianæ aſſertor pietatis nõ Sophiſmatis uſus nõ Gryphis ex Diatriba petitis ſed ex puriſſimo fidei fõte hauſit ea: p q̃ Synagoga illi ceſſit & oẽs imaginatiæ ſapĩæ affectatores

DE Petro Bariona.

p Etrus Bariona hac dumtaxat fretus uirtute non lariali nõ attica eloquentia uno die tria hominũ milia baptiſmi lauacro admouit: capturam eo piſcatu dignam: quam aſſertor ille ſummus ueritatis: a quo iuſſus ẽ cymbam & retia relinquere: ab initio deſpondit.

DE Paulo Tarſenſi.

h Oſtiliter in Chriſtum coortus Paulus Tarſenſis ſubito ueritatis admonitu & hunc: cui tam infenſus erat: dominum uocauit: & quid ſe facere uellet eſt humiliter ſciſcitatus. ex hoſte mancipium factus: Agnus ex Lupo.

DE Siluestro Ro. Pontifice.

q Vid Silueſter Ro. Pontifex non ne Iudæos de ſũma fidei ſecũ ꝓgreſſos adeo feliciter ſuperauit: ut Chriſtũ fateri coegeritᷣ coactos ad ueræ fidei cultũ facili ductu admiſeritᷣ

DB Diuo Bartholomæo.

e Odem fidei clypeo inſtructus Bartholomæus: qui unus fuit apoſtolorũ: Aſcharothis templũ adiit in Aethiopia (nunc ipſa terra India eſt) facileq; tenuit ut Dæmon qui cõſulẽtibus reſponſa dare erat ſolitus: ex uocali cõfeſtim factus ſit mutus. tantũ effatus ſe non deum eſſe: ſed malorũ dæmonum unum.

DE Io. Zebedei filio.

O.Zebedei filius Epheſinis ſignum ueritatis quæ propo-
i nebatur ab eo petentibus Dianæ templum: quod illi nobi
liſſimũ habuere: ſuis effecit precibus ut repente collapſum
fuerit. nec tãta res in denſa animorũ caligine fecit fidem. quin am
bigentibus adhuc multis: uenenũ: quo fontes necabantur: coram
propinatum tam intrepide uir deo gratiſſimus: q̃ innoxie hauſit
tum uero luce oculis admota credidit in uerbum ſalutis templi an
tiſtes: credidit & uniuerſa Ciuitas.

DE Simone Mago.

T ueritas per hæc aduerſus Iudæorũ perfidiã & ethnicã ua
e nitatem ſatis ꝓbata eſt. Quid in Magos quæ ars omnium
uaniſſima ſæpe in Samaritão uno eſt deſpicatiſſime explo
ſa? uoluit homo neq̃ baptiſmi lauacro admoueri non pietatis ſtu
dio ſed miraculorũ cupiditate Philippũ Chriſti diſcipulum emula
tus: Cæterum q̃ ea res in caſſum mota eſt: tam ignominioſe a Ba
riona reiectus cœleſte munus ab eo mercari conat⁹. poſtremo mi
raculis certare auſus difficile dictu eſt erumnoſum ne magis: an ꝓ
broſum ſit uitæ exitium ſortitus.

DE Barrieo Elyma.

Ari euẽtu Paulus Tarſenſis Barrieum Elymam in Cypro
p perpetua cæcitate damnauit: ut in iis tenebris moreretur
quas uiuentium oculis offundere conſueuerat.

DE Phileta Hermogenis Magi diſcipulo.

Hiletam Hermogenis Magi diſcipulum fidei uirtute Iacõ
p bus Chriſti Apoſtolus primo uicit. expeditum᷎q; Dæmo-
num præſtigiis: quibus erat implicitus: eo perduxit ut cali-
gantes adhuc oculi lucem non reformidarent: eodẽ ſucceſſu Her-
mogenes uictum adeo mutauit: ut magica arte repudiata libens
ſit ueritatem complexus.

DE Fidei uirtute: in Arrium Hæreſiarcham.

Enſit & hæretica prauitas quid poſſit hæc uirtus. Arrius or-
ſ thodoxæ fidei oppugnator acerrimus dum citam tormini
bus aluũ exonerat: inteſtinis profluentibus expirauit.

DE Olympio Arriano.

Lympius Arrii aſſectator: quũ Carthagini in Balneis laua
o retur: impio᷎q; ore ſanctam laceſſeret Trinitatem: triſido te
lo ſuperne ictus concidit.

DE Valente Imperatore.

d Eſtinatat ualens Imperator arrianis: quam Orthodoxæ pietatis uiri tenebant eccleſiam. deteſtari principis conſilium Euſebius Antiſtes: cuius auctoritate motus Valens ſtatuit periclitari utra eſſet ſecta ſanctior: ac ſimul edixit ut templũ clauderetur: idq; iis demũ cæderet quorũ precibus ſua ſponte patuiſſet. nec Arriani quicq̃ impetrarunt. Euſebius illud effatus: Attolite portas princeps ueſtras uixq; totũ abſoluerat carmen: quũ repẽte hoſtia crepuerunt: patuitq; ſua ſponte ædes ſubire uolentibus.

DE Anaſtaſio Cæſare.

a Naſtaſius Cæſar Euticianæ hæreſeos fautor quia Hornuſdæ Pontifici non ceſſit denuncianti ne delirium Chalcedonenſi potius conuentu damnatum tueretur: fulmine ictus periit.

DE Diuo Heronymo.

d Iuus Hieronymus uita defunctus calumniam ſibi a Sabiniano Hæreſiarcha iniunctam (ediderat homo impius nefarii dogmatis librum defuncti nomine) maturam ultionẽ imperauit: ut dirũ principis caput ultro a ſua ceruice ſit reuulſum.

DE ETHNICIS EXEMPLIS: ET PRIMO.

DE Delphis.

h Aud quidem pauciora ſunt aliarũ gentium exempla: ſed malorũ Dæmonũ fraude & aſtu edita. ut quo maior huic aut illi ſuperfuit ſuæ uanitatis fiducia: eo ſint certiores ſecuti uototũ effectus. Enimuero uix tanta numinis fiducia Apollinis templũ Delphi aduerſus Gallos tueri adorti ſunt: quãta animorũ conſternatiõe & corporũ ſtrage ſunt inde hoſtes reiecti. adeo uana accolarũ perſuaſione: ut loci ꝓpugnatores ſibi uiſi ſint Dei uocẽ & armorũ ſonitũ audire: dum prophana manus a ſacro arceretur.

DE Nauio actio augure.

r Es nulla præterea in maiores Ro. Po. coniecit tenebras laqueoſq; magis inſolubiles: ut nihil nõ auſpicato agerẽt: q̃ hæc eadem perſuaſio: quæ tanti uiſa eſt: ut Actius Nauius Augur cotem nouacula ſecuerit. quod ad eludendam artem Ro. Rex: non quia eiuſmodi euentũ ſperaret: illi propoſuit piclitandũ.

DE Scipione Aphricano.

n Ec maior Aphricanus tam aſſiduus Capitolium ante Lucanis horis aſcendiſſet: niſi humana conſilia ad Iouẽ eſſe referenda cenſuiſſet. quod uſq; adeo & ipſe credidit: & ali

perſuaſum habuere: ut ne a canibus quidem cuſtodibus tépli: tanq̃ & ipſi religioné ſentirent: allatrari crederetur.

DE Ritu ſacrificandi.

r Omani imperatores ad bellum exituri: priuſq̃ in prouinciam proficiſcerentur: Lauinii ſacrificabant. quem morem a maioribus acceptum nũq̃ illi tam accurate & religioſe ſeruaſſent: niſi opinio quædam hominum animis inſediſſet: omnia humna deorum nutu & uolũtate gubernari.

DE Cerimoniis: & auſpiciorũ Ratione.

h Oc cerimoniarum auſpicioꝝq; diligẽs habuit obſeruatio: hoc obſecrationes: Lectiſternia: Ludi: Thenſæ: & quicquid ſupſtitionis ueriuſq̃ religionis celebrauit Romana ciuitas omniũ: quæ unq̃ fuerũt: patriæ religionis obſeruantiſſima.

DE Cæſare Auguſto.

c Aeſar Auguſtus Cãtabrico bello: quum noctu lectica uehetur: nunq̃ ad ſubitum caſum fulminis: quo unus ex comitibus exanimatus eſt: tonanti Ioui ædem uouiſſet: niſi in Iouis poteſtate fulmen eſſe perſuaſum habuiſſet.

DE Metello.

n Ec Metellus ſeſe cum uitæ periculo in medias conieciſſet flãmas: ut Palladiũ ex incendio ſubſtraheret: niſi in Pallade diuini aliquid opinatus eſſet.

DE Cybele: & Aeſculapio.

a D hoc illud pertinet quod religioſa ciuitas ex Peſſinunte informẽ ſibi lapidem petiuit gratificari ſe credens deorũ matri. Cæterum quia in eius inuectu magna oculorũ ludibria obuerſata ſunt ciuium oculis: aucta eſt cũ cerimonia hoium fides.

DE Locrenſibus.

m Agna numinis perſuaſione coluerunt diu Locrenſes Proſerpinam ſed multo maior ſecuta ẽ opinio maioꝝq; fides: poſtea q̃ Pyrrhi regis naues cũ ipſius deæ Theſáuris: quos ſacrilegus Rex abſtulerat: ſuis diſiectas litoribus uideř. creuit dein plꝰ nimio uana ſuperſtitio. Q. Pleminii ſupplicio: qui poſt Pyrrhũ eadem donaria compilauit.

DE SPE THEOLOGICA.

e X omnibus bonis quæ a principio Deus mortalibus parauit: ſola Spes his relicta eſt. cætera muliebri amiſit ſtultitia hæc hominis uitam ad extremum comitatur. uerum

quia non parui refert ſit ne hæc diuinarũ rerum quæ perpetuæ ſunt & æternæ: an terreſtrium: de ea potius dicendum quæ cœleſtium cultrix & pediſſequa ē: quæ quo ſanctior apparet: eo ſane dignior ut eius exempla priore loco referantur.

DE Dauide Rege.

e Xcidit Innocentiæ ſtatu Dauid Rex: qui parricidium adulterio adiecit. ſuiq; ſceleris prophetica uoce admonitus peccaui inquit. ac ſpem ueniæ impetrandæ amplexus. pœnitentiam egit: per quam eo: unde exciderat: patuit illi reditus.

DE Manaſſe Rege.

ſ Tatuit omnium: qui Hieroſolymis fuerũt: regum flagitioſiſſimus Manaſſes Baali aram in auguſtiſſimo dei tẽplo. ſtatuit & ſimulacrum: ueneratuſq; eſt impius Rex malum dæmonem. ſomnia obſeruauit. ſecuta eſt demum cœleſtis ultio. uictus bello & in hoſtium poteſtatẽ redactus Babylonẽ uinctus perducitur. at idem ſui ſceleris ſibi conſcius faſſus impietatẽ ſuã & indoluit: & meruit ob eam rem numen antea iratum iam inde propitium habere. affuit ſpes. quæ quo maior fuit: eo celerius impetrauit: ut in patriam & regnum poſtliminio reſtitueretur.

DE Niniuitis.

q Vis hoc ſcit dixiſſe dicuntur Niniuitæ an Deus ab ultiõe reuocetur? pœnitentia agenda eſt. id ſedulo fit: excluditurq; ſimul deſperatio. ac ſimul diſcuſſum eſt & excidiũ: quod Ionæ prædicatione urbi nobiliſſimæ iminebat.

DE Latronis Spe.

p Endebat in cruce homo infamis & ſceleris damnatus. cæterum quia ſpes illi ueniæ nõ defuit: egitq; poſtremo pœnitentiam: & ſi ſero: quia tamen pœnituit: ſuorum ſcelerum ueniam meruit.

DE Zachæo publicano.

n On minus ſane q̃ Publicanus ille: qui Chriſti regis meruit hoſpes fieri. qui ſi ſpei expers fuiſſet: nunq̃ male parta reſtituiſſet: fortunarũq; portionem ſuarũ pietati impendere cogitaſſet. qui duplex affectus ſalutẽ peperit domui: quæ nuper erat inuidioſa & deteſtabilis: quia Publicani eſſet.

DE Petro Bariona.

n Iſi uirtus hæc præſto Barionæ fuiſſet poſt Chriſtũ ter abnegatum: nunq̃ totum triduũ lachrymis impẽdiſſet. ſed ſpei

dũctu fleuit ubertim.eſtq̃ non ſolum reſtitutus: uerum naſcentis eccleſiæ caput conſtitutus & princeps.

DE Theophilo Archidiacono.

t Heophilus Archidiaconus dignitate priuat⁹: ſe cacodæmonii cõditione addixit: ſi dignitas ſibi adempta quoquo modo reſtitueretur. chirographo rẽ pepigit Chriſti Deiparæq̃ uirginis nomine prius abnegato. indoluit non multo poſt reſtitutus. & ad ſe reuerſus eſt: quare non ſolum chirographum: ſed & dignitas eſt illi reſtituta.

DE Pelagia Antiochena.

ſ Vnt & muliebris Spei exempla multa & illuſtria. Pelagia Antiochena mulier diues & i expletæ libidinis Nonii Neapolitani antiſtitis prædicatione ad pœnitentiam conuerſa omnia ſua diſtribuit pauperibus. ſexumq̃ uirili habitu mentita in ſolitudinẽ conceſſit. quanto maior fuit ſui Conatus Spes: tãto maior eſt ſanctitas ſecuta.

DE Thaide.

ſ Imili conuerſionis affectu Thais nobile ſcortũ in Aegypto Paſnuphii ſuaſu gemmas & omnem ueſtium apparatũ ac quicquid quæſtu corporis ſibi parauerat: in ignem coniecit ne prioris uitæ ulla extarent monumenta. confeſtimq̃ ex proſtibulo tranſiit in monaſteriũ. eius ſanctitas ſanctioris uiri teſtimonio eſt ad poſteros illuſtrata.

DE Maria Magdalena: & Aegyptiaca.

m Aria cognomento Magdalene & altera eius nominis quæ Aegyptiaca dicta eſt: Spem ipſam nec aliud ſecutæ in ſolitudinẽ abierunt. mirũ quantũ his labor & abſtinentia ad caſtitatem contulerint. Caſtitas ſanctitatem peperit. quæ uſq̃ adeo perſpecta fuit: ut ſupra Iordanẽ uiſa ſit hæc ſiccis pedibus ambulare: ſublimis illa a terra diſtineri angelorum miniſterio.

DE Ethnicis exemplis.

a Ffuit & prophanis Spes ſua. uerũ non ea: quæ cœleſtium rerum admoneret ſublimitatẽ qualis in noſtræ pietatis hominibus fuit. per alios illi gradus ad in mortalitatẽ perueniri ſe opinati ſunt non contemnendo: ſed humana tuendo ac quoquo modo uitam iuuando. id illi credere Deo proximũ: id demũ cœlo dignum.

DE Libero Patre.

l

Am uero Liber pater hoc in primis ſecutus uideri poteſt. q Vitẽ: & Vini uſum rem magis gratam homini q̃ neceſſariam primus omnium demonſtrauit.

DE Cerere.

q

Vid Ceres in demonſtratiõe Tritici an eſt aliud q̃ immortalitatis ſpem intuitaꝰ nunq̃ tantum terrarum mortales docendo mulier perluſtraſſet: niſi Spes magna omniũ conatuum mater in cõmune laboranti affuiſſet. male actum eſſet ab initio cũ homine: ſi qui iuuare poſſunt: ſolum officium intuerentur.

DE Herçule.

n

Ec Thebanus ille Alcides tot ſeſe monſtris oppoſuiſſet labores & pericula ſubiturus: ſi nulla æternitatis cura animũ tetigiſſet. hæc illi uel Nouerca infeſtior: quæ nunq̃ paſſa eſt eũ quieſcere. hæc durior q̃ ille & imperioſus Euryſtheus: per quẽ tã uarie eſt exercitus Alcmenæ filius. deniq; fuiſſet ille nunq̃ tantus: ſi ſpem de immortalitate nullam animo concepiſſet.

DE Romulo.

h

Vc ſpectat illa Romuli: qui parens fuit & conditor Romanæ urbis: Huc Numæ ſanctitas: & ſi inter deorum aras hic uixit. ille inter lituos & Arma. Neuter tamen tantũ ſuſcepiſſet laboris: ſi omnia cum corpore interitura crediſſet. aliqud ambo ſperarunt diuerſum a mortalitate: qua propter laborioſe uiuere non uoluptuoſe maluerunt.

DE Plurium Ro. uirtute.

C. Curii Paupertas: Fides Reguli: Fabritii Conſtantia: Catonis Sanctitas: Bruti & Torquati ſeueritas: multo longiꝰ proſpexere: q̃ breuis ſit humanæ uitæ terminus: niſi Virtutis operibus longius extendatur. alius itaq; alia uia. Cæterum omnes in mortalitatis ſpem complexi tales fuerunt: qualiũ uirorum fama ſit omni æuo duratura.

DE Semiramide.

q

Vid q & fœminis ſua Spes Blandita eſt. æternitatẽq; pollicitaꝰ quæ cauſa fuit Semiramidi ut uirilem ſexum mentita ampliſſimos ductarit exercitus. multos & magnos adierit labores: periculaq; inmenſa p̃ſertim Indico bello. licuiſſet illi ut fœminæ ſuæ per ociũ indulgere libidini. niſi aliquid eſſe pſuaſum habuiſſet: quod ultra hoc quod uiuimꝰ: ſtabile eẽt: ppetuũq; mãſurũ.

DE Arthemiſia.

Ecuſaſſet Artemiſia Xerxis cõmilitiũ excuſata ſexus imbe-
t cillitatem.ſed & prælia obire uoluit:& militares ferre labo
res ne tota ſemel interiret. Eadẽ fortaſſis alteri eiuſdẽ noĩs
cauſa fuit:& nõ iugalis amor ſepulchri Mauſolo conſtruendi: rei
opere & materia memoratiſſimæ.fuit.n.inter rara mũdi miracula
id opus celebre: uel ſi extincti coniugis famã inſigni monimento
tueri uoluit (nam impatienter eum amaſſe dicitur) ſuam interim
ambitioſa mulier non neglexit.

DE Lucretia.

Ec Lucretiæ Pudicitia & ſi a Tarquinio læſa:tantũ eſſet fa-
n cinus auſa niſi hic affectus:cuius nunc exempla referũtur
interueniſſet:eſt.n.uis eius tanta:ut uictura perimat:profe
rat peritura neglecta fatorum lege.

DE Tucia: & claudia:ueſtalibus.

Vis demum Veſtalis Claudiæ aut Tuciæ factum conſyde
q rat qui non fateatur ſine ſpe euentus eorũ:quæ ſecuta ſunt:
res tantas non modo fieri ſed ne tentari quidem potuiſſe?
& tamen hæc cribro aquam (ut proditũ eſt) hauſit:illa nauim:quã
Ro.Po.non potuit:cingulo remolita eſt.

DE CASTITATE: ET PRIMVM.

DE Achimelecho.

Rat hic proprius locus ut de Tẽperãtia diceretur.cæterum
e quia in ꝓximũ uolumen uelut ſua ſpõte incidit:eiuſmod
relatio:Caſtitatis exempla ſubibunt.eſt Virtus hæc tanti:u
Athimelechus ſacerdos panẽ cerimonia ꝯſecratũ neq; Dauidi eſu-
rienti:neq; ex iis qui cũ Dauide erãt:daturus fuerit:niſi prius explo
ratũ habuiſſet:mundos fuiſſe eos ab omni mulierum congreſſu.

DE Iohele Propheta.

Ota uox eſt Iohelis prophetæ iubentis ut ſponſus de cubili
n ſuo migraret:ſponſa de thalamo.ad excidiũ & uaſtitatem:
quæ Chaldeis iminebat:auerruncãdã indixerat ipſi genti
Propheta ieiunium & fletum.cæterũ neutrũ credidit ꝓfuturũ: niſi
a caſtis fieret.tanti uirtutẽ unã inſignis fecit propheta.

DE Helia: & Heliſeo:Prophetis.

Vo huius ordinis uiri longe principes (de iis loquor q ſalu
d tarẽ Chriſti ortum diu antea ꝓceſſerunt) Helias & Heliſeus
cælibes uixere caſtitatem complexi.iidem omniũ ſoli mor
tuos ſuſcitarunt.

DE Iob.

Vid Iob qualis huius aut q̃ memorabilis uox illa? fœdus
q inquit ſanxi cum oculis meis ut una contentus cõiuge nec
de uirgine cogitarem.

DE Chriſto.

Ex ille & doctor ſũmus: qui omniũ uirtutũ exemplar fuit
r oibus: cuius uita nihil fuit unq̃ in terris ſanctius: ex uirgine
naſci uoluit: & ipſe in certa permãſit ppetuaq; uirginitate.

DE Io. Bapliſta.

O. Zachariæ: qui hunc baptiſmi lauacro admonuit: & qui
i aliquanto prius q̃ naſceretur propheticæ dedit mentis ar-
gumenta quædam nihil obſcura: caſtitatis obſeruantiſſi-
m um fuiſſe tam uerum ſit q̃ pium credere.

DE Io. Zebedei filio.

Vit & Zebedei filio nomen in hoc genere clariſſimum. ut
f quæ omnium fuit uirginum princeps: huius ſit tutelæ non
ſol um credita: ſed in matrem etiam a filio attributa.

DE Iacobo Adelphotheo.

Acobus: qui ab eo q; ore & lineamentis eſſet Chriſto perq̃
i ſimilis: Adelphotheos dictus eſt: is unus omniũ tẽpli ady-
tum ſubire põtificũ permiſſu potuit quo nulli hoium præ-
terq̃ ſacerdotibus patebat acceſſus. qui honor cõtingere illi nõ po-
tuiſſet: niſi recepta de eius caſtimonia uel inter inimicos opinione.

DE Amo Aegyptio.

Ge & qua Amos caſtitate fuiſſe cenſendus eſt? fuit is ægy-
a ptius Abbas. qui quum adoleſcens adhuc iuſſu patris du-
xiſſet uxorem: duo de uiginti annos cum ea caſtus & inte-
ger uixit puella multis perſuaſionibus in ſententiã adducta: ut ſecũ
caſtitatem tueretur. poſtremo uxore domi relicta in ſolitudinem
tranſiit: ut ſanctius inter ſanctos uiueret.

DE Amatore Antiſiodorenſi.

Ari propoſito euentuq; adhuc feliciore quia ſine diuortio:
p Amator: qui Antiſiodorenſis poſtea fuit antiſtes: uxorem
duxit eleganti forma nobiliq; loco ortam. quam honeſte
& ſancte tractãdo eo perduxit: ut ſecum omni tẽpore caſte uixerit.

DE Iuliano Antiocheno.

Rætulit Iulianus Antiochenus martyr corporis hũc & ani
p mi candorem iugalibus illecebris Baſilla: quam ſibi uxo-
rẽ duxit: ab omni libidinis affectu ſalutari monitu auerſa.

totū matrimonii munus in caſtitatis ſanctimoniā uertit.mox religionē ſecuti uterq; ſui factus eſt ꝓpoſiti compos.cœlūq; ꝓmeritꝰ.

DE Vandone Abbate.

n Andon Abbas Pipini nepos non caſtitatem ſolum ſed religionem etiā perſuaſit coniugi:ſuntq; ambo initiati.monachorumq; hic poſtea Abbas factus: illa ſacrarū uirginum collegio aſcita.

DE Leone Pontifice.

m Irum uideri poſſit quod de Leone pontifice:qui primus id nomen tulit:memoriæ proditum eſt.forte accidit ut dominicæ reſurrectionis die:quum Euchariſtiam daret populo: eius ſit manus matronæ oſculo contacta:ſecutaq; ſit ob eam rem tacita quædam libidinis appetentia.quam ſimul ac ſenſit manum ſibi ultro abſcidit.ut pars illa unde lues illa irrepſerat:a toto corpore tanq̄ contagioſa abſcinderetur.

DE Benedicto Abbate.

r Emiſſiore pœna ſed in preſens non minus atroci ad inceſtam recordationē mulieris a ſe uiſæ caſtigandam: eſt in ſe uſus Benedictus Abbas crebra corporis ſuper murices & ſentes uolutatione.ut pars illa hominis quæ in lapſum pronior eſſet:atrocitate ſupplicii a lubrico retardaretur.

DE Diuo Auguſtino.

r Ogatus Aurelius Auguſtinus quid eſſet ꝙ nollet cum ſorore habitare:ita occurriſſe fertur.quia non ſunt mihi ſorores:quæ cum ſorore mea ſunt.Enimuero malum eſt uidere fœminā:peius alloqui:peſſimum attingere.

DE Io.Anachoreta.

n Vnq̄ fœmina a Io.Anachoreta uiſa eſt:neq; ab ulla uideri uoluit:a uiris raro.petiit tamen Centurio quidā ut ab uxōre ſua pateretur ſe conſpici.eat inquit & me inſomnis uidebit:ſi pie id cupit:nec defuit prædictioni euentus.

DE Arſenio Abbate.

a Rſenio Abbati: qui iuſta uiros fœminaſq; ut rem ad ſanctiorem uitæ cultū tuendū exitialem refugiebat: quū forte matrona quædā nihil obſcuri generis ſeſe repente obtuliſſet:turbatum & auerſantē orare cœpit:ne ſuū occurſum tam atrociter declinaret:& ut Deum pro ſe precaretur.precabor inquit ille libens:ne talis ſim occurſus memor amplius.

DE Pione:Antonii Abbatis diſcipulo.

Autus Pion Antonii Abbatis diſcipulus.is quoq; quũ mu-
c lierum non minus q̃ Arſenius ſollicite congreſſum euita-
ret: precibus fatigatus ut ſororem graui morbo affectam
inuiſeret: alieno ductu & luminibus clauſis: eius domum ſubiit: ac
retro abiit. neq̃ ſibi muliebris illecebra in itu aut reditu occurreret.

DE Vrſino Nurſiæ Preſbytero.

St & Vrſini Nurſiæ preſbyteri uox memorabilis. duxit hic
e aliquãdo uxorem. cæterum ſacerdos factus ita eam dimi-
ſit ut nulla de cauſa ad ſe ire pateretur. poſt uero. xl. annos
quũ morbo conſumptus pro defuncto iaceret: quæ olim coniunx
fuerat aurẽ ad iacentis narẽ leuiter admouit: exploratura an adhuc
uiueret. mirabile dictu ſcintilla quædã uitalis ſpiritus: quæ moribũ
do corpor̃ adhuc erat: ſeſe i uocem collegit. ac faceſſe inqt: mulier
hinc. nõ dum penitus extinctus eſt ignis: tolle paleam. ac cum his
animam efflauit.

DE Aniano: Alexandriæ Antiſtite.

Idit Anianus Alexandriæ antiſtes fœminam quãdam. qa
u tamen (ut credere eſt) uiſam concupiuit: oculum ſibi eruit:
erutum a ſe proiecit. inde corpus gelidis imergens aquis:
immerſum inedia & labore macerauit. per quæ adeo profecit: ut
in chriſtiana fide aſſerenda ſit mons ab eo ex Numidia (ut fertur)
Babylonem tranſlatum.

DE Niceta Martyre.

Arum & illud Nicetæ martyris exemplũ. cui corpore prius
r arctiſſime cõſtricto: lectoq; molliter inſtrato iacenti petu
lans meretrix admota eſt. quæ oſculis: cõplexibus: & oĩfa-
riam illecebris iuuenem reſupinatũ ad Venerẽ excitaret. eratq; au
ctor ſupplicii huius Maximinus pr̃ Nicomediæ rex: ut iuuenis ani
mũ a caſtiſſimo propoſito auerteret. inuenit tamen Caſtitas ſua ar
ma. ac quando iminentẽ peſtem aliter propulſare non potuit: lin-
guã mordicus abſciſſam in puellam ſibi iminentẽ conſpuit: reſper
ſitq; cruore illius faciẽ: eſt itaq; fœditate oris: quãdo alia ui nequi-
bat: uis illa a Iuuene repulſa: & quod cupidius appetebatur: id eſt
præcipue faſtiditum.

DE Hilarione Abbate.

Onficiam te inedia dicere ſolebat Hilariõ Abbas ſe ipſum
c uel ingenitã potius corpori concupiſcẽtiã affatus. faxim ut
de cibo cogites nõ de Voluptate. hæc ille atrociter minari.
ſed maiora adhuc ſupplicia ſibi irrogauit. tertio quoq; die herbarũ

ſucco paucisq; corp⁹ inedia pene cõ ſumptũ caricis reficiẽs. Raſtro ſub dio operari: ut Ieiuniorum laborẽ corporis labor duplicaret.

DE Euagrio Preſbytero.

Vagrius præſbyter hibernas noctes in puteis egit ut ab om e ni affectu libidinis ſuũ corpus uindicaret. Bernard⁹ abbas in Lacu. Aniumarus Tamanẽſis antiſtes in uepribus uolutari. Franciſcus Aſiſias in hibernis niuibus. tanta hominibus ſanæ mentis fuit caſtitatis cura: Tantũ inceſtæ uoluptatis odium. ſunt & mulierũ exempla uitæ in hac parte plura fortaſſis q̃ uirorum: ſed paucis contenta erit hæc relatio: ne multitudo pariat faſtidium.

DE Iuditha uidua.

Vditha mulier uidua: quum ad recens cõnubiũ impellere i tur: Ciliciũ ornatu prætulit: obiecitq; Libidini Ieiuniũ: Vigilias Somno: Ocio: laborẽ. datũ itaq; illi eſt Olophernẽ: quem recte aliquis Cacodæmonẽ credat: interficere.

DE Anna Prophetica Muliere.

Oſt ſeptimum cõnubii annum uidua facta Phanuelis filia p Anna ad quartum uſq; & octogeſimum annum caſte uixit. meruitq; tanta continentiæ indoles Chriſtum nuperrime ortum uidere: uiſum agnoſcere: agnitum adorare.

DE Deipara Virgine.

Vit Deipara Chriſti mater non ſolum uirgo: ſed omnium ſ etiã uirginum decus: & ſpecimen unicum. ut nefas ſit ſanctiſſimum eius nomen in ordinem redigere: niſi pro Typo ſit & uirginitatis Idæa.

DE Suſanna.

Vid Suſanna: non ne famæ uitæq; periculũ adire maluit: q q̃ Pudicitiæ: quæ Caſtitatis eſt ſoror: ꝓpoſitum amitteret: ſed ſupplicium & infamia in eos redũdauit: qui puellæ calumniam intenderant.

DE Aquileienſi fœmina.

Ec illud parum iſigne: ꝙ capta ab Hunnis Aquileia: quũ n ingenua quædam mulier a Barbaro hoſte capta ad ſtuprũ raperetur: in preces uerſa tanq̃ ſecreti cupida facile impetrauit: ut in ſuperiorẽ partem dom⁹ abduceretur. iuſſa itaq; prius locum aſcendere: confeſtim partem illa cœnaculi occupat: quæ fluuio iminebat. inde ad Hunnum conuerſa: ſequere me inquit ſi uis me potiri. ac cum his in ſubiectum flumen ſe præcipitauit.

DE ETHNICIS EXEMPLIS:ET PRIMVM.

DE Hippolyto.

Vnt & extrana exempla aliqua Virtutis huius.quorũ illud
ſ in uiris maxime memorabile.maluit Hippolytus caſtiſſi-
mus adoleſcens patris iram offendere:q̃ nouercali libidini parere.dignus(ſi uera ſunt quæ de eo poetæ ſcribunt)qui mortuus reuixerit:fueritq; curæ illi deæ:quam omnium caſtiſſimã fabulatã eſt uetuſtas.

DE Eſſeniis.

Sſenii gens in Syria nõ procul ab Aſphaltite lacu:præ cæte
e ris quæ unq̃ fuerunt in toto orbe uel ob hoc quod dicam:
maxime memorabilis:cœlibes & ſine mulierũ cõmercio omni uenere abdicata uitam agitaſſe dicuntur.renaſcebatur gens alioqui interitura conuenarum turba.iis hominum terram ipſam adeũtibus:quos uita feſſos ad mores eorum Fortuna fluctibus agitabat.atq; ita multis ætatibus(incredibile dictu)gens æterna fuit:in qua nemo naſceretur.duret ne hodie peruetus mos ille & ritus gẽtis in tanta rerum mutatione haud quiſq̃ facile dixerit.

DE Trebonio adoleſcente.

Oſſunt(ſcio)ad Pudicitiam referri duo hæc exempla: quæ
p his ſubiiciuntur.at uero quia rara ſunt:& ab libidinis fœdi-
tate abhorrentia:eiuſmodi eſſe arbitror:quæ in ordinẽ merito referantur.Trebonius adoleſcens quum a.C.Lucio Marii conſulis & copiarum imperatoris propinquo ad ſtuprum ſolicitaret̃:& iam non procul abeſſet:quia pollicitationibus nullis flecti poterat:ut uim pateretur:auctorem iniuriæ ferro obtruncauit.maluit ꝓbus adoleſcens capite q̃ fama periclitari.cognouit cauſam.C.Marius ac manifeſtæ cædis reum nõ modo non aliquo affecit ſupplicio:ſed pro concione laudatum corona donauit.

DE Athenienſi Adoleſcente.

Ari propoſito ſed euentu triſtiore Adoleſcens quidã Athe-
p nis quum intemperiẽ Demetrii regis in Balneis declinare
non poſſet:in feruentis aquæ lacum ſeſe proiecit:uitã aſpernatus ut pudicitiam tueretur.

DE Lucretia.

Otuit lucretia Collatini ſatis honeſte uiuere poſt Pudicitiã
p a Tarquini filio uiolatam.aberat.n.inde dedecus unde ab
fuerat & peccandi uoluntas.abſoluebaturq; domeſticorũ iudicio interpolatus perpetuæ pudicitiæ tenor.at odium flagitii fe-

cit:ut ſuorum deſydetio deeſſe maluerit.q̃ ultioni ſupereſſe.

DE Timoclia Thebana.

S Ed Thebana mulier lõge aliter ulta eſt profligatam ab hoſte pudicitiam: uertitq; pœnam non in ſe:unde culpa aberat: ſed in auctorem culpæ. fuit Timoclia hæc Matrona nobiliſſima: quæ captis ab Alexandro Thebis domo excisa direptiſq; penatibus: quum uiolẽtum etiam ſtuprum paſſa eſſet: á duce quodam Thracum: qui in Macedonũ exercitu erat: rem cõmenta eſt non uulgaris exempli ad iniuriam ulſciſcendã: teſtata ſe locum ſcire ubi multum eſſet auri defoſſum. credidit Barbarus: perductuſq; ab ea eſt ad profundiſſimũ puteũ: qui remotioꝛ fuit parte domus. hic quum Thrax explorabundus prono in lapſum ſtatu puteo imineret: ut quid in imo fundo eſſet melius proſpiceret: a Timoclia: q̃ a tergo ſtabat: repente impulſus præceps ad ima corruit. ſaxiſq; ſupne iniectis hoſtem exanimauit. rapitur illa confeſtim in iudiciũ: & ad regis conſpectum deſtituta: & quæ nam eſſet fœmina iuſſa dicere: fuiſſe ſe intrepide reſpõdit Theagenis ſororem: qui aduerſus Macedones ad Cheroneam Thebanã intruxit aciem: oppetiitq; mortem pro libertate Græciæ. mulieris conſtantiã miratus Alexander præclarumq; facinus: liberam cum tota domo eſſe iuſſit. adeo nõ nunq̃ uel apud hoſtes in maguo fuit honore Virtus.

DE Monima Mileſia.

C Oncupiuit Mithridates Rex Ponti ardentiſſime Monimã Mileſiam. ſed quum ne magno quidẽ auri pondere mulierem corrumpere potuiſſet: iunxit illam ſibi inuitam matrimonio: atq; adeo reluctantem ut Reginæ nomen & decus pertæſa ſibi mortem conſciuerit.

DE PATIENTIA ET TOLERANTIA IN ADVERSIS.

R Es non parua eſt fortiter ferre dolores corporis ſæuoſq; cruciatus. ſed maior omnino non frangi in aduerſis: nõ excandeſcere: non muliebriter & afflictim lamentari: non Deum (quod impium ſit) nõ homines incuſare. ſed ſeſe & animũ mentemq; cõponere ad omnes caſus æquanimiter ferẽdos. quod noſtratium hominum plæriq; feciſſe dicuntur pietatis ſtudio: non ut Ethnici: qui: ut cæteris meliores haberent: duo i primis ſibi propoſuere: ut fortia fortiter paterentur & abſtinerent. ſed hoc terram ſapit: illud cœlum.

DE Iob:Mortalium Patientiſſimo.

Alis in Iob mortalium patientiſſimo clatuit uirtus.qui li-
t beris omnibuſq; fortunis ſiue Prouidentia ſiue caſu priua-
tus:nudus inquit exii e matris utero: nudus reuertar. De-
us Optimus dedit hæc:Maximus Deus idem abſtulit.

DE Ezechia Rege.

Onitus Ezechias Rex prophetæ uoce fore ut diuitiæ:quas
m inſolentius oſtentaſſet:Babylonem transferentur:nihil ora
culum auerſatus ita occurriſſe fertur:bonus eſt ſermo:quē
dominus locutus eſt.ſit pax(oro)& ueritas diebus meis:hæc ille.&
pœna in poſteros dilata eſt.

DE Stephano Sacerdote Reatino.

Ongeſſerat ſegetem deſectam ex modico agro ī proximā
c arcam Stephanus ſacerdos ī Sabinis apud Reate.eſtq; ea
mox Paulo incenſa ſubiecto igni a quodam chriſtiani no
minis inimico.nuntiauit id trepide diſcipulus ue tibi ue inquit cla-
mitans:Area incenſa eſt.imo ue illi reſpōdit per quem id mihi ac-
cidit.perſuaſum habuit uir iuſtiſſimus nihil malum dici oportere:
præter peccatum.

DE Diuo Hieronimo.

Begerant furto quidam diuo Hieronymo aſinum:quem
a unicum habebat in Eremo agenti.tulitq; id incōmodum
ſuſq; deq; uir ſanctiſſimus.reſtitueruntq; eū ultro latrones
pœnitentia ducti.quibus ueniam orantibus nō ſolum ignouit:ſed
ſuæ etiam menſæ adhibuit.monitoſq; ut ſuo contenti uiuerent:co-
miter & benigne a ſe dimiſit.

DE Thobia.

Hobias Hirundinū excrementis caſu quodam excæcatus
t tulit inopinatam cladem patienter.nihil a pietate aberrans
cœli numē:ut ſi quando alias:maxime ueneratus.meruit
tenax ille cultus:ut uiſus:q iam in perditis habebatur: aliquot poſt
annos humanæ ſit pietati reſtitutus.

DE Petro Clarauallenſi Abbate.

Aptus eſt Petrus Clarauallenſis Abbas altero oculo graui
c morbo affectus.Cæterum tantum abfuit: ut ob eam cla-
dem ſit mœrore aliquo affectus:ut teſtaretur etiam uehe-
menter ſe gaudere:q ex duabus corporis partibus ſibi inimiciſſi-
mis:alterius moleſtia liberatus eſſet.

DE Pigmenio Ro.Preſbytero.

Audebat & Pigmenius Ro.Preſbyter ꝙ ambobus eſſet
g oculis captus ne eccleſiæ inimicos uideret.occurrit itaqꝫ il-
li aliquãdo Iulianus apoſtata: habeoqꝫ inquit is atqꝫ ago
Deo o Pigmeni gratias ꝙ te uideo.tũ ille & ego qdẽ habeo & ago
ꝙ te nõ uideo.Tulit Pigmeni⁹ nõ ſolũ iacturã corpis fortiter: ſed
Tyrãnũ etiã cõtempſit omnibus alioq formidoloſum & terrificũ.

DE ETHNICIS EXEMPLIS:ET PRIMVM.

DE Dionyſio Tyranno.

Ionyſius iunior regno deiectus adeo priſtinam eſt fortu-
d nam oblitus: ut iam minus ſapere ac parũ ſibi conſtare a
multis crederetur.cæterum rogatus a quodam ecquid ex
Platonis conſuetudine eſſet aſſecutus quem incolumi regno tam
diu penes ſe habuiſſet?an parum inquit uobis conſecutus uideor:
ꝙ preſentem fortunam tam fortiter fero?

DE Socrate.

Ocrates uir ad ſapientiam natus ictu calcis a quodam per
ſ cuſſus patienter tulit.ferre id iniquo animo ex ei⁹ aſſecta-
toribus quidam:monituſqꝫ ut hominẽ repercuteret:an in-
quit Socrates ſi meus me Aſinus percuſſerit:oporteat me cõtinuo
in quadrupedem recalcitrare?

DE Diogene Cynico.

Ihil alienũ ſit(arbitror)a ꝑſenti relatione: nã id exẽplũ ad
n Patientiam ꝓtinet. quonã modo Sinopeus Diogenes ſit
iniuriam ultus:fuit is Cynicæ ſectæ ob uitæ auſteritatẽ ce-
lebertimus.ingreſſus aliqđ conuiuiũ male acceptus eſt ab inſolẽti
iuuenũ cœtu:multiſqꝫ inibi cruentiſqꝫ plagis affectus tulit fortiter
cynicus ſenex contumelioſam illam conuiuii temulentiã ſtultãqꝫ
intemperiem.auctorũ tantũ noĩa exſcripſit:ſuo ſanguine exſcripta
ferculo circumtulit.

DE Sertorio.

Vit Sertorius Romanorũ Ducũ uirtute bellica haud qui-
ſ dem ultimus.quum bello quodam adhuc priuatus oculũ
amiſiſſet:non ſolum id infortuniũ fortiter tulit:ſed gloriari
etiam eſt ſolitus:ꝙ cæteri uiri fortes ſua uirtutis inſignia Torques
Haſtas:Coronas domi relinquerent:ipſe ubiqꝫ ſua haberet decora.

DE Cornelio Sylla.

Xtant & Cornelii Syllæ duo id genus exẽpla.ſiqdẽ depoſi
e ta dictatura quũ priuatus ſe domũ reciperet:uno aut alte-
ro amicorũ comitatibus in adoleſcentis intẽperiẽ incidit

cuius pr̄ fuerat ab eo proſcriptus.maledictis itaq; ac ꝓbris exceptū abeuntem inſectatus eſt atrocē ultionem minaciter intendens nullo interim ciuium intercedente:aut adoleſcētis pētulantiā cohibente.tulit obiter Sylla tacitus patienter hominis inſectationem : tantum ad amicos conuerſus:hic inquit adoleſcens fecit hodie ut quicunq; poſt hac dictaturam inuaſerit:non niſi cum morte ſit illam depoſiturus.quod in.C.Cæſare poſtea euenit.

DE Eodem.

Ed q̄ patienter Sylla hanc tulit contumeliam:tam prudēter Phtiriaſim diſſimulauit.qui ut rei fœditatem tegeret:ſoporiferam quietem morbo teterrimo prætexuit.

DE PATIENTIA IN DOLORE FERENDO: ET PRIMVM.

DE Hieremia Propheta.

Ieremias:qui ex prophetarum principibus unus fuit:neſcias maior ne fuerit mente futurorū ꝑſcia:an in carceris moleſtia & uerberib⁹ ferēdis ꝯſtantior:patiēs certe & inuicto ſimilis apparuit:dū cœnoſo lacu mergitur:dum lapidibus obruit. ut dubiū uideri poſſit:ſit ne magis cœlum meritus:an adeptus.

DE Eſaia Propheta.

Vid Eſaias:qui uiuus ſectus eſt in duas partes: Cæterum affuit non tantum illi ſed ſuperfuit etiam patientia medio cruciatu:ut ne pati q̄dē uideret:q̄a nihil patiēti eēt ſimilis.

DE Tribus pueris.

Ed quanta in his quorum memini extitit in doloribus Virtus.tanta ac neſcio an maior etiam in tribus eiuſdem gentis pueris.qui ætatem:quæ tenera adhuc erat : magnitudine animi ſupergreſſi:medio flāmarū æſtu deſtituti Deo ſeruatori hymnum cecinerunt.

DE Chriſto Deiparæ filio.

Agnum eſt fortiter ferre quæ ferēda ſunt:ſed ultro ſeſe ſupplicio & cruciatibus offerre:quum uitare poſſis : id multo maius eſt q̄ præſtare ſoleat humana Virtus.Chriſtus tamē Deiparæ filius ignominioſe & atrociter torqueri uoluit:quū is eēt qui propria uirtute(erat.n.Theanthropos:)omnem uim a ſe depellere potuiſſet.uolens itaq; dedit ſe iis uerberandū affigendūq; cruci:quorum iuxta Mors Vitaq; in ipſius erat poteſtate:qui inter ſontes & nocētes appenſus eſt:quū omniū eſſet ipſe innocentiſſimus.

DE Stephano Protomartyre.

P Otuit Protomartyr Stephanus: quum lapidibus obrueretur: ſupplicii diritatem fortiter ferre. atq; ita potuit ut Ducis optimi optimus Miles exemplum ſecutus uel medio dolore non potuerit de percuſſorum ſalute non eſſe ſolicitus.

DE Marcellino: & Fratre.

q Vid Marcellinus & frater an hi ſtipitibus affixi dolori ſuccubuiſſe uideri poſſunt: aut minus conſtanter martyrium tuliſſe? q medio cruciatu ſunt illud caneſ exorſi. Ecce q̃ bonũ & q̃ iucundũ. notũ eſt reliquũ carmẽ. ferre illi tã pulchre ſupplicium alioqui atrociſſimũ. at impius Diocletianus eorum uocem ferre nõ potuit. quin ludibrio ſe illis eſſe arbitratus ꝙ canerẽt: quos flere uoluiſſet: utrumq; telis tranſfigi imperauit. ſæuus carnifex cui pro Sirenibus fuit piorũ gemitus: ſupplicium pro Theatro.

DE Agatha Virgine.

ſ Vnt & muliebris ſex⁹ nõ min⁹ grãdia uirtutis hui⁹ exẽplar nec pauciora: ſed unũ poneſ aut alterũ curæ erit: ne caput nimium creſcat. diſſecta eſt fidiculis atq; equuleo impoſita Agatha Catinẽſis uirgo q̃ Dæmonibus nollet ſacrificare: uel ꝙ teſtata eſt ſe non pœnis affici ſed delectari. ſæuire Quintianus Siciliæ Proconſul ſimulq; illi mãmam imperat a pectore diuelli. Conuulſam Virgo impio homini exprobrat. an nõ pudet te Quintiane laniaſſe in me quod te in matre aluit?

DE Tecla Virgine.

ſ Vit & Teclæ uirginis tolerantia atrociſſimis par ſuppliciis: quin ſuperfuit etiam. enimuero innoxie flãmis iniecta eſt: beſtiis expoſita: Tauris diſtracta: tandẽ tortoribus ſtupentibus ſuæq; impietatis & talium ſuppliciorũ admonitis torqueri deſita eſt & ab iniuria uindicata.

DE ETHNICIS EXEMPLIS: ET PRIMVM.

DE Mutio Sceuola.

a Ge uero ecquis unq̃ tam patiens fuit in dolore ferendo q̃ Mutius Sceuola? is quia deſtinata animo cæde ĩprudentia aberraſſet: ſcribamq; pro Rege obtruncaſſet: dexterã manum in ignem cõiecit. fortiuſq; Romana Virtus ſuam pertulit cladem: q̃ infeſtiſſimus hoſtis ſpectare potuerit. digna qua ꝑpter Porſena Rex ex hoſte Ro. Po. amicus repente ſit factus.

DE Anaxarcho.

T

a Naxarchus quũ in lapidea tyrãni iuſſu tunderetur pila ferreis piſtillis:tantum abſuit ut ſignificati:nem ullam dederit doloris:ut hortatus ſit etiam ad id opus Tortores ipſos: tundite inquit pilam Anaxarchi:nam Anaxarchum nõ tunditis.

DE Attilio Regulo.

n Ec Regulus maiorem in ſuo ad hoſtem reditu præſtitit fidem:q̃ in ſupplicio conſtantiam:Duplex itaq; laus hodie hominis memoriam comitatur:Iuſtitiæ una: altera Fortitudinis.utraq; Virtus atq; eius indolis alũna:per quam res Romãna non ſolum creuit:ſed in inmenſum etiam propagata eſt.

DE Hiſpani reguli Seruo.

m Irum uideri poſſit quod de quodam in Hiſpania ſeruo proditum eſt memoriæ.is ut domini ſui necem ulciſceretur: Haſdrubalem clariſſimũ Carthaginenſium ducem obtrũcauit.idem ad ſupplicium raptus:quum uariis torqueretur modis: diriſq; cruciatibus afficeretur:non modo uultu aut querula uoce gemitu ue ullo dolore affici uiſus eſt:ſed ridẽs geſtienſq; lætitia medio dolore expirauit.

DE Mario Arpinate.

p Aſſus eſt Marius Arpinas ſibi Varices extrahi.at quantum interim doloris pertulerit in ea curatione non ex ipſius fremitu aliaue doloris ſignificatione eſt compertum: ſed q̃ alterum crus euaricandũ medico exhibere noluit.

DE Leæna Meretrice.

a Diiciatur his unum muliebre exemplum.Læena(id illi nomen fuiſſe proditum eſt)corpore hæc quæſtum Athenis faciebat:Piſiſtratidarũ ſæuitia inmaniter uexata: multipliciq; cruciatu affecta:ſubigi non potuit:ut Armodium & Ariſtogitonẽ Tyrannicidas:quorum erat conſilii conſcia:ſuo indicio proderet.

FINIS QVINTI EXEMPLORVM LIBRI.

MARCI ANTONII SABELLICI EXEMPLORVM LIBER SEXTVS.

SVbtexenda nunc ſunt his promiſcue animorum corporumq; exempla generatim tamen.uendicant ſibi in his quæ ad Politicen pertinent primum locum:inſtituta urbium:gentium & populorum tam multa numero:q̃ relatu digniſſima.

DE Peculiaribus Vrbium:& Po.Inſtitutis.

HOrum peruetuſtum cenſetur illud in Iudæorum ꝙ quinquageſimo quoq; anno debitæ relaxabantur pecuniæ.donabantur ſerui libertate.quæ uilius ueniſſent:antiquis poſſeſſoribus redibebantur.ut tellus immunis eo anno haberetur:ac quaſcunq; ſua ſponte fruges tuliſſet:tribulibus eſſent & hoſpitibus communes.

DE Eadem gente.

SEd q̃ pie & humane hoc:tam ſupſtitioſe(ne grauiore utar uerbo)mos tenuit in his omne alterius gẽtis cõmercium & affinitatem auerſari.ut ne uiam quidem aberrãtibus niſi ſuis:aut fontem ſitientibus monſtrare fas eſſet.

DE Inſtituto Chriſtianæ Religionis.

QVanto ſanctius chriſtiana tulit religio:ut ſtato & ſolẽni die quot annis pro uniuerſis gentibus uniuerſa precaretur eccleſia:ne iis quidem excluſis: qui ex confeſſo eſſent hoſtes infeſtiſſimi.

DE Eadem Religione.

QVid illud ꝙ feſta luce quicũq; ſacrorum cauſa ſacerdotibus aſſiſtunt:dum rem diuinam faciũt:pari inſtituto oſculo pacis mutuam inter ſe firmant Charitatem?

DE Cultu:& Obſeruatione diui Franciſci.

EIuſdẽ haud dubie pietatis eſt exẽplũ minꝰ celebre:quia nõ ad omnes pertinet:q̃ priora illa præcipua.alioqui laude dignum.eſt pars una chriſtiani nominis addicta religioni.atq; in eo ordine plurimi mortales:qui ſignatũ aurum nõ attingũt: nõ Argentũ ullũ ue monetæ genus:nõ pecunia his ulla.pauperiem cũ caſtitate & obſequio profeſſi.nudas lignea ſolea muniunt plãtas.corpꝰ camiſina tunica funiculo ſuccincta palliolo q; tegũt.

ſunt & in aliis ordinibus alia auſteritatis argumēta.nam citra hæc ſunt quibus perpetuum ſilentium indicitur.aliis omnis eſt carniū uſus adempt⁹.ut in nulla parte humanæ pietatis maior exiſtat ſanctitatis opinio:maioreſq; ſint profectus ſecuti:nec unde plures extiterint: qui cœleſtium numerum auxerint.

DE Venetis.

ſ Vnt qui in Venetis(diu.n.gens hæc tenuit Adriæ oram)ante humanæ ſalutis annos ueteri inſtituto ſeruarunt:ut uirgines iam maturæ uiro publice matrimonio locarentur.exigebaturq; pro iis:quæ eleganti eſſent forma:grādis pecunia ab earum ſponſis ceu forma ipſa emereretur.mediocriter pulchræ gratis Nuptui dabantur. deformibus. aſpectu & quas ne gratis quidem ducturus eſſet quiſquam:Dos ex ea pecunia:quæ ex uenuſtarum locatione coacta fuiſſet:conflabatur.ſed uetus hoc & in ethnicis potius reponēdū:Nunc:quod ad præſentem attinet relationē: in Florentiſſima Ciuitate:quam hodie Veneti habent:ueteri inſtituto Eiectitiæ uirgines publica cura honeſte & ſcite inſtituunt̄:quæ ubi per ætatem adoleuere:ſi gratis locari nequeāt:quia minus formoſæ:ex publico accipiunt dotem.

DE Altero Venetorū Inſtituto.

q Vid ꝙ in eadē ciuitate patrii moris eſt ut pars multo maxima ciuium tertia fere diei hora unum in locū coeat uelut ad emporium negociorū cauſa.Riuo alto eſt nomē loco: ubi ſine fremitu ſine altercatione ulla tanq̄ nutu nō uerbo inter ſe paciſcantur: cuncta Orbis uetius q̄ Vrbis negocia incredibili ſilentio tranſiguntur.Tanta eſt uni ciuitati in rebus agendis grauitas & modeſtia.umbras dicas & ſtatuas eſſe non homines frequentem illū hoīum conuentū:tam & ſi ꝓximus ſpectes.ut ueræ ſciteq; ſit illud in ore multorū:Negociationē nulla re minus egere q̄ uerbis.

DE Florentiæ Ciuitatis Inſtituto.

e T quia hactenus noſtratia dicuntur:unum etiam nū adiiciatur publicū exemplū ex Græcia(ut arbitror)In Italiam tranſlatitiū ꝑcipueq; Florentiæ in ꝗetruria.ubi patrio inſtituto āquiritur in eos:qui ocioſe & ignauiter in ea ciuitate agunt.ex his expoſtulatus aliquis unde uictum ſibi quærat:& ueſtitum:ſi expedire non poſſit:nec uitæ innocentiam probare:ut ſceleris conuictus plectitur:aut tanq̄ ciuitati pernicioſus urbe eiicitur.

DE ETHNICIS:ET PRIMO.

DE Indis.

Vnt haud dubie multa hæc in antiquæ & nouæ pietatis gē
ſ tibus populiſq;.ſed in ethnicis adhuc plura & in his deteſta
bilia quædam.quale illud Indorū quorundā uetus inſtitu
tum.qui parentes ſenio confectos gentili more interfectos ſolē
nibus epulis permiſtos eſitabant:& in Chateis diuerſa Indorū gen
te uxor:quæ omnium chariſſima fuit uiro: cum eo uita defuncto
uolens eodem rogo cremabatur.

DE Eadem Gente

Ec illud in eadem gente patum inſigne.q̄ quū nullus in
n his eſſet literarum uſus:omnis æui memoriam tenebāt.aſ
ſidebant maioribus natu iuniores.ex his fabulantibus ue
tuſtatum q; rerum memoriam repetentibus totum uetuſtatis ſche
ma percipiebant animo:tradebantq; per manus poſteris.

DE Eadem Gente:& Aethiopibus.

Vit præterea ipſi genti nullum parandi Auri aut Argēti ſtu
ſ dium.nemo.n.utebatur.in quo Aethiopum:qui mortaliū
antiquiſſimi cenſentur:uideri poſſunt morem ſecuti.ſunt
n.hi adeo Aurum aſpernati:ut ī nulla re alia pretioſiſſimo alioqui
apud alios mortales Metallo uterentur:q̄ in pœnalibus cathenis.

DE Aegyptiis.

Egyptii uero ut Cœlo & Flumine:ita omni uiuendi ritu a
a cæteris mortalibus diuerſi.in quibus mulieres cauponari:
inſtitoriaq; obire munia conſueuere.uiri intra domorum
parietes texere & muliebriter operari.hi onera capitib9 ferre.Mulie
res humeris.hi ſedentes mičturire: illæ ſtantes.fœminæ ad hæc in
uiis cōmeſſari:uiri in priuato.uſq; adeo peruerſe omnia Gens una
a ut inſtituit:aut ab aliis inſtituta ſeruauit.

DE Arabibus.

Rodiē & Arabū Mos minime uulgaris.ſūt hi ab Aegypto
p non multū regione diuerſi.in quibus non artes ab uno in
alium tranſſerūtur:ſed in patrio quiſq; inſtituto permanet.
omnia uniuerſæ cognationi cōmunia:una omnibus uxor:atq; ea
dem ſoror.alterius ſanguinis congreſſus pro adulterio eſt:aut certe
olim fuit.ſic gens una oblita humani Iuris:præter inceſtum omnē
uenerem pro flagitio repudiauit.

DE Cretenſium Ritu.

Etruſti fuit moris ĩ Creta inſula nobiles puellas ex omni Iu
u uetnũ cœtu ſibi ſponſum optare.eiuſdẽ fuit gẽtis(nam hoc
quoq; proditũ eſt)lætos dies candido notarĩ calculo triſtes
atro.ſed multo plures Thracũ hoc fuiſſe malũt.potuit(ſcio)utriſq;
cõmune id eſſe:ſed in his tranſlatitiũ aut illis. Cæterum cuiuſcũq;
gentis fuit inuentum neſcias ambitioſo magis aſtu an uana homi
num perſuaſione ſit mos ille inductus.per quem ſe ipſum homo
circũſcriberet:quum triſtis diei ac funeſti non aliunde ſit exordiũ:
q̃ ex hoc ipſo quem ſtulta mortalitas felicem exiſtimauit.

DE Spartanis.

Vſtulerũt e medio oẽm Auri & Argenti uſum Spartani ex
l Lycurgi inſtituto:ferrũq; prætulerũt:ut pote rẽ magis uitæ
utilẽ nũmo ex eadẽ materia pcuſſo:certa pſuaſione nullã
ciuitatẽ diu duraturã:in qua Luxus & Auaritia præualerent.

DE Eadem Ciuitate.

Adem ciuitas omnis ſedẽtarias artes urbe expulit rei belli-
e cæ dumtaxat ſtudio ciuibus relicto.per quæ Lacedæmo-
nii non ſolum Græciæ:ſed omnium gentiũ parſimonia &
animi robore præſtantiſſimi fuere.

DE Athenienſibus.

Ontra Atheniẽſes Solone auctore omnis huiuſmodi artes
c cõplexi rẽ ſane utilẽ & ciuitati neceſſariã opificẽ credidere.
ut lege ſanxerint qui nullã a parentibus artem accepiſſet:
nulla his ſenio confectis deberet alimẽta.cæterum tam is nihil de-
beret:q̃ qui meretricatu natus eſſet.

DE Romanæ Ciuitatis Conditore.

Ari prudentia conditor Romanæ urbis Romulus ad ueti
p tam Venerẽ inhibendã perpetuũ uini uſum mulieribus in
terdixit:temulentiã ratus principiũ corruptionis eſſe in fœ-
miña.inoluit itaq; mos ciuitatis:ut uiri domũ reuerſi coniugis filia
rumq; oſculum poſcerent exploraturi an temetum olerent.

DE Eodem Romulo.

Ed q̃ in hoc Rex ille ueterem reluit Atheniẽſium morem:
ſ tã diuerſus abiit ab illorum inſtituto in artium celebritate.
quin Lacedæmonios potius imitatus nullam reliquit Ro-
manæ ciuitati artem exercendam præter agriculturam: & diſcipli-
nam militarem:unde ſuprema illa laudatio in Ciuitate Quiritium
bonus Miles:bonuſq; Colonus.

DE Garamantibus.

Aramantes in Lybia locorum natura freti latrocinio uicti-
g tant:in Nautas ui tempeſtatis in breuia Syrtium delatos
uadatum graſſantes.

DE Ritu Tauricæ Gentis.

Trocior Taurorũ ritus ac minꝰ hoſpitalis(ſunt Tauri ſcy-
a thicũ genꝰ hoĩum)tenuit nēꝰ mos ĩ his hoſpites ad ſe quo-
quo modo ueniētes ad Dianæ aram inmolare.teſtatur di-
rum morē religionis Oreſtis ad ea loca acceſſus. qui cũ Iphigenia
ſorore inde deæ ſimulacrũ aſportauit:ſi uera ſunt quæ de eo hiſto-
riarum conditores quidam prodiderunt.

DE Amazonibus.

Mazones:quæ regiõe nõ multũ diuerſa regnũ tenuerũt:&
a ipſæ a Scythis oriundæ:præterq̃ ꝙ ſine uiris uita agitabãnt:
bella multa & grauia tractaſſe dicuntur: lateq; imperitaſſe
mammarũ altera aduſta:ne ſagittandi ſtudio foret ea res impedi-
mento.mirũ eſt quãta indole non ſolũ genus ſed & regnũ amplia-
rint:omni alioqui uirorũ cõmercio pterq̃ in ꝯceptu lõgiꝰ excluſo.

DE Agathyrſis.

Vnt & Agathyrſi Scythæ cultiſſimi alioqui & aurũ uulgo
ſ geſtantes.ſed fœdum illud in gente: ꝙ mulieres commu-
nes habent ut inter ſe Germani ſint ac propemodũ dome-
ſtici non odiis ſe non probris inceſſentes.

DE Melanchlænis.

Elanchlæni in eadē Scythia omnes nigra ueſte amiciũtur
m quod ipſum gentis nomen declarat.ſed in his illud dirum
& de:eſtabile ꝙ ab eſu humanæ carnis non abſtinent.

DE Budinis.

Ed q̃ hoc in Melanchlænis odioſum: tã fœdũ & ĩ Budinis
ſ eiuſdē gētis & obſcœnũ:qđ pediculos eſitant.ē(qs neſcit?)
Melachlænæ gētis facinus inuidioſius:ſed hoc a cõſuetudi-
ne nõ minus abhorrens.

DE Parthis:& Perſis.

Vnc Scythia egreſſus duarũ gentiũ exēpla adiiciã.Parthicũ
n hoc:illud Perſicũ.utrũq; ab altero diuerſũ : pulchrũ qđ ad
Perſas attinet.inſtituere hi liberos ita ut nõ niſi uera loque-
rent & a mēdatio abſtinerēt:quo nihil ab humanã ſocietatē tuēdã
efficacius eſſe poteſt.cõtra dirũ & deteſtabile in Parthis: ſed ĩ regio
tantũ ſtēmate:ut nõ niſi ex filio & matre genitus regnũ capeſſeret.

DE NOVARVM RERVM INVENTORIBVS.

DE Tubale:& Tubalcha.

X Adami ſucceſſoribus nulli propemodũ ſunt artiũ inuen
e tores antiquiore memoria ꝙ Tubal & Tubalcha ærariæ
hic artis: ille muſicæ repertor: Greci & Romãi ſcriptores Græcos ſecuti utrumq̧ inuentum in alios conferunt arcani huius: unde hæc ſunt:haud dubie ignari.

DE Noe.

Oe:qui Cataclyſmo ſuperſuit:primus uitem coluit: uinũ-
n q̧ ex ea bibit nec citra temulentiã.ſed id Græcia inuẽtum
ad Liberum patrem retulit ſuorum(ut uidere eſt)hominũ fautrix ingeniorumq̧ ſuæ gentis ad inuidiam uſq̧ oſtentatrix.

DE Literarum Inuentione.

Ihil præterea prohibet nos credere literarũ inuentionẽ he-
n braicæ eſſe gentis.hi.n.uetuſtiſſimi cenſentur Aſſyriæ inco
læ: quæ terra pulcherrimæ rei partu merito gloriat̃: ſi uera fuit tanti partus mater & non nutrix.

DE Habraamo.

On deſunt qui citra omne Græcorũ noſtrorũq̧ hominũ
n teſtimoniũ Aſtronomicã ſcientiã cũ Geometria ab aucto
re maximo Hebraicæ gentis Habraamo Aægyptiis impor tatã afferant.cũ eorũ certe ſacerdotibus:qui iidem & ſapienres fue re:ſæpius congreſſus dicitur.horum opinioni ſiquis aſtipuletur q̧ tam pium ſit ꝙ uero proximum:is duarum nobilium artiũ ortum & incunabula ad Hebræos referat neceſſe eſt.

DE Moſe.

Oſes dux & propheta ſummus cœleſte numen primus ta
m bernaculo recepit.Solomon Rex lapideo templo: quod
Dauid deſtinauit.Siquid eſt in terris his uetuſtius:ethnicæ fuit gentis:nec ueri numinis locus:ſed malorum Dæmonum.

DE Chriſto.

Erum enimuero nullũ unꝙ inſtitutum ſancti⁹ fuit ꝙ Chri
u ſti regis.nullũ magis memorabile & ſalutare Euchariſtiæ
ſacramentũ.eſt hoc ineffabile duabus baſibus fidei & pie tatis nixum.per quod magna pars hominum:quũ omnes alioqui potuiſſent:cœleſtium eſt particeps facta.

DE Gregorio Pontifice.

Vit hoc humanæ ſalutis ſūmū ſpecimē.quod ſequitur mi
f nimæ fuit de ſe æſtimationis. Gregorius pōtifex:qui diuo
rum eſt numero aſcriptus:primus Pōtificum in diploma
tum præfatione ſe ſeruorū Dei ſeruum inſcripſit.quo nihil fieri po
tuit aut eius qui:hoc poſuit:pietati cōuenientius:aut doctoris ſum
mi præcepto ſimilius.

DE Paulo Primo eremita.

Aulus Thebis in Aegypto natus primus omniū in ſolitudi
p ne uixit magno poſteris documento procul ab humanæ
uitæ fluctibus tutiorem mortalib⁹ patere uiam ad cœli fo
res reſerandas.qua mox Onophrius Paſnuphius & alii multi con
ſtanter ingreſſi multo ualidius q̄ cæteri mortales terrā calcauerūt.

DE Caliſto Pontifice.

Agna hæc nec obſcuræ pietatis: ſed q̄ ſequunt magis illu
m ſtria tāq̄ medio quodā humāæ religiōis Theatro orta.Cal
liſtus qui quintus decimus fuit pōtifex a Bariona(ſunt qui
ab Vrbanum id referant qui Calliſto ſucceſſit)quatuor anni tem
pora nouo obſeruationis ritu inſigniuit ut tertio quoq̧ menſe tres
ſtati dies Ieiunio tranſigerentur.

DE Felice Pontifice.

Elix:qui ſexto & uiceſimo poſt Petrum:eſt loco creatus pri
f mus inſtituit nequis rem diuinā faceret niſi ſacris Initiat⁹:
Sylueſter octauus a Felice ut a ciuitatis pontifice ſanctum
chriſma conſecraretur.ut idem baptiſmi fonte temerſos ſacro un
guine ſignaret.ne ad prophanum tribunal uocetur ſacerdos.Zozi
mus ne ſacris initiatus in publico potaret: ne mancipium ad ini
tia admitteretur.

DE ETHNICIS EXEMPLIS:ET PRIMVM.

DE Sinone.

T hæc noſtratia ſunt:nec minus illuſtria:pauciora cætera
e rum ſunt gentium:in quibus multi quidem multa inue
nere:aut certe ab aliis inuenta in cōmunem uſum protu
lerunt.Nam ab Iliacis uſq̧ temporibus Sinon homo graii ſangui
nis ſpecularem inuenit ſignificationem: qua Troiam(ut credere
eſt)Danais noctu prodidit.

DE Palamede.

Alamedes & ipſe græcorum unus:ſed maiore q̄ Sinon in
p ter ſuos celebritate ſigni dationē eodem monſtrauit bello.

Teſſeras & uigilias inſtituit.p quæ res bellica tutius hodie rectiuſq̃ intra caſtrorum munitiones mediaq̃ acie adminiſtratur.

DE Libero Patre.

m Orem capitis diademate circũligandi emundi uendundiq̃ cõmercium totũq̃ Triumphi ſchema ad Liberum patrem refert Græcia.ueterem defuncti morẽ laudandi:Noſtri ad Valerium Publicolam:qui primus Quiritium Iunium Brutum patriæ aſſertorem & collegam in conſulatu pro concione laudauit:ut Athenis primus Pericles eos qui pelopõneſiaco bello pro patria occubuerãt. ſubmiſit idem Publicola Cõſul faſces nuper a regibus receptos Ro.Po.quod adeo uiſum eſt populare: ut nihil æque ac res ipſa aſtruxerit illi Publicolæ cognomen.

DE Cleone Athenienſi.

c Leon orator athenis ſua ætate uehemens:primus inter agẽdum uociferatione uſus eſt: percuſſitq̃ femur manibus pulpito diſcurrẽs.quæ res adeo inoluit ut noſtri quoq̃ non olim modo idem factitarint: ſed morem ex Græcia receptum ad poſteros tranſmiſerint.

DE Aphricano.

b Arbam cotidie raſitandi togatorum primus morẽ Aphricanus induxit:quum intonſa olim eſſet Romana ciuitas. retulit cõſuetudinem hanc Aphricani oĩum ſtudioſiſſime Cæſar Auguſtus cũctorum alioqui principum qui Romæ rerum potiti ſunt laudatiſſimus.

DE.L.Papyrio.

ſ Olarii horologii uſum.L.Papyrius Romæ primus obtulit. ſed nubilo id die inutile.certius quia diſcretis horis poſuit Scipio Naſica Quiritium optimus olim iudicatus.priuſq̃ ea res inuenta ſit:indiſcreta lux fuit Romanis.

DE Annone Carthaginenſi.

p Rimus hominũ Leonem manſuefactum oſtẽdit Hanno ex Carthaginẽſiũ clariſſimis.etq̃ ob id publice damnatus: multis interpretantibus male tam artifici ingenio credi publicam libertatem:cui tanta feritas ceſſiſſet.

DE Attica Ciuitate.

p Opularis ciuitas prima omnium(quod proditum ſit)fuit Attica.ægyptii regiam primi habuere: Tyrannicam ſiculi. ſed Theſeus multo Phalaride antiquior: quem Tyranni-

dem exercuiſſe quidam prodiderunt.

DE APPELLATIONIBVS:A VIRTVTE AVT VITIO IMPOSITIS.

DE Chriſto.

Vlti quidem hominũ extitere quibus aut Virtus aut Vitiũ
m aliuſue caſus appellationem inuenere: Quorum alii alia
cauſa:ſed nulla maior auguſtiorq; fuit q̃ ea q̃ Chriſto Dei
paræ filio cõtigit piorum omniũ conſenſu:ut Redemptor ſit mun
di:ſit & Saluator dictus:quum Seruatorem:Vindicẽ:Aſſertorem:
elegantius dicere potuiſſet humana pietas.

DE Iob Patientiſſimo.

Eportauit ex inſigni Tolerantia nomẽ haud ignobile Iob
r patientiſſimus mortalium iudicatus.ac pro inde Patiens
nuncupatus.uerſa eſt hominis æquanimitas illa & perpe-
tua animi temperies in prouerbiũ.ut tam pie hodie q̃ uere ſit Iob
in ore oium ſupremam in aduerſis tolerantiã ſignificare uolentiũ.

DE Ioſippo.

Oſippum:qui Iſraelis fuit filius:quia duplicẽ ſomnii ſpeci-
i em & utrãq; de ſũma regni per quietem Pharaoni obuer-
ſatam ſagaciter & recte interpretatus; Pſonton Panicon.i.
occultorum repertorem uniuerſa Aegyptus nuncupauit.

DE Salomone.

Ed q̃ ſagax Ioſippus:tam ſapiens ac neſcio an plus etiam
ſ Solomon Rex Dauidis filius.cuius nomen in ſapientiæ
appellationẽ abiit in ora hominum.hunc ut audiret ab ex
tremis uſq; terris præpotens uenit regina.cognouit illa ſapientiſſi-
mum regem magniſq; muneribus ornauit hoſpitalem regiam: ip
ſa multo maioribus affecta.multo.n.ſapiẽtior q̃ uenerat in ſuũ eſt
regnum reuerſa.

DE Deipara Virgine.

Vlit una omnium Chriſti mater uirginalis appellatiõis de
t cus.eſtq; ita & pie & ſancte cõparatũ:ut ubi nomen uirgi-
nis:uox cœlo grata:Inferis inuiſa:Gentibus popularis ore
efferetur:hic Annæ filia Chriſti parens:nominari nec ulla uirginum
alia intelligatur.

DE Iacobo Minore Apoſtolo.

Irum eſt quod de Iacobo minore(fuit is Chriſti diſcipu-
m lus)proditum eſt memoriæ. quia puer adhuc incredibili

quadam ac ſupra ætatem ſanctitatis opinione imbuit omnium mentes: ſanctus uulgo appellatus eſt. auxit opinionem hãc de eo receptam ſũma uitæ auſteritas. enimuero neq̧ uinũ bibit unq̃ nec ullum carnis nouit uſum. intonſus uixit unguenti & balnei expers. adeo precando numini deditus: ut eius genua in Camelorum ſpeciem occalluerint.

DE Plurium Appellatione.

ſ Equitur nomenclatura ingens recentiorũ. in quibus multi eo dignationis uenere: ut ſola appellatione ſint abũde noti. hinc Seraphici: Angelici: Subtilis Inrefragabilis & mille alia piorum cognomina: quæ in ueritate aſſerẽda primas uẽdicãt.

DE ETHNICIS: ET PRIMVM.

DE Superbo Tarquinio.

ſ Vperbus (ne Stercutii: Belligeri: Bifrontis: & alia uetuſta fabuloſaq̧ cognomina repetantur) Romanorum regum ultimus ob eam rem noĩatus ẽ: ꝙ Tullum ſoceꝝ ſuũ regno & uita ſpoliatum in ſepultũ abiecíſſet. & ſi reliqua eius uita ſæuitiæ & crudelitati dedita non tam fuit digna eiuſmodi appellatione: q̃ exilio & calamitate: in quam ſuperbiſſimus rex cum ſcelerata coniuge & liberis incidit.

DE Publicola.

g Ratior auditu appellatio Publicolæ: q̃ Valerio Valeſi filio merito contigit. non magis quia ex publicæ libertatis aſſertoribus fuit unus: q̃ ꝙ illam aſſertam lege & popularibus exemplis ſtabiliſſet.

DE Marco Marcello.

n On Aequitatis & Iuris fuit ſtudiũ: ſed fortitudinis & inuicti animi exemplum illud in Marco Marcello: qui unde quadragies dimicauit collatis ſignis cognomen rei conueniẽs demũ adeptus: ut ſecũdo punico bello aduerſus Pœnos Ro. ſit populi Gladius nuncupatus. qppe qui rem. P. inmenſis cladibus aliis ſuper alias afflictam bellica uirtute reſtituit: docuitq̧ Pœnum poſſe uinci a quo Romani toties uicti eſſent.

DE Fabio Cunctatore.

ſ Ed Marcelli ferocia non magis profuit patriæ: q̃ Fabii Maximi prudentia & maturitas. ille ferociſſimos hoſtis ſpiritus fregit: hic artes: quibus non minus ſtetit res punica: q̃ armis. non defuit igitur & Fabio ſuus honor: qui & Cũctator cognio

minatus eſt & Ro.Populi Clypeus.

DE Epaminunda Thebano.

Paminundas Thebanus(ut & locis ſua reddatur celebri-
e tas)Boetium agrum ab effectu orcheſtram Martis:Xeno-
phon Epheſum: belli officinam:Pindarus Romam:Bel-
ligeri Martis templum appellauit.

DE Manlio Torquato.

Bierunt Manliana imperia apud Romanos in prouerbiū.
a eſtq; & ipſe Imperioſus appellatus: qui filium altæ indolis
ſecuri percuſſit:ꝗ præter militarem diſciplinam in hoſtem
ex prouocatione dimicaſſet.

DE Mario Arpinate.

Enerunt & Mariani Muli in adagium ueteri memoria ce-
u lebrati.eſt & hodie id frequens.ut quum uiri ualidi ſunt:&
ferēdis oneribus idonei:Mariani muli dicantur.quia.n.ue
ro Marius ſic milites appellauit arma:palos:& ſarcinas ferentes.

DE Ariſtide Athenienſi.

Riſtides athenienſis ab æquitate & Innocentia Iuſtus co-
a gnominat⁹ ē:fuitq; illi eiuſmodi appellatio inuidiæ. Oſtra
ciſmo damnatus quum ignominiæ cauſam pro concione
requiſiuiſſet:reſponſum eſt non poſſe ciuitatem pati unū aliquem
ciuium ab omnibus iuſtum prædicari.

DE Callia.

On tulit Attica ciuitas in Ariſtide nomen ab æquitate & in
n nocentia inditum.at in Callia crudelis & iniuſti uocem fer
re potuit.hic quia improbus:retentus eſt in ea Ciuitate:un
de is fuerat eiectus:qui omnium eius ætatis hominum fuit iuſtiſſi
mus.manifeſto leuitatis argumento in multitudine quæ amat le-
uiter:oditq; leuius.

DE.C.Mario.

Ontigit &.C.Mario ſuus appellationis honos.qui Cym-
c bris:Theutonis & Ambronibus duplici prœlio cæſis req;
publica in priſtino ſtatu retenta: tertius eſt urbis conditor
nuncupatus.Alter.n.a Romulo eſt Camillus dictus:qui Senonas
Gallos ex capta urbe expulit.hic Tertius ꝙ capere uolentes non
ſolum arcuit:ſed occidione cecidit.

DE Mario Iuniore.

Q Vid quod uariatũ eſt non nunq̃ in appellatiõibus cũ Fortunatq̃ diu Marius Iunior ciuile bellum feliciter tractauit: Martis eſt filius nũcupatus: mox rebus partiũ fractis: priſtinæq; fortunæ fauore deſtitutus: ñ Martis: ſed Veneris fili⁹ ẽ dictus.

DE Alexandro Magno: & Pompeio.

C Ognomen magni non uni ueterũ Imperatorũ regũq; cõtigit. ſed externorũ nulli uerius iuſtiuſq; q̃ Alexandro Philippi filio: ut Quiritiũ uni Pompeio præclare eſt datum.

DE Lucullo.

L Vcullus: qui Mithridatis Pontici opes fregit: ob inſanas uillarum ædificatiões aliaq; ſumptuoſiora opera: Xerxes Togatus a ſuis eſt ciuibus dictus.

DE. M. Tullio.

P Ater patriæ Quiritium prim⁹. M. Cicero curiæ decreto eſt appellatus: Dein & Auguſtus id tulit cognomen: Cæſaribus Poſtremo Ambitioſe magis q̃ uere adoptatum.

DE Attila Rege.

U Idit ſua ætas Attilã Hũnorum regẽ: magnoq; hominũ cõſenſu flagellũ Dei nũcupauit. nõ quia e cœlo ſit hoib⁹ mali aliquid (id. n. impiũ ſit credeř) ſed ꝙ numinis pmiſſu Barbarus multis cladibus Italiam affecerit.

DE Moderatione Victoriæ.

I Ncidit uelut excõpoſito relatio hæc ciuiliũ exemplorũ in bellicæ rei mentionem: unde non una eſt cognominum ratio profecta. nũc quãdo in tota re neq; maius eſt aliquid neq; mirabilius q̃ ꝙ is q multos uicerit: ſe ipſum demũ uincat: poſſitq; ignoſcere: qui potuit uincere: & incolumes uelit eſſe quos iure poſſit pdere: pcul a ciuilibus exemplis nõ nihil ſtilus inmorabitur. ac qui hominũ pulcherrime uſi ſint uictoria: proxime cẽſendi ſunt. dabunt itaq; noſtrarũ gentiũ exẽpla huic capiti exordiũ: ut in qualibet parte operis inſtitutæ relationis ratio nobis conſtet.

DE Beniaminis.

M Agnũ in his & memorabile eſt Iſtahelitaꝝ illud. ꝙ Beniaminæ Tribus uiri paucorũ culpa ab omni Iudæorũ gente alienati: atq; ex cõfeſſo hoſtes facti: poſt uarios belli caſus quũ uno demũ prælio ad Gabaã cõmiſſo omnis ꝓpemodũ gens interiiſſet: ut ex quinq; &. xx. millibus bellatorũ: qui nup in acie ſteterãt: ſexcẽti ex ſuorũ ſtrage ægre reuulſi in deſerta loca refugiſſent:

tantũ abſuit ut uictrices Tribus unius reliquias ad interitũ perſecutæ ſint: ut oĩum Iſraelitarum decreto Beniamini exules: qui pauci numero ſupererant: ad reparandã ſobolẽ: quia religio & iuſiurãdũ toti⁹ gẽtis legitimis obſtabat nuptiis: impune ſibi ex ſolẽni Iudæorũ mercatu raperent uirgines: raptaſq; pro uxoribus haberent.

DE Alarico Rege.

Laricus Gothorũ Rex (eſt.n.hic chriſtiani nominis cenſen-
a dus & ſi Arrianus) Roma capta & hoſtiliter direpta in eo
temperauit quod edictũ propoſuit: ut capitale eſſet: ſiquis Apoſtolorũ principũ templa aut quæ in his eſſent: uiolaret: & ut in uniuerſum a cæde abſtineretur: eſt militibus edictum.

DE Athaulpho Gotorum Rege.

Ec Athaulphus: qui Alarico in regnum ſucceſſit: a propin-
n qui ſui clæmẽtia degenerauit. is Roma post Alarici interi-
tum hoſtiliter repetita: in animo habuit eã receptam funditus euertere: diuerſoq; urbẽ loco ſtatuere: Gothiãq; ꝑ Roma noiare: Cæſarꝝ memoria abolita: Athaulphi appellationem in poſteros trãſmittere. cæterũ Placidæ cõiugis ſuaſu adeo eſt mutat⁹ ut breui nõ hoſtis ſed amicus urbis: non euerſor: ſed Inſtaurator ſit dictus.

DE Totilia Gothorũ Rege.

St & Totilia eiuſdem Rex gentis maiorũ exempla imita-
e tus. qui Cumis & cæteris Campaniæ urbib⁹ captis: quum
ingentem Romanarũ mulierum numerũ in illis intercepiſſet: quas Ro. ciues ob nouos belli terrores urbi iminentes procul domo ablegarant: ut earum pudicitia in omnem belli euentũ tutta eſſet: eratq; in his omnis Romana Nobilitas: captiuas honeſte & ſancte Barbarus penes ſe habuit. honeſtoq; comitatu ad ſuos Romam ſine precio dimiſit.

DE Filippo Vicecomite.

Sſt recentis memoriæ quod dicam: rarũ tñ ac eiuſmodi ut
e omnibus exẽplis: quæ omnis tulit ætas: iure cõferri poſſit.
Alphonſus maior: qui fuit Siciliæ & Apuliæ Rex: uictus naualí prælio a Genuenſibus circa Caietam: ac cum Petro Auarræ rege fratre & aliis clariſſimis ducibus qui in Aragonum partibus erant: Philippo Vicecomiti a uictore Ligure traditus: (erat tũ Genua Vicecomitum ditionis) non modo non hoſtile quippiã eſt ab eo paſſus: ſed amice & regaliter habitus ampliſq; munerib⁹ donatus cum ſuis omnibus eſt incolumis dimiſſus.

DE Veneta ciuitate.

u Eneti unam Delmatiæ urbem ſeptimo rebellantẽ ad imperium ui & armis retractam nulla maioȓ ignominia aut clade affectam nõ ſolum incolumem præſtitere: ſed facile etiam paſſi ſunt eſſe ut antea Delmatici nominis caput.

DE ETHNICIS EXEMPLIS: ET PRIMVM.

DE Romulo.

r Omulus Ceninenſes: Cruſtuminos: & Antennates: qui ex Sabinis hoſtiliter Ro. agrum inuaſerant: bello uictos tantum abfuit ut crudeliter in eos aliquid ſtatuerit: ut in urbẽ traductos ciues ex hoſtibus fecerit.

DE Tullo hoſtilio: & cæteris regibus.

i D Romuli exemplũ cæteri Reges ſecuti præter Hoſtiliũ qui Albam diruit: pro non paruo negocio habuere: quos bello uiciſſent: Romã incolumes traducere. traductos eius ciuitatis participes facere: in quam infeſto & plus q̃ hoſtili nuper animo fuiſſent.

DE cæſare Dictatore.

c Aius Cæſar Dictator ſuis ad amicos epiſtolis teſtatus ẽ ex ciuili uictoria nullum ſe maiorem fructũ percæpiſſe: q̃ ꝙ a ſe q̃ plurimi ſeruati eſſent: quos: quia hoſtes fuiſſent: & bello uicti: iure perdere potuiſſet.

DE Octauio Auguſto.

p Ræſtitit & Auguſtꝰ Cæſar ex inimicis quoſdã incolumes. ſed in eo maior apparuit ꝙ Alexãdriã in Aegypto: quam belli iure diripere potuiſſet: dirẽptam incendere & euertere: intactam reliquit. teſtatus urbis ĩcolumitatem: quum Regi qui eam condidit: ſe dare: tum (quod maius omnino fuit magiſq; memorabile) Arrio Alexandrino philoſopho ea tempeſtate inſigni.

DE Alexandro Macedone.

ſ Vnt & Alexandri Macedonis exempla clæmentiæ. ſunt & moderationis nõ pauca: atq; eo plura fortaſſe q̃ cæterorũ: quo plures uicit gentes q̃ quiſq̃ alius. ſed quũ multa & magna ſint. illud (ut mea fert opinio) præcipua eſt memoria dignũ. ꝙ Porum regem ingenti prælio uictum & in poteſtatẽ redactum nõ tantum regnare permiſit: ſed reſtitutum maiore etiam amplioreq; regno donauit.

DE Eodem Alexandro.

Vlti prætereа regum partim bello uicti partim deditі pari
m clementia ita ſunt ab eo ſeruati: ut non ſolum in priſtina ſint fortũa retenti:ſed in multo etiam ampliore collocati. ut difficile ſit iudicare maius ne ſit belli decus:an liberalitatis & clementiæ nomen uincẽdo adeptus. Pulchrum eſt Reges uincere.ſed multo pulchrius propriis affectibus moderari.

DE Ageſilao Lacedæmonio.

Geſilaus ille Lacedæmonius ea fuit in eos: quos uiciſſet:
a humanitate:ut ſæpe milites ꝓ cõcione monuerit: ne captiuos cruciatu aliquo afficerent.quin illa potius reputatio ſubiret animum:eos qui uicti eſſent:& ad eam fortunam redacti: homines eẽ.cæterum ſiqui ex his:quum caſtra mouerentur:ob ſenium aut corporis ægritudinẽ a militibus relicti eſſent: parati erãt ducis imperio q eos exciperent.exceptos humanẽ & benigne curarẽt.ne omni ope deſtituti ferarũ incurſu inedia ue conficerentur.

DE CAEDIBVS MEMORABILIBVS.

DE Chananea Cæde:Siue Gabaonitana.

Ihil homini pernitioſiꝰ homine.nulla uis maior ꝗ quæ ab
n homine proficiſcitur.non morbi:non naufragia:non lues ulla plus hominum abſtulit terris ꝗ prælia quæ hominum manu geruntur.hinc Vrbium uaſtitates.ſolitudines regnorũ:populorum egeſtas:& ꝙ terra multo maxima ſui parte non colitur.C. Cæſar:qui poſtea dictator fuit prædicare ſolitus dicitur: undecies centum & nonaginta milia hoſtium præter eos qui ciuilibus bellis periiſſent.ſuo ductu & auſpiciis cæſa.ꝙ ſi ad unum ducem qui paucis annis bellauit:tantã humani generis iactura referenda eſt: quid in tot ducibus tam longa rerum ſerie eueniſſe oportet:quãta a prima hominũ memoria cẽſetur?& ut quædam inſignius geſta referãtur:quanta per Deum:uis hominum uno prælio cõfecta dici poteſt:quum una acie omne chananeum nomẽ fuſum cæſumqꝫ eſt a Ioſue duce fortiſſimo ad Gabaon:quinqꝫ hoſtium regibus uictis atqꝫ extra aciem iactu lapidum uno loco obrutis.

DE Madianitana Cæde.

Ge nunc & ꝗ tetra cædes illa æſtimanda eſt:ꝗ mortalibus
a funeſta:cũ circa Iordanẽ nocte una ſunt a Gedeone centũ xx.millia hoſtium occidione occiſa:fuerũt hi Madianitæ: Arabes & Amalechitæ:quas dira cooſternatio & pauor multo magis ꝗ hoſtile ferrum afflixit.

DE Iudæorum Cæde.

e St & illa in raris cædes habenda:ac neſcio an omniũ quæ unq̃ ꝯtigerũt maxima & ob id præcipue memorãda.quæ hieroſolymitano excidio edita eſt.decies cẽtum millia Iudæorum obſideri cœpta dicuntur a Romanis Titi Veſpaſiani ductu.urbe tum capta uix horũ decima pars uenit in uictorũ poteſtatem:cætera multitudine aut fame aut ferro conſumpta.

DE Hunnorum Cæde.

ſ Enſit & Tholoſanus ager q̃ calamitoſa res ſit hominibus uis bellica.cũ paucis horis centum octoginta uirorũ milia mortẽ occubuere.quũ Hũnorum Rex Atila aciem inibi aduerſus Etium & Theodoricum Gothorum regem magis ferociter q̃ feliciter explicuit.

DE Gothorũ Cæde.

q Vam tetrã cladem Gothi circa Feſulas adierint prima eiꝰ gentis in Italiam irruptione Vldini & Sari ductu:ex eo poteſt facile exiſtimari:ꝙ præter immenſum mortalium numerum:qui ferro & fame eſt conſumptus:ſectores nũmo uno aureo licitarentur ſeruitiorum greges.

DE Varnenſi Cæde.

e St hodie eritq; ſemper triſtis ad recordationẽ Varnenſis illa acies in ora põtici Maris:qua Ladiſlaus regum Rex fortiſſimus & Iohannes Huniades cum Amurate Turcorum rege conflixerunt.unde Hunniades uictus exceſſit:Ladſlaus mortẽ occubuit.quantũ chriſtiani ſanguinis pugna illa hauſerit ex eo facile cõiicitur:ꝙ ex iis qui uicerunt:duo dequatraginta milia poſt pugnam ſunt deſyderata.

DE Viſigotorũ Cæde.

t Es uetuſta eſt & ut uarnenſi cuius nũc memini antiquior:ita maior adhuc cædes habenda:ac magis inſignis.prodũt qui Gallorum regum geſta in literas miſerunt:Abidiramũ Viſogothorũ regem ex Hiſpania hoſtiliter Galliam uaſtantem ab Burdegalam ingenti prœlio uictum a Carolo cui Martelli cognomẽ fuit.cæſaq; una acie.ccc.octoginta Gothorum millia.& quod maiori admiratiõi acceſſit:Francorũ mille nec amplius ceciderũt eo prælio.ſi modo ad fidẽ hæc prodita ſunt non ad oſtentationẽ

DE ETHNICIS:Et PRIMVM.

DE Perſarum Cæde.

Aiot Cyrus:qui Lydorum regnum euertit: trans Araxem m fluuium cum.cc.millibus Perſarum a Scythis tam fœda occidione occiſus eſt:ut ne Nuntius quidem tantæ cladis ſuperfuerit.

DE Marathonia Cæde.

Iſi Græcoꝝ fidem ſuarum rerum oſtentatio eleuaret:nihil n in hoc genere exemplorũ magis miraremur:ꝙ ꝙ in Marathõiis campis ducenta millia Perſarum uno aiunt prælio deleta.& quod magis mireẽ poſteritas:decẽ millia dũtaxat Atheñ cum Plateænſibus mille auxiliaribus aduerſus ſexcenta barbarorum millia aciem ſtruxere.

DE Salaminia:& Plateænſi Cæde.

Alamitoſius eidem genti adhuc bellum haud dubie habẽ c dum.quod Xerxes in Græciam inſtaurauit.ſi Salaminiæ pugne & Platæẽſis damna æqua lance æſtimẽtur.ac ueri us uero dixerit:ſiquis ex nullo unꝙ bello affirmet: maiorem humano generi iniuriam inueƈtam.

DE Punicis Cædibus.

Rebiã:Traſimenum:& Cannas Romanus Cruor nobili t tauit.ſed maior propemodum clades ad Metaurũ Pœnis repenſa eſt:ubi ſexaginta & amplius Pœnorũ millibus cũ Haſdrubale cæſis:claudius Nero:& Liuius Salinator Ro.Sanguinem toties eo bello fuſum fortiter uindicauere.

DE Romana Cæde:Ad Rhodanum.

Obilis erat Rhodan⁹:ſed nobilior inde faƈtus poſtꝙ oƈto n ginta millia Romanorum cæſa una uidit acie ripis cruore ſpumantibus:teſtantibuſꝗ non bene credi rem publicam ſtultitiæ & temeritati:quæ in omnibus rebus calamitoſa eſt homini.ſed in nulla re magis ꝙ in prœlio: ubi ſiquid offenditur: mutari non poteſt.

DE Cimbrica Cæde.

Aeterum quantum hic Romani eſt ſanguinis uno prœlio c hauſtũ:tantũdẽ ac neſcio an plus etiã Barbarici breui poſt ad Sextias Aquas & Vercellas Italus hauſit enſis. quib⁹ locis triginta Cimbrorũ: Theutonũ:& Ambronũ myriades duobus prœliis cæſæ affatim materiã prebuere locorum indigenis campeſtria prædia humanis oſſibus in maceriæ ſpeciem m unire.

DE Aſiatica Cæde.

Edũdauit Aſia fere tota citra Taurum uno die Romano
r ſanguine crudeliſſimo Mithritadis edicto. C. quinquaginta milibus Quiritii nominis omnis ſexus & ætatis nõ una urbe ſed uno quidem tempore interfectis.fuitq; claſſicum illud renouati belli.ꝙ ſi bellorum teſſera tam calamitoſa eſt.q̃ triſtia & funeſta eſſe prœlia oportet:quibus aut uincẽdũ:eſt aut cadendum.

DE Lucullana Cæde.

St & illud minime obſcurum: ꝙ ad centum millia hoſtiũ
e .L.Luculli ductu deleta ſunt breui pugna a duabus Romanis legionibus in Armenia.nunq̃ minor bellatoꝝ manus cum tam numeroſo conflixit exercitu:ut biſdeni hoſtium cũ ſingulis Romanis manum conſeruiſſe dicantur.

DE Gallicanis Cædibus.

Ræter cæteras pugnas quas.C.Cæſar in Gallos tam proſ-
p pere q̃ cruẽte depugnauit:bis diurna pugna cæſa ſũt ab eo centũ perduellionũ millia:aſtipulatur rei geſtæ ipſius ducis cõfeſſio:unde huiuſmodi exemplorum relatio ſumpſit exordium.

DE ASTV ET SOLERTIA:IN FALENDO HOSTE.

DE Moſe.

Oſes dux ſummus:dũ Iſraelitas ſeruitio uindicat ex Aegy
m pto profecturus uiarum diſpendio hoſtẽ ludificari conat⁹: quũ per Arabiã compendioſum iter pateret ad effugium: i Aethiopiã flexit iter.quæ maxime chananeæ erat terræ quæ decreto petebatur:auerſa.ſed hoſtis falli non potuit.potuit tamen medio conatu extingui:& quem terræ cohibere non potuerunt: cohibuit mare Iudæis alioqui peruium.

DE Gabaonitis.

Abaonitarum legati ad Moſen miſſi ut poſtulata commo
g dius impetrarẽt: quo omniũ Chananeorũ ſoli ex hoſtibus ſocii fierent:ceu magnis itineribus cõfecti eo ueniſſent calceorum attritu aliiſq; laborioſæ peregrinationis argumentis facile Iudæis perſuaſere:nihil ſibi rei eſſe cum Chananeis:quibus Moſes hoſtiliter iminebat.eſtq; pax eſt ſocietas his data.ſed ea res poſtea ipſi genti fraudi fuit:ſuntq; pro ſociis lixæ & calones facti.

DE Gedeone Iudæorum Duce.

Vum Amalechitæ & Madianitæ(ſunt hec Barbararũ gen-
q tium nomina Iudeæ finitimarũ)non procul a Iordane fluuio tumultuoſe cõſediſſent Iudæã hoſtiliter inuaſuri:eẽtq;

his cum Arabum appēdicibus inuictus alioqui exercitus: Gedeon qui cum decem millibus hominū his obuiā exierat: quia inter diu non potuit(erat.n.uiribus lōge impar)noctu hoſtē inuaſit.iuuitq; temporis opportunitatem aſtu ut incēſas faces dextra quaterent Iudæi:lena cornua & lituos inflarent.quæ terrifica ſpecies adeo hoſtē perculit:ut cœco tumultu diſiectis Amalechitis & ſociis mutuaq; ī ſe cæde diſcurrentib⁹: ad centum.xx.millia hominum una ſint nocte deſyderata.

DE Dauide Nondum Rege.

p Vlſus Iudææ finibus Dauid Sauli regis ſæua inſectatione ad Philiſteos fuga delatus eſt:genus hominum quum Iudæis ſua ſponte infenſum:tum Dauidi ob Goliæ cædē infenſiſſimum.agnitus itaq; & ad regē perductus cōfeſtim noua odia in eum exarſere:conſpecta Goliæ lancea quam ex Nobea Dauid fugiens ſuſtulerat.perierat haud dubie uir omnium maximus:niſi inſania mentis & furor tempeſtiue ſimulatus adiumento illi fuiſſent.impune dimiſſus eſt tanq̄ Mors non uita ſit habenda inſani & furioſi uita.

DE Grimoaldo Duce Beneuentano.

g Rimoaldus dux Beneuentanus Langobardicæ uir gentis: Arriperti filiis Ticino:& Mediolano eiectis ualidiſſimum Gallorum exercitum aduerſus ſe in Italiam a rege miſſum magna eluſit arte exēplo tamen uetuſto.uenientibus Gallis ſimulato metu reliquit caſtra omnis opulentiæ referta:dein noctu hoſtē uino & ſomno ſepultum repente adortus ad ſacietatem cecidit.

DE Chriſtianis Ad Ptolemaidem Sedentibus.

c Ircumſedebaut Galli Venetiq; Ptolemaidem in ora Syriæ & iam non procul aberant quin urbe poterentur.quum tabellariam ſunt Columbam adepti militari clamore ad terram cum literis depreſſam.ſignificabant literæ quas uolucris habuit fore ut intra triduū Rex cum ualidiſſimo exercitu adeſſet ſuis diuturna obſidiōe feſſis auxilio.hic Chriſtiani duces adulterinas ꝑ interceptis aliti affigunt literas.per quas regis nomine monebantur ciues:ut ſuis rebus conſulerent:quando maioribus curis impeditus eo occurrere non poſſet.pertulit Columba fictitiam ad ſuos epiſtolam.eſtq; confeſtim urbs dedita.obſeruauit diem Barbarus Rex:ſed cognita urbis alienatione re infecta retro abiit.

DE ETHNICIS EXEMPLIS:ET PRIMVM.

DE Maiore Cyro.

m Aior Cyrus:quum trans Araxem fluuium feciſſet caſtra dementi ſimilis Maſſagetis in ſe irruentibus reliquit diripenda.quos cibo potuq; graues ac ſomno deditos ad altam noctem adortus cum ſuo rege trucidauit.quod exemplum ſecut⁹ uideri poteſt Grimoaldus cuius proxime mentio facta eſt.ſed quibus tunc artibus Cyrus uicit:eiſdē illis mox paulo eſt uictus. Adeo multo facilius eſt inſtruere inſidias:q̄ Cauere.

DE Hannibale Barchino.

n Vllus hoſtiū ſæpius uicit Romanos q̄ Hānibal Barchin⁹: ſed punico aſtu potius q̄ uiribus.arte ad Trebiam uicit:arte ad Traſimenū & Cannas:& ipſe magna quidem arte a Fabio interclufus maiore aliquāto romanū p̄ſidiū:quod abire uolenti fuerat obiectū:ludificatus per caſſinatē ſaltū in apertū euaſit. ludibrium dici poſſit q̄ bobus ſarmētis ad cornua incēſis in aduerſum montē ab hoſte obſcura nocte adactis Ro.miles noua ſpecie territus præſidio abſceſſerit. DE.M.Bruto.

f Abuloſum uideri poſſit & citra fidem memoriæ p̄ditum Imperatorem Romani exercitus & Stoicæ diſciplinæ uirū rhetibus hoſtes expiſcatum uincendi cupiditate.M.Brutus quum Lycios trās Xanthum Amnem compulſos urbe excluſiſſet: Inditio comperit ſubter aquam nando urbē repetere.tetendit itaq; occulte rhetia cum Tintinabulis ſuperne appoſitis quo inditio incidiſſe hoſtes in Rhetia ſignificaretur:multi per hūc modum capti ſunt:cæteri a ſimili conatu deterriti extorres eſſe maluerunt.

DE.P.Scipione.

p .Scipio:qui primus ex Aphrica a ſe uicta cognomē reportauit:per legatos Syphacis regis caſtra ſpeculat⁹ nocturno deleuit incendio:ut tum demum incenſa uideri poſſint: quum frequenti itu & reditu ab exploratoribus uerius q̄ legatis eorum eſt forma & materies obſeruata.

DE.C.Mario.

n Ec.C.Mario ſuus defuit aſtus:quū iam ſumma rei in aperto ſita eſſet diſcrimine.Caſtris procul a flumine poſitis:& ſpes unica aquandi militi prætenderetur:ſi non ab hoſte aquatio inhibita eēt:qui circa ripas late uagabatur multitudine fretus(erant hi Theutones & Ambrones)hic Ro.imperator ad ſitientes milites conuerſus cruore inquit a uobis potus hodie emendus

eſt aut ueſtro aut hoſtili digitum ad flumen intendens.ac cum his
ſuos ad pugnam uerius quã ad undã dimiſit.felici quidem euen
tu.nam & hoſtilis ſanguinis & fluuialis aquæ Ro.uictor ad ſacie-
tatem hauſit.

DE Hannibale Barchino.

Euocat ad ſe ſtilum punica calliditas.ille idem Barchinus
r Hannibal fractis Carthaginenſiũ opibus patria pulſus ad
Anthiocũ Syriæ regẽ ꝓfectus eſt.cui naualẽ aduerſus Ro-
manos uictoriam noua arte cõparauit:Romanã claſſem ui ſerpẽ
tium ingenti adortus:quos figlinis incluſos doliis medio certami-
ne in aduerſum hoſtem ex improuiſo effudit.quo metu ſubita tre-
pidatio extitit:ex trepidatione pugnæ obliuio: ex obliuione turpis
fuga orta eſt.

DE Mithridate Rege.

Ithridates Rex Põti magno prœlio a Lucullo uictus: quũ
m acie egreſſus ita fugeret ut hoſtẽ haberet ueſtigio hærentẽ
Mulũ auro honuſtũ ſequẽtibꝰ obiecit.cæterũ dũ Romanꝰ
ꝓdæ cupidus aurũ diripit: maiorẽ ꝓdã e manibus labi paſſus eſt.

DE ILLVSTRIBVS VICTORIIS.

DE Habraamo.

St occaſio rerũ oĩum gerẽdarũ mater.ſed Virtꝰ maior om
e ni occaſione multoq; potentior. Magna & memorabilia
hæc duo in re bellica ſæpius pepererunt exẽpla:q̃ Fortunæ
aſcribit ſtultũ uulgus oĩa uni referens accepta: quæ præter opinio-
nẽ eueniunt.ſed inſipientis & deliræ ſit mentis Fortunã appellare
non occaſionẽ:ꝙ Habraamus uir æquitatis & Iuſtitiæ magis q̃ bel
licæ rei ſtudioſus ſemiplena cohorte ingentes Aſſyriorũ copias ad
Iordanis caput teterrima cæde affecit: diſiectaſq; præda ſpoliauit.

DE Gedeone.

At opportunitas centum.xx.millia perduellionũ circa eũ-
p dem fluuium paucis horis deleuit.Gedeõ audacis auctor
conſilii:qui occaſiõe magis q̃ uiribus fretus duabus legi-
unculis trium ualidiſſimarũ gentium exercitus occidione occidit
hoſtilia caſtra nocturno tempore ingreſſus.

DE Ionatha.

Vdax magis an temerarius fuerit Ionathas Sauli filius
a haud facile dixerim.facinus haud dubie omni æuo me-
morabile tentare auſus eſt:qui uno dũtaxat comite adiu
tus uetus Diomedis & Vlixis exemplũ retulit hoſtiũ caſtra noctu

ingreſſus paſſim cum cæde peruagatus tantum pauoris iniecit Phi liſteis: quorũ erant caſtra: ut quũ omnia ab hoſte teneri crederentur: facta ſit fuga. occurrit eo Saulus cum robore copiarũ ubi hoſtẽ ſua ſponte turbatum ſenſit. Philiſteoſq; paſſim diſpalatos inmaniter trucidat. difficile dictu maiore ne Virtute an Fortuna uni hominum aut alteri inuictus alioqui ceſſerit exercitus.

DE Dauide.

h Abuit Dauid cohortẽ unicam ex collectitiis ſuæ gentis uiris q̃ diu extorris fuit patria Sauli Regis ſæuitiam declinans. ediditq; cum his præclara aliquot facinora. ſed illud præcipua memoria dignum. ꝙ Amalechitas qui abſente ſe Sicilechum (erat is uicus quẽ inhabitãdũ Dauid acceperat ab Acho Philiſteorũ rege quum Getheorũ agrũ incurſarẽt) diripuerãt: omnibus fortunis cũ duabus uxoribus ſpoliatus irrequieto curſu aſſecutus: in prouiſo acceſſu incautos quum iam nihil minus q̃ hoſtis expectaretur: adortus fudit fugauitq;: uniuerſaq; præda exutos a prima diei hora ad ueſperam cecidit.

DE Venetis.

e St exemplum quod ſequitur haud dubie recens: ſi ſuperiora ſpectas: ſed Venetæ urbis origini propemodum æquale aut certe originibꝰ proximum. Pipinus Rex quum cætera Italia Gallorum dicto pareret: Venetiq; ſoli omnium ſuæ memores libertatis patriæ iura tuerentur: littorali ora Gallicis armis domita Riuo alto (ſic enim dicta eſt pars urbis celeberrima) minaciter iminebat. aderatq; Pipino ingens exercitus: & cui ne Italia quidẽ tota: nõ mõ Venetiæ ptes obſiſtere poſſe crederetur: uerũ modicus armatorum numerꝰ in cymbis ſedentium ualidiſſimam ratẽ qua Galli uehebantur primo fatigauit: inde uento uenetus adiutus Gallicos conatus non ſolum fregit. ſed hoſtem aquarum anguſtiis colluctantem adeptus partim ferro confecit: partim ſoluta rate medio ſtagno depreſſit.

DE ETHNICIS EXEMPLIS.

n Vllæ ſunt (ut arbitror) uictoriæ magis illuſtres q̃ quum inſignis paucitas aduerſus multos feliciter dimicat. qua acie aut inmenſa uirtus uictoriam iuuet neceſſe eſt: aut ars caſus ue aliquis. ſic ducenta Perſarum millia in Marathoniis campis fuſa fugataq; ſunt ad mare a decem millibus athenienſium & plateænſibus mille. cuius uictoriæ Trophea tanti habita ſunt: ut

ſomnum dormire uolentibus ademerit.

DE Alexandri Magni Victoriis.

Annibal Barchinus eo nomine Alexandrum Macedon ẽ
b qui totum orientẽ domuit omnibus prætulit imperatoribus: ꝙ paruis fretus copiis inmenſos fudiſſet exercitus.

DE Cæſare dictatore.

Enſenda eſt & Cæſaris dictatoris laus ĩ hac parte ac neſcio
c an & ipſe ſit Alexandro in hoc genere præferendus. nullus unꝗ Imperatorum ferociorẽ hoſtem nactus aut ualidiorem ſæpius uicit: maioreq; hominum ſtrage ſuperauit ipſe ſemper Militum numero inferior.

DE Pugna ad Sagram Flu. edita.

Emoria uetuſtior eſt. ſed pugna non minus memoranda
m quæ ad Sagram Fluuiũ in Calabria cõmiſſa eſt. abiit Res in prouerbiũ ut uerius eſſe diceretur quũ quid uero aſſereretur: re ad Sagram olim geſta. ubi dena Locrorũ millia cum modica Rheginorum manu cẽtum triginta millia Crotoniatum una acie profligarunt. nec minori miraculo fuit ꝙ eodem die quo eſt ita inſigniter in Italia dimicatum: fama rei geſte olympiaci cõuentus aures perculit.

DE Timoleone Corinthio.

Agna & Timoleonis corinthii Gloria habenda eſt: quãdo
m reputatio hæc ad plures pertinet. tribus milibus militũ fretus ad Crimniſum Amnem cum ſeptuaginta milib⁹ Carthaginenſium non ſolum acie conflixit: ſed ita etiam prælio uno hoſtem afflixit: ut pars multo maxima Carthaginenſis ſit nobilitatis ibi loci deſyderata.

DE Thermopylarũ Pugna.

Iretur iure aliquis quonãmodo fieri potuerit ut tam opu-
m lentus exercitus a tam paucis uinceretur: cui ne tota quidẽ Sicilia ſatis futura credebatur. Verum deſinet hic idem mirari qui fando audiuerit aut legerit: Trecẽtos ſpartani nominis ad Thermopylas totum orientẽ prælio excepiſſe. exceptum ac fuſum in caſtra cum multa cæde cõpuliſſe. ut magna op⁹ ſit fide ad tam monſtrificos bellorum euentus fortunæq; uolumina credẽda.

DE Stratenſi Pugna.

Ec multũ ab his diuerſa Stratenſium fama. qui ſeptem ua
n lidiſſimis gentibus circũſeſſi omnes modico prælio fude-

runt.ut qui nuper tot & tam diuerſis erant armis obnoxii: multa milia hoſtium tanꝗ pecora uiliſſima totis præſe campis cum fœda ſtrage & multa cæde egerint.

DE Imperatorū:& Ducū:in milites Auctoritate.

q Vanta imperatoris inter ſuos eſt Auctoritas:tanta bene gerēdæ rei ubiq; Spes adeſt.cōfert ad uictoriam haud dubie bellandi Scientia in duce:confert Conſiliū: uigor animi: Felicitas.ſi Auctoritas deſit cætera parū proderunt.ſunt & aliæ uirtutes quæ in eo requiruntur:cuius ductu & auſpiciis res in bello gerenda eſt.ſed cū gregario milite cōes:ſola Auctoritas uniꝰ ē ducis: in qua ſūma impii ſita eſt.

DE Moſis autoritate.

m Ouerūt proculdubio Iſraelitas ꝓdigia ꝗ in Aegypto facta dicuntur:ut Pharaonis minas & imperiū ꝗdātenus contēnerēt.ſed Moſis auctoritas multo impēſiꝰ perpulit ut ſine armis:ſine cōmeatu ꝑ deſerta & diſpēdia uiarū ſexcēta millia hominū unū ſint Ducem ſecuta:ut quum certa relinquerētur: quærerentur incerta.

DE Eodem Moſe.

h Aec eadē in cā fuit ut tam numeroſa multitudo Ducē per medios maris fluctus uadentē ſit intrepide ſecuta.leges ferentē audiuerit.cōflatilē uitulū ſuſtulerit.in ermis in armatam aciē iuerit.in quo aliquid demū eſſe crederet quod ſupra faſtigiū humanitatis eſſet:ſecundū cœli Numen præcipue uenerabile.

DE Ioſue.

a Cceſſit & Ioſue:qui poſt hūc dux fuit:ſua auctoritas.cuius iuſſu circa Iordanē omnis uirilis ſtirpis gens circūciſa eſt: eodē auctore triginta regibus bello uictis æternum obſeruationis fœdus cum deo ſanxerunt Iſraelitæ.omnis Chananeorū terra tributim & uiritim uictori populo diuiſa eſt.

DE Iuda Machabeo.

n Ec Iudæ:q Machabei cognomē tulit:eſt parū a ſuis datū. cuius ductu ꝑmodica hebreoꝝ manus cū ualidiſſimis hoſtiū copiis ſæpiꝰ cōflixit.ꝙ niſi egregia ducis auctoritas affuiſſet:nulla ſubiici neceſſitate potuiſſēt:ut rebus gētis atrocitet afflictis cū eo hoſte manū cōſererēt:cui toties cædēda terga obuertiſſēt.

DE Michaele Veneto Principe.

e Xtitit & in Michaele Veneto Pricipe auctoritatis exemplū clarum & Illuſtre. obſidebat Venetus Tyrum urbē circa Syriā cū numeroſa claſſe.fuitq; obſidio illa longa & labo-

rioſa.& quia procul a patria ſtipendii indiga.ne igitur ſocii nauales remigeſq; ſtipendii cã militiã detrectarent: ex aluta ad tempus pecuniã publica forma ſignauit: adnumerauitq; claſſiariis ea conditiõe: ut domũ reuerſis aurea & argẽtea p tẽporaria repreſentaret. crediderunt Nauales Turmæ: & quicunq; hoĩum in nauibus erãt. publicãq; fidẽ & ducis auctoritatem ſecuti q̃ diu foris eſt bellatũ: ſine diſcrimine imaginaria inter ſe ſunt pecunia uſi.

DE Vitoldo Duce.

u Itold⁹: qui patrum memoria late regnauit in Lituania: (fuit is Vladilai frater qui ĩ Turcos memorabile bellũ geſſit:) tãta inter ſuos fuit auctoritate: ut multi mortales ab eo iuſſi ſine carnifice uitã finiuerint. ſed metus hic fuiſſe uideri poteſt nõ officiũ. mira ſunt quæ de eius crudelitate memoriæ prodita ſunt. nam & ſontes Vrſinis pellibus inuolutos canibus laniandos obiicere ſolitus dicitur. & in expeditionibus arcũ ſemp intentũ habuiſſe: ut ſiquis ordine aberraſſet ſagitta configeret.

DE ETHNICIS EXEMPLIS: Et PRIMVM.

DE Alexandro.

m Elior igiť affectus militaris ordinis in Alexandrũ Macedonẽ. qui quũ Veterani tumultuoſius miſſionẽ efflagitarent: ſenſiſſentq; ob eũ tumultũ alienatũ a ſe regis aĩum: & ſi ſatis honorifice dimittebanť: multũ diu ambiuere ante eius tabernaculũ cũ mœrore & luctu proſtrati ut in ordinem reſtituerentur.

DE Themiſtocle.

t Antum Xerxes Rex Themiſtocli tribuit Athenienſi: ut nocte proxima: qua illum patria extorrem accepit: exclamaſſe dicatur: habeo Athenienſes.

DE Eodem Themiſtocle.

p At illi auctoritas inter ſuos. nam præter Salaminiam pugnam: cuius auctor fuit: ſatis conſtat olympico ꝯuentu totius Græciæ oculos in ſe uertiſſe. tãta in uno fuit aut auctoritas aut uirtutis opinio.

DE Hannibale Barchino.

h Abuit ſub ſignis Hãnibal quũ bellũ ĩ Italia geſſit: Aphros: Numidas: Mauros: Hiſpanos: Baleares: Gallos: Ligures & Italici nominis numerũ ingentẽ. tanta tamen in eo fuit auctoritas: ut nullam in tanta hominum colluuione tam lõgo bello ac tam uarii euentus ſit ſeditionem expertus.

DE Scipione Aphricano.

Cipio Aphricanus: qui Hannibalem uicit: militarem ſeditionem eſt non nunq̃ expertus. fuit in eo alioqui tanta de ipſius uirtute opinio: ut multi Italici nominis: qui iam ſtipendium erant emeriti: ſponte ſecuti ſint illum Aphricam Prouinciam extra ſortem adeptum.

DE. C. Cæſare dictatore.

St & .C. Cæſar qui Dictator: fuit militari ſeditione aliquādo exagitatus: ita tamen ut in nullo ducū maiora interim extiterint auctoritatis exempla. quorum unum ſatis ſit referre. dum Aphricam bello petit: Romæ legionarii mota ſeditione miſſionem efflagitabant. obtulit ſeſe ille nihilo ſecius ſæuienti multitudini omnibus amicis fruſtra reuocantibus. Cæterum uno uerbo quo eos Quirites & non Milites appellauit: adeo circum egit: ut reſponſum ſit ſe Milites eſſe non Quirites: moxq; exauctorati ægre precibus tenuerunt: ut in integrum fuerint ab eo reſtituti. Sic circa Placentiam ſexta Legio multata. ſic. C. Caſſius Pōpeianoꝝ Ducū unus: quū plures ductaret naues ad bellū inſtructas: eidē Cæſari ceſſit paruo nauigio ſedēti. Tāta uni Ducū auctoritas non ſolū inter ſuos fuit: ſed ſuperfuit etiam apud hoſtes.

DE Aemulatione DE Lucifero.

Onam inquit malus Angelus ſedem meam ad Aquilonē: & ero altiſſimo ſimilis. quæ uerba arguunt Aemulationē eſſe in cœlo ortam non Creatoris uitio: qui ſumme bon⁹ eſt: ſed creaturæ eum æmulari cupientis. qui omnia ex nihilo fecit: mala & ignata æmulatio: ipſiq; auctori calamitoſa: nā quo alti⁹ Lucifer aſcendere conatus eſt: eo profundius corruit.

DE Protoplaſto.

Stq; id exemplum Angelis æquale: quod uero ſequitur: cum ipſo homine natū pene ē: niſi Protoplaſtus diuinam æmulari uoluiſſet ſapientiā: nūq̃ lege aberraſſet. nam quid per deum aliud fuit omnium ſciētiam reꝝ affectate: q̃ cœli numē cuius id proprium eſt uelle æmulari?

DE Magis Aegyptiacis.

Ate patet hic affectus: caretq; interdum uitio: nam æmulari in homine quæ iure laudentur: non ſolum non deteſtabile ſit: ſed laude etiam dignum: modo odium & inſectatio procul abſint: quale in Aegypto accidit. quum eorum quidam qui

Digitized by Google

ſapientes uideri uolebant cũ Moſe iri certamẽ uenere magis odio q̃ ꝯtentiõe accẽſi.nã qa propheta ſummus myſtica utebaẽ uirga: q̃ cœli prouidẽtia nũc Serpẽs fieri nũc aliud diuerſum: Magica illi arte fræti ne miraculũ pro miraculo eſſet: nouum cõmẽti ſunt oculorum ludibrium: ut quibus ipſi uirgis magicis utetentur: in Colubros uerterentur. coarguit Magorum fraudẽ diuina uis cui nemo niſi impius repugnat: uanaſq; hydrorũ ſpecies non ſine ſpectantium ſtupore uerus myſticuſq; Moſis deuorauit ſerpens.

DE Betheleii Senis Aemulatione.

a Ge uero & q̃ Betheleii ſenis deteſtabilis fuit æmulatio: qui prophetã mentitus: Iadanẽ uirum prophetici ſpiritus inſtituto auertit itineř. ſenſit fatidicus ſenex Bethleem reuerſus incurriſſe iram numinis: ꝙ tantũ Roboæ impietatẽ iuſſus corripere: prophani hominis dicto temere obtemperaſſet. ſenſit ac ſimul uaticinatus eſt: fore ut breui uiolento belluæ incurſu laniaretur. nec uaticinio defuit euentus.

DE Simone Mago.

ſ Imon Samaritanꝰ magicæ artis haud ignarus unde & Magi illi cognomẽ fuit: quia pietate & omni uirtutum genere inferior erat Petro Bariona malis eum artibus uincere conatus eſt: obiecitq; magicas uanitates diuinæ uirtuti hunc prouocare auſus: cui ligandi ſoluendiq; omnia e cœlo ꝯceſſa erat poteſtas: Concidit Simon medio conatu: & dum pietati illudit: Illuſus eſt: dum cœlum inaniter ſcandit: ſolo eſt grauiter afflictus.

DE Rufino Aquileienſi.

q Vid ꝙ ne Hieronymo quidem in quo tantum infuſi lumi nis fuit: tantum eloquentiæ: ſuus defuit æmulus? ſed potuit Rufinus uerbis contendere: ſanctitate non potuit. q̃q̃ ſi illud quoq; in ambobus pẽſetur: tantũ Strigonenſis illa tuba Carnicæ præſtitit: quantum Indici elephantis barritus: culicis bõbitulo.

DE Brachio: & Sfortia.

ſ Ed nihil uoluit Natura eſſe ſine pari: nulla uirtus fuit unq̃ tam ardua: quam nõ aliquo modo exercuerit æmulatio: ut nullo alio affectu plures reperiantur in omni uirtutum genere profeciſſe: dum parem hic ferre nequit: ille ſuperiorẽ. enim uero aut alia omittam: adeo hic ſtimulus ad æmulationẽ accendit duo illuſtrium uirorum paria: Auorum noſtrorum & Patrũ memoria militaris gloriæ cupiditate: ut omnem Italiam in duas tra-

xerint facti oẽs. Sfortiā & Brachius primo nobilitati : unde Sfortiani & Brachiani fuere ſecuti Nicolaus cognomento Picininus : & Franciſcus paterno cognomine: adeo acribus ſtimulis ſibi infeſti. ut uterq; alteri ſemper fuerit hoſtis: ingenio: ſucceſſu: opibus: uirtute bellica adeo inter ſe pares: ut nihil præter euentum : fecerit in his diſcrimen. Euẽtus: qui de oĩbus Iudicat: Sfortiā maiorẽ declarauit.

DE ETHNICIS EXEMPLIS: ET PRIMVM.

DE Theſeo: & Hercule.

i N nulla parte inſtituti operis maior exemplorũ copia uberiorq; materia ſeſe nobis obtulit: q̃ in iis quæ ad æmulationem pertinent: uel quia res hæc multo plures illuſtrauit: q̃ ullus alius hominis affectus: uel q̄ pluribus ſit ingenitus & quodã modo a natura datus: ut per eum uita exercitatior fiat: & ad laudẽ adipiſcendam concitatior. ſed in tam multis nobis modus tenendus eſt cum delectu præſertim in ethnicis quæ hic ſubtexẽda ſunt. quorum uetuſtiſſimũ illud Theſei. Qui Herculis propinqui fui laborum æmulus aliquot in terra Græcia cõfecit mõſtra hominũ & ipſe grãde nomẽ adeptus: niſi partum decus peregrinatum mulierum rapina turpiter fœdaſſet.

DE Salmoneo: & Alladio Albano.

n Ec recens eſt de Salmoneo: & Alladio : memoria : quorum Albæ hic in Latio: ille in Elide Arcadiæ Iouis tonitrua fulguraq; imitati calamitoſo æmulationis euẽtu uterq; ſuæ pœnas luit impietatis cœleſtem ignẽ experti: quem nõ minus ſtulte q̃ impie uano ſtrepitu imitabantur.

DE Hercule Thebano.

p Oteſt & Alcmenæ filius uideri Liberum patrem æmulari uoluiſſe terrarũ orbe ab ortu ad occidẽtem ſolẽ & meridiẽ peragrato colũniſq; in ipſo oceani & terræ ꝯfinio ꝯſtitutis.

DE Alexandro Macedone.

a Lexander Philippi filius(quod ſatis conſtat) intra Hidaſpẽ fluuium & Gangem metas fixit rerũ a ſe geſtarũ terminos indubitato æmulatiõis argumento: eorũ quæ duo illi diu antea geſſerunt.

DE Themiſtocle Athenienſi.

f Vit & Themiſtocles Ambitioſus : atq; in tantum illuſtriũ uirorum æmulus: ut plane fateretur Milciadis trophœa ſibi ſomnum adimere.

DE Platone:& Xenophonte.

Aeterum quia adhuc de Græcis ſermo eſt: Plato uir ſum-
c mus:& Xenophon:haud expertes fuiſſe creduntur talis af
fectus.id inditio eſt ꝙ Neuter alterius meminit unq̃: quũ multa uterq; ſcripſerit ambo clari:& inter ſe alioqui noti ſocraticæq; ſapientiæ ambo alumni.

DE Ariſtotele.

Idit Ariſtoteles Stagirites Xenocratem ſibi prælatum:cu
n ius condiſcipulus fuit(nota eſt uox Platonis cui illi ambo
operam dederũt:heu qualem Aſinũ iunxi currenti Equo).
nec eam tulit ignominiam philoſophus alioqui eminentiſſimus. ſed procul Athenis:ubi id acciderat:reliquũ uitæ egit atticæ ciuitati haud dubie iratus.pari affectu ad Rhetoricen tractãdam ſeſe cõtulit Iſocratis æmulatione.nota eſt eius uox. Turpe eſt Ariſtotelem ſilere loquente Iſocrate.

DE Apelle Coo.

St & Apelles æmulantium ambitione ſæpe uulgi iudicio
e ſuperatus.prouocauit inde ad Naturæ tribunal eſtq; ab ea
uictor iudicatus in Equi figuratione.

DE Zeuſi:& Parrhaſio.

On minori propemodum iudicio Zeuſidis: & Parrhaſii
n æmulatio deciſa eſt:in quo certamine nõ Natura: ſed Ars
ipſa:quæ eſt Naturæ æmula:iudicauit.

DE.M.Craſſo.& Pompeio.

Vnt Romanorum in utramq; partem ſua exẽpla: & mul-
ſ ta & magna: fuit.M.Craſſus ex confeſſo Cnei Pompeii
æmulus:ſed ut diuitiis maior: ita rerum geſtarum gloria longe inferior.Catonem cui Vticã cognomen dedit.M.Fauonius æmulatus eſt in uitæ ſanctitate.Hortenſius Ciceronem in eloquentia:ſuntq; multo facilius æmulorũ nomen: q̃ propoſitum adepti.

FINIS SEXTI EXEMPLORVM LIBRI.

MARCI ANTONII SABELLICI EXEMPLORVM. LIBER SEPTIMVS.

DE GRATITVDINE:ET PRIMO. DE Iſraelitis.

NEſcio quonam modo id accidit ꝙ nuper ciuitate egreſſa: & in re bellica non nihil commorata:eodē ſua ſponte inſtituta hæc exemplorum reuertit̃ explicatio: qua propter nō in ſago erit poſthac:ſed in toga:cui ſequens liber: & qui proxime ſubiicietur :deſtinátur. offertqꝫ ſe nobis urbana repetentibus laudatiſſima uirtutū omnium Gratitudo:res Cœlo: & hominibus iucunda : gratiqꝫ nominis: in quo genere : ut uetuſtiſſimū ita maxime piū Iſraelitæ exēplū edidere.qui excuſſo ſeruitutis iugo perqꝫ medios pelagi fluctus:in pacatum egreſſi:confeſtim deo ſeruatori hymnum cecinere:quem Moſes itineris auctor eſt pie meditatus.

DE Eadem Gente.

Vit & in Rabaam Hiericūtiam eadē gens nō ingrata:quā
f in Hiericuntis excidio ſolā cum tota domo præſtitit incolumē:ꝙ ſuos hæc exploratores in urbe deprehenſos per diem texiſſet:quum ad ſupplicium quererentur:noctuqꝫ tutos in caſtra dimiſiſſet.

DE Dauide.

Ratus & Dauid Rex:qui Ionathæ opera ſæpius ſeruatus
g (erat filius Ionathas:Sauli regis:quo nullus unq̃ hominū fuit Dauidi infeſtior)poſtea q̃ regno Dauid potitus eſt:Ionathæ eius filium complexus:quum omnem alioqui progeniem Sauli hoſtiliter inſectaretur:unum ob patris memoriam clemēter fouit:regioqꝫ conuiuio aſcripſit.

DE Cyri Regis in Iudæos Gratitudine.

Equuntur duo externorū Regum exempla : ſed Iudæorū
ſ rebus nihilomin⁹ inſerta: & ob eam rem in ordinem redigenda:Cyrus maior ꝙ in Eſaiæ libris.cc.ante & amplius annis editis:nomen ſuum diſerte poſitum inuenit : prophetæ carmē hoc habuit.Volo cyrum quem multarum & magnarū gentiū

regem conſtitui populũ meũ ad propria remittere: ibiq; mihi templum iterum ſuſcitari.ipſe inq̃ Cyrus prophetica prædictione lætatus:edicto teſtatus eſt ſe Iudeos in patriam remittere:ut Deo templum reſtituerent:cuius prouidentia multo priuſq̃ naſceretur fuiſſet Rex conſtitutus.

DE Alexandri in Iudæos gratitudine.

Ari gratitudine Alexander Macedo: quum Hieroſolymis eēt Danielis ꝓphetæ oraculo inſtructus fore:ut Rex Græciæ Perſarum olim opes euerteret:certa ſpe uictoriæ ex ea re præcepta: Iaddum & cæteros ſacerdotes per quos fatidicum carmē cognouit:ampliſſimis donauit muneribus.ipſi ciuitati permiſit ut ſuis uteretur legibus:tributumq; in ſeptē annos remiſit.

DE Alexandro Pontifice.

Lexander Ro.Pontifex qui tertius fuit eius nominis nouitate ſuorum temporum Federico Imperatori per Venetos recõciliatus reſtitutuſq; in priſtinã dignitatẽ: grato aĩo umbella & aliis inſignibus Veneti Principis Maieſtatem excoluit.

DE Venetis.

Diiciatur his publicũ Ciuitatis exemplũ:quando Venetorum mentio proxime facta eſt:Franciſcus Dandulus quia ad publicam ignominiã deprecandam diu ad Clementis Romani Pontificis menſam humiliter ſtratus iacuiſſet:ad quod ipſum fuerat publice in Galliam miſſus:ex ea legatiõe reuerſus:magno oium ordinum fauore Princeps eſt Ciuitatis factus:ut qui nuper in ſqualore: & ſordibus pro patria conſpectus eſſet:ſublimi loco conſpiceretur auro & purpura conſpicuus.

DE ETHNICIS EXEMPLIS:ET PRIMVM.

DE Ro.Mulieribus.

Roximus eſt publicæ gratitudini uetus ille Romanarum mulierum luctus:quæ Iunium Brutum ob læſam Lucretiæ pudicitiam Tarquiniorum inſectatione: inſigniter uindicatam annum integrmm luxere.

DE Romulo.

Etuſtioris adhuc memoriæ eſt illud Romuli:is quia matronarum interuentu Sabino bello ciuitas defuncta eſſet: in dubitato gratitudinis argumẽto ſtatuit:ut præter alia ornamenta ob id meritum mulieribus uno decreto congeſta ad omnem occurſum uia illis decederetur.

DE Recentiore Ro. Mulierum Gratitudine.

VLchrum Facinus:& in primis memorabile ꝙ in ea urbe
p quæ futura erat caput:& arx omnium gentium uirilis gra-
titudo cũ muliebri toties certarit:Enimuero matronæ rur-
ſus ob inſignem pietatem a Martio Cotiolano matri exhibitam
eum extinctum menſes decem Luxere.

DE Romanorũ Gratitudine in Mulieres.

Ontra publico decreto his datũ:qa Senonico bello Aurũ
c in mediũ cõtuliſſent ad Capitoliũ obſidione ſoluendũ ut
Mulieres uita defunctæ pro concione laudarentur: quũ is
bonos ad id tempus uirilis eſſet:& nõ alterius ſexus.

DE Minutio Magiſtro Equitum.

Inutius Magiſter equitum cui ſecũdo bello Punico æqua-
m tum eſt cum Dictatore imperiũ temere in Pœnorum inſi
dias præcipitatus circũuentuſq; ab hoſte cum dimidio co-
piarũ:erat haud dubie locum ipſum Ro.clade ante Cannas nobi
litaturus.Cæterum Fabii Maximi Dictatoris a quo diſſentiebat in
adminiſtrãdo bello celeri occurſu iminẽti periculo ſubtract⁹:haud
inepte ad infamiã diluendã gratitudinẽ temeritati prætexuit:ultro
q; Dictatori imperiũ reſtituit patrẽq; appellauit:fuit ꝑterea ſuis au
ctor ut patronũ militari clamore ſalutatũ aurea corona donarent.

DE Populo Romano.

Tatuit Po.Ro.Antonio Muſæ Medico ſignum Aeſcula-
ſ pio proximũ ob Auguſtum periculoſo morbo ſeruatum:
monumentũ publicæ gratitudinis haud uulgare:præcipu-
umq; artis decus:ꝙ potentiſſimi populi oĩumq; gentiũ uictoris iu
dicio un⁹ aliquis hoĩum medicinæ Deo æquari debuerit:ꝙ caput
unũ:& ſi ciuitati gratiſſimũ maiore felicitate:ꝙ̃ artis pitia ſeruaſſet

DE Græciæ Gratiſſimo Decreto.

Alis nec minor honos:minore ue gratitudinis fonte egre
t ſus Hippocrati Medico contigit in Græcia:nam quum pe
ſtem ex Illyrico appropinquare diceret:ex diſcipulis quoſ
dã in diuerſas Græciæ ciuitates dimiſit:q illis laborare incipiẽtibus
opitularentur.qua propter eoſdem quos & Herculi Græcia illi ho-
nores decreuit.

DE Eiuſdem Græciæ Gratitudine.

Ec ingrati animi in humani ue affectus extitit in eadẽ gen-
n te exemplũ. quum.n.Iſthmiaco conuentu.T.Flaminius.

poſt Philippum regem uictum omnib⁹ Græciæ populis: quorum libertatẽ Macedo oppreſſerat: in priſtinæ fortunæ ſtatum præconis uoce reſtituiſſet: tantus eſt fauor audientium ſecutus: ut aues ſuper ne uolantes ad terram deciderint. quin maiora etiam gratitudinis argumenta extiterunt. Chalcidenſes diu in eo perſeuerarunt: ut nul li deorũ templũ niſi Flaminii nomine appoſito dedicarent: ut Her culi: Mineruæ: Neptuno ue: & Flaminio ſacrum inſcriberent.

DE INGRATITVDINE.

ſ Atis cõmode Mortales inter ſe agerent: eſſetq́ uita hominis ꝓculdubio tutior beatiorq́: ſi nõ plura extarent Ingratitudinis exempla q̃ eius uirtutis cuius nunc memini. nam quotus quiſq́ alienum mauult meritũ q̃ ſuum cõmodũ perpende re? iam uero uita hominũ eo proceſſit: ut pro beneficio ſit potentio ribus gratificari: credaturq́ diues præſtare officium non accipere: ſi oblatum non repudiet: Nulla gens: Nulla ciuitas fuit in terris unq̃ quam non id uitiũ quadãtenus fœdarit: ut pene plura in hoc uitio ſit q̃ in cæteris oib⁹ inuenire exẽpla. aut qa deteſtabiliora ſint & ob eam rem magis cõſpicua: aut ꝙ Natura ſit hoĩs cõtumax: nec mi nus aliud uelit q̃ debere.

DE Malo Angelo.

ſ Ed qd hoc? Lucifer q multo nobilior ſanctiorq́ fuit hoĩe: niſi ingrato fuiſſet aio nunq̃ meditari cœpiſſet altius ſcãde re. qd ingrate magis an impie cogitarit difficile ſit iudicaṙ.

DE Adamo Protoplaſto.

p Ari exemplo: ſed euentu minus atroci primus homo cõci dit terreſtribus delitiis & ĩmortalitate corporis amiſſa crea toris ſui immemor: quippe qui plus ſcire uoluit: q̃ hoĩem oportebat: ſed noxa hæc minus infelix: quia redemptorẽ inuenit.

DE Iacob: ſiue Iſraele.

n Eq́ Iſrael (quod fas ſit dicere) multũ in eo gratus dici põt: ꝙ domo ꝓfug⁹ miti hoſpitio: dupliciq́ filiarũ cõnubio or natus a Labane auunculo: Diuitiis ꝑterea auctus: ad extre mũ occultã ab eo fugã meditatus eſt magna ſtabulorũ parte cum ſeruis cõpilata.

DE Pharaone.

q Vid Pharo Aegyptius Rex an ipſe parum ingrate egiſſe ui deri poteſt qui Moſen poſt præclarã illam quã de Aethio pibus uictoriam reportauit: Meroeq́ ex hoſte capta: haud dubie interfeciſſet: niſi matura ille fuga ſeſe periculo ſubtraxiſſet Numinis prouidentia (ut credere eſt) ſeruatus.

DE Iſraelitarum Ingratitudine.

f Ed minus damnet neceſſe eſt Pharaonis factum: qui Iſraelitarum in eundem non ignorat ingratitudinem. populus ſeruitio exemptus: ſepius deſyderiis leuatus: manifeſtis rerum miraculis per deſerta traductus: ſeditioni magisq́ pietati indulgens ſtultæ impieq́ ducem ipſum maledictis inceſſuit: minaciter occurrit: imperium detractauit: communis exitii auctorem appellans quem populi ſeruatorem multo uerius dixiſſet: eſt ingratitudo illa ſæpius cœleſti ultione expiata: ſed non minus propterea immerito duci totius gentis uitio repræſentata.

DE Saulo.

i Ngratus magis an amens fuerit Saulus Rex: non facile dixeri: quem inſanientē toties Dauid recreauit: arcaniſq́ eo carminibus retraxit: ut mens & ratio hōini conſtaterit. cui⁹ regnum Goliadis cæde ſtabiliuit: a cuius corpore uiolādo bis abſtinuit: quū bis iniuriæ obnoxiū habuiſſet. & quū tot modis ille Saulū demeruiſſet: ingratus Rex quo ad uixit Dauidē capitaliter odit atq́ ita pertinaciter: ut in eum ſæuire nō niſi cum morte deſierit.

DE Iuda Schariote.

ſ Ed detur hoc furori & amentiæ. Iudæ Scharioti: non niſi perfidiæ & ſceleri dandum. ꝙ quem magiſtrū: & regem ſibi delegit: quem eundem e cœlo eſſe miraculorū magnitudine ſcire potuit & debuit: a quo apoſtolatu inſignitus cœlo admouebatur: modica pecūiarum iactura quæ in myſtica unctione ſacri corporis fuit adeunda: uiliſſimo uendidit pretio: quin ſe ipſū potius homo infeliciter natus uendidit uel uerius perdidit prius cō ſilio: mox præcipiti deſperatiōe: ut q omnē Iſraelis progeniē ſedēs iudicaturus fuit: ſua ſit perfidia & impietate iudicatus.

DE ETHNICIS: ET PRIMVM.

DE Iaſone.

a Ge nūc: & q̄ in Ethnicis ſunt: referamus an ne aliud æque ueteres Poetæ mirati ſunt: aut potius deteſtati: q̄ Iaſonis ingratitudinem: qui Medeam regis filiam: cuius opera aureum uellus ex Colchide abſtulit: grauiq́ eſt periculo ſeruat⁹: ex qua pulchram extulit ſobolem: noui connubii cupidus repudiauit: ſed mala libido male illi uertit: quippe qui nouo ueteriq́ Toro exutus liberis amiſſis: exul patria: luctu & mœrore confectus uitam cum morte commutauit.

DE Theſeo.

Ec meliore exemplo: exitu ue minꝰ luctuoſo Theſeus Ariadnã: p quã Minotauri laniatũ effugit: ſuos ciues ſeruauit: patriam ſeruitio exemit: in Naxo inſula reliquit captus ſororis forma: a cuius cõnubio ſi abſtinuiſſet: nec ipſe filio orbatus eſſet: nec Aegei penates inceſti amoris ſugillati fuiſſent affectu.

DE Laomedonte.

T quoniã poetica fides in hac parte recepta eſt: age nũc: & quo ſit Laomedon nomine cẽſendus uideamus: perfidus ille (quis ignorat?) qui fidem Herculi non præſtitit: ſed magis adhuc ingratus: q accepti beneficii inmemor: nõ ſolũ præmio fraudauit: ſed hoſpitio ẽt exceptũ quantum in ſe fuit perdidit.

DE Paride.

Aiore etiam num fraude ingratitudineq; magis deteſtabili Alexander huius nepos ex hoſpite factus eſt prædo regiam matronam regio Toro abduxit: quo ſe flagitio ſuoſq; cum ipſa patria male perdidit.

DE Athenienſibus.

Ngratæ & in Socrate Athenæ uirũ Apollinis iudicio oium ſapientiſſimũ iudicatũ: cui pro Attica iuuentute ſancte & ſapienter inſtituta: uenenũ repen derunt: ingratæ & in Miltiadem: quem pro marathoniis T ropheis: uinculis & carcere macerarũt: cui non plus pro fuit ꝙ aſſertor Græciæ fuiſſet: q̃ ſi ſignorum deſertor.

DE Syracuſanis.

Yracuſani Dionem ſuũ haud multo poſtq̃ per eũ libertatem receperant: urbe eiecerunt: eiectũ breui poſt ſua ſponte reuocarunt: reuocatum interemerunt.

DE Alexandro Magno.

Am parum ſobrie: quã etiam ingrate feciſſe uideri poteſt Magnus Alexander qui Clytum Nutricis ſuæ filium in cõuiuio interfecit: ꝙ aliquanto liberius Philippi patris geſta extolleret: ſed q̃ Macedo in patrem: cuius laudi inuidebat: tantum nec minus in Clytũ ingratus: per quem ꝑlio ad Granicũ amnẽ cõmiſſo morte ſeruatus: ingens nomen: & imperium ſibi cõparauit.

DE Thebanis.

Vlla Græciæ ciuitas habuit unq̃ tam claros Duces uno tẽpore: nec qui tam concordi animo rem publicam adminiſtrarent: q̃ Thebæ Epaminũdã & Pelopidam: qui patria

In libertatē aſſerta:ſpartanis Græciæ pricipatu deiectis:ampliſſimis
rebus domi foriſq; geſtis inſignes paucorū ciuium obtrectatione
maieſtatis rei cauſam dixere:Adeo nulla unq̃ uirt⁹ fuit tam aut ſu
is utilis:aut tam mitis:quam nō domeſtica uellicarit inuidia.

DE Plurium Ciuitatum Ingratitudine.

Aec eadem peſtis cæterum nō ſine publicæ ingratitudinis
h ſuſpitione Annibalē abſentem reuocauit:reuocatum expu
lit:hæc utrūq; Aphricanū hunc nocturna cæde : illum per-
petuo exilio afflixit.

DE DISCORDIA:ET SIMVLTATE PRINCIPVM : IN
RE.PV. Adminiſtranda.

St(ſcio)a multis quæſitū diſſenſio animorū:& uelut ſimul
e tas quæ ſæpe in his extitit quibus domi foris ue ſūma ē rei
publicæ credita:ꝓducibilis ne ſit ciuitati:an calamitoſa po
tius:ſunt non pauci reperti qui ciuilē probent diſceptationē ſi citra
ferrū id fiat:ut q̃ ſit in Honeſti & Vtilis diſquiſitioē poſita:qd ſæpe
in ſenatu accidit:publiciſq; cōciliis:quū de ſūma rei cōſultatio inci
dit:ubi quo plures ſñiæ dicunt magiſq; inter ſe diuerſæ:eo accurati
us omnia decernunt:quū quid uerum ſit:qd conducibile magis li
queſcat:ſed ut contentio hæc ſæpe utilis domi:ſic in re bellica:quū
Duces inter ſe diſſident:Triſtis & funeſta regnis & ciuitatibus qua
rum res geruntur:Id experientia rerum omnium magiſtra non
uno docuit euentu.

DE Ariſtobulo:& Hircano Fratribus.

Riſtobulus & Hircan⁹ fratres dum domi foriſq; ad ſe thra
a hunt hieroſolymitani regni ſūmā:Nabatheis primo : mox
Romanis paternū regnū prodidere.

DE Hieroſolymitanis Ducibus.

Ec eo bello quo Hieroſolyma orientis olim clariſſima ex-
n ciſa ſunt æque aliud funeſtū ciuitati fuit & exitiale:q̃ Elea-
zari:& cæterorū ducū diſcordia:horū diſſidiū nō min⁹ ob
ſeſſā multitudinē intus afflixit:q̃ foris Romanus hoſtis qui mœni-
bus hærebat.

DE Obelerio:& Beato:Venetis Ducibus.

Em Venetā adoleſcere incipientē Obelerius & Beatus fra
r tres:dū diuerſo uiuunt ingenio:parūq; concordi animo in
ſūma rei adminiſtrāda:in aptū diſcrimen adduxerūt:ciui
tate tam graui & ancipiti bello implicita ut propiores fuerint peri-
culo q̃ uicere.

DE Varnenſi clade.

Obilitauit Varnam in ora pontici maris chriſtianus cruor
n patrum memoria: fuitq; noſtris hominibus pugna illa fu-
neſta: & calamitoſa: non magis hoſtium uirtute: q̄ chriſtia
norum Ducum diſcordia: nam dum quiſq; per ſe properat uince-
re: omnes una uicti ſunt: atq; occidione occiſi.

DE Gallis Ducibus.

Eſſiſſet Gallis Syriam Gothifredi Bolionii ductu: & auſpi-
c ciis inuadētibus: poſt Anthiochiā captā multo diuturnior
de Hieroſolymis cæteriſq; eius terræ urbibus uictoriā: niſi
ducum diſcordia interceſſiſſet: quæ in cauſa fuit: ut ſiqua lætıcia or
ta eſt ex iis: quæ poſtea feliciter geſta ſunt: plus nimio fuerit chriſtia
nis hominibus breuis: & uictoria ad poſtremum irrita.

DE Italorum Ducum Diſcordia.

Vperuacuum ſit (credo) memorare quoties: & quibus lo-
ſ cis ualidiſſimi exercit⁹ in Italia ſint aut deleti: aut male ha
biti ſuorum ducū diſcordia: ſic circa Aemyliam patrū me-
moria Pontificiæ & ſociorū copiæ in Bononiēſes miſſæ a Nicolao
Picinino Ducibus inter ſe diſſidentibus p occaſionē fuſæ fugatæq;
ſunt: ſic Veneta claſſis in Pado deleta præfecto claſſis a Carmanio
la diſcrepante: ſic Philippi Vicecomitis res: haud uno loco pericli-
tatæ ſunt tacita ducū æmulatiōe: aut parū feliciter adminiſtratæ.

DE ETHNICIS EXEMPLIS: ET PRIMVM.

DE Ariſtide.

Vam ciuilis & ſenatoria diſſenſio ſit non ſemper utilis ſed
q obeſſe etiam poſſit uehementer rei.pu. memorabilis uox
Ariſtidis Athenienſium optimi facile declarat. cui quum
ciuili adminiſtratione parum cōueniret cum Themiſtocle: (erant
enim ingenio & moribus diuerſi) (conſtans hic & æqtatis amicus:
ambitioſus ille & temerarius) ſolitus dicere eſt rē pu. Atheniēſium
nunq̄ incolumē futurā: niſi ſe: & Themiſtocle ī Barathrū cōiectis.

DE Achille: & Agamemnone.

Onge uetuſtior res eſt: ſed ab eo quod nunc agitur nō alie
l na. Græcis ad Troiā ſedentibus nihil æque obſuit ac regū
diſcordia: quæ multo ſæuior Danais īcubuit: q̄ aut fames:
aut peſtilentia. fuit enim hæc breuis & paucorum dierum: ſed cæ-
des quæ ob Achillis ſeceſſionem eſt ipſi genti ab hoſtibus illata: fu
it omni calamitate calamitoſior.

DE Pericle: & Cimone Athenienſibus.

Et Periclis & Cimonis æmulatio atticæ ꝓfuit ciuitati:hinc
n ſæuientis populi fœdæ illæ tempeſtates Pericli uiro ſũmo
medio belli ardore alienis ſtimulis concitæ:ut uel quæ uti
liter fierent:eſſent ipſi duci inuidiæ.

DE Pelopida:& Epaminunda Thebanis.

Xercuit idem malum rem Thebanam aliq̃diu : Pelopida
e hinc rem pu.illinc Epaminunda ab initio trahentibus: tu/
lit eos patria diſſentientes:quæ mox rem pu.concordi ani
mo adminiſtrantes ferre non potuit.

DE Hannibale:& Hannone:Cartha.

Am uero ſiquis Hannibalis fremitũ indignantis attendat:
i nihil huic dubiũ erit:quin Hannonis cum eo Duce & Bar
china domo ſimultas plus Ro.Populo cõtulerit ad uicto-
riam:q̃ Metaurus & Adrumetum.

DE Fabio Maximo:& Scipione.

Vid ꝙ ſi Fabio Maximo eſſet obtemperatũ:Scipio nunq̃
q exercitum in Aphricam deportaſſet:potuitq; duorũ diſſidi
um Romanũ Populum nobili uictoria priuare quæ breui
ſecuta eſt:ac neſcio an etiam efficere:ut Italia punicis armis diuti-
us premeretur.

DE Pompeii:& optimatiũ diſcordia.

Ocuit Romano Imperio: imo ipſi libertati intempeſtiua
n optimatiũ conſpiratio:quæ.Gn.Pompeiũ poſt clariſſimã
uictoriam a ſe alienauit:ꝙ ei⁹ acta probare noluiſſet.ex eo
quidem fonte omnis rei publicæ labes redũdauit.ac ciuilia bella:
quæ deinceps ſecuta ſunt:ex funeſta illa cõtentione profecta uide
ri poſſunt:quæ libertatem & imperium euerterunt.

DE Catone:&.C.Cæſare.

Cceſſit his malis acerbus & exitialis.M.Catonis ſtimulus
a C.Cæſarem hoſtiliter inſectantis uiri alioqui iuſti & æqui-
tatis amiciſſimi:fuit tñ inexpiabile illud Catonis odiũ iudi
cia & damnationes denũtiantis armato Duci ciuilis belli claſſicũ:
ut merito Cæſar credi poſſit magis huius & aliorũ æmulatiõe per-
citus q̃ dominãdi libidine ex ciue hoſtis factus:& q princeps eẽ uo
luiſſet ne legibus cogi poſſet:ſit Tyrãnus uerius q̃ Dictator factus.

DE PRIVATIS HOMINVM AFFECTIBVS.
ET PRIMVM.

DE Christo.

Nigenitus Dei filius:qui ut hominẽ redimeret : Homo &
u Deus eſſe uoluit:nunq̃ riſiſſe dicitur:idem infremuit ſpiri-
tu:ingemuitq; fleuit autẽ nõ nunq̃.qui affectus & ſi homi
num ſunt:niſi in uere ſapientem non cadũt : ſed cæteros hoĩes aut
Ars aut natura effinxit:ipſe qui deus fuit:talis quidem eſſe uoluit.

DE Sampſone.

Ampſon:cuiꝰ uetuſtior eſt fama:mortaliũ fuit fortiſſimus:
ſ mirum eſt quod de eo produnt diuinæ literæ.fuiſſe robur
illud hominis in capillis:quibus defectis uinctus ſit & illu-
ſus ab iis quibus terrori fuerat:ac ſæpius exitio.

DE Solomone:& Aliis Illuſtribus Viris.

Ed q̃ hic fortis & Validus:tam nec minus ſapiẽs Solomõ:
ſ tam iracundus:& implacabilis Saulus:Iob patiẽs : Ioſeph
iuſtus:Machabeus Iudas audax:tam fatidicus Dauid.qui
bus ſua cuiq; uirtus adeo inſigniter affuit:ut unus omnium in ſuo
genere ſempiternum ſit nomen adeptus : tranſgreſſus ſcilicet hu-
manitatis faſtigium.

DE Moſe:& Helia.

Vod Moſes & Helias in quadrageſimũ diem ieiunium ex
q tenderint:quia humana conditio fidei repugnat: ut pie ita
uere cœli prouidentiæ imputabitur.

DE Petro Bariona.

Leuit Petrus Bariona apoſtolorũ princeps ter ſuo rege ab
f negato : exiitq; affectus ille nõ in triduũ ſolum:ſed in om
ne uitæ tempus.ut quoties triſtis illa Incõſtantiæ ſuæ recor
datio ſubiret animũ:ubertim flere ſit ſolitus.

DE Franciſco Aſiſiate.

Ranciſci Aſiſiatis contẽplatio adeo uehemens fuit & affe-
f ctus plena:tam tenaciter dominicæ paſſioni in hærens : ut
ſacratiſſimi corporis ſtigmata eodem numero ſuiſq; locis
ſint precanti illi repreſentata : per quæ fortiſſimus Chriſti Miles eſt
ſignifer factus.

DE Catherina Senenſi.

Atherina Senenſis tulit & ipſa ſuo corpore redẽptoris ſtig-
c mata:aſiſianæ ſcilicet pietatis & meditationis æmula.

DE Io.Scoto.

Rædicari audio Io.Scotum : quo nemo ſubtilius diuinas
p tractauit literas:animo linqui ſolitum ac uelut exanimem
eodem quo deprehenſus eſſet loco:per diem interdum &

amplius immobilem ſediſſe mẽte & ſenſibus ſopitis: aut certe procul a corpore aberrantibus, atq; ita demum ab hominibus eius rei ignaris pro defuncto elatum.

DE ETHNICIS: ET PRIMO.

DE Ariſtea Proconeſio.

t Ale quiddã paſſus dicitur Ariſteas Proconneſius, cuius anima ſolita ſit euagari relicto corpore: quam nacti occaſionẽ eius inimici corpus ita affectum flammis cõcremarũt: eſtq; menti pegre redeunti uelut uagina Gladio adempta.

DE Epimenide Cretenſi.

e Pimenides cretẽſis. L. dormiuit annos ſubterraneo ſpecu: Cæterũ tantũ abeſt ut res pro falſo refelli poſſit: ut & ipſe quoſdã agnouerit: & in his fratrẽ adhuc ſuperſtitẽ eſt uero & ipſe a ſuis agnitus. tam & ſi puer admodum amiſſus. eius ſapientia celebris fuit in Græcis: nec ætas minus inſignis: quæ. C. L. ſortita eſt Annos.

DE Socrate.

i Am uero Socrates: ſi uera ſunt quæ de eo traduntur: ſemp eodem fuit uultu: eadem illi temperies animi affuit: quũ uxorẽ duxit: quæ & quum uenenũ bibit.

DE Timone Athenienſi.

t Am tenax affectus nec minus fuit in Timone Athenienſi: ſed toruus & deteſtabilis: nã ut in hoc de quo nunc dixi ſedatus & mitis: ita in illo atrox: & humano generi infeſtus.

DE. M. Craſſi Auo.

M. Craſſi: qui parthico bello periit: au⁹ græca uoce Agelaſtus eſt dict⁹ quia nunq̃ ridere ſit uiſus: ut minor Antonia quæ Druſo Auguſti priuigno nupſit: nunq̃ ſpuere.

DE Vergilio Vate.

u Ergilius Vates ſuſpirabũdus: ubiq; obſeruatus eſt: unde facetũ illud Auguſti reſponſum inter hunc ipſum ſedentis: & Flaccũ Horatiũ qui ab oculorũ lippitudine laborauit: rogat⁹ a quodã amicorũ qd ageret: ſedeo iqt iter ſuſpiria & lachrymas:

DE Pericle: Et Nicia: Atheñ.

t Etrahor nunc tacito admonitu ad exteriora exempla: quis nõ hoc naturæ imputet? fuit Pericles atticus: fuit & Nicias: æquales inter ſe auctoritate & opibus eiuſdẽ ciuitatis principes: ingenio tamen tam diuerſi ut omnia huius opera conſiliaq; pacis fuerint: illius armorum & bellici apparatus.

DE Fabio Maximo.&.M.Marcello.

e X noſtris quoq; hominibus duos diſpari ingenio uiros ſecundũ bellum punicũ illuſtrauit.M.Marcellũ rei bellicæ adeo ſtudioſum:ut per quietẽ nihil aliud q̃ prœlia meditaretur:& Fabium maximum:cuius cunctatio non minus celebris defluxit ad poſteros:q̃ Marcelli ferocia manauit.

DE HONORE DOCTRINARVM STVDIIS EXHIBITO:ET PRIMVM. DE Habraamo.

a Egyptũ ingreſſus Iudæorũ optimus Habraamus ignot⁹ q̃dẽ oĩbus nec ipſe queẽq̃ indigenarũ nouerat:uerũ cũ ſacerdotibus eius gentis ſæpius congreſſus cœleſtiũ & humanarũ rerũ uir ſcientiſſimus breui in eam dignitatẽ uenit: ut ne principibus quidẽ eius ordinis cederet cultu & ueneratione.per quos regi inſinuatus nõ ſolum domeſtico pudore integro regẽ coluit:ſed agrũ etiam quẽ coleret dono accepit. DE Dauide.

n Vllus unq̃ regũ infeſtiore fuit animo in oẽs hoĩes minuſq; placabili q̃ Saulus Iudæorũ rex:nec idem queẽq̃ hoĩum infenſius odit q̃ Dauidẽ:quẽ ab adoleſcentia plus nimio habuit inuiſum ei⁹ ut credi par eſt indolem ueritus : ſemper.n.aliena uirtus formidoloſa fuit Tyrãnis:aut certe q̃a inunctũ a ꝓpheta nõ ignoraret.uerũ & ſi grauiter odiſſet: Muſicen tñ in eo cõplexus: acceſiuit nõ nunq̃ ad ſe:& canentẽ hilariter & periucũde audiuit.

DE Moſe.

q Vid rogo:qd ſecũdũ numinis ꝓuidentiã affuit Moſi:q̃ ꝑ tãta uis mortaliũ uni hoĩum credidit ? ut pacatã & delitioſam terram fugiens per deſerta & deuia loca : quod nunq̃ uiderãt ſolũ tanto ſtudio & labore q̃ſiuerit:Niſi diuinarũ rerũ ſciẽtia:humanarũq; peritia a primo mũdi exordio illi cõtigiſſet: nunq̃ gen⁹ hoĩum cõtumax alioq̃ & ſeditioſum tã patiẽter & ducẽ & legũ latorẽ tuliſſet:ualuit(ſcio)multũ ãtiqua pietas : ſed hãc ipſam in conflatione Vituli haud dubie antiquaſſet:niſi uiri auctoritas interceſſiſſet.

DE Ptolemæo Philadelpho.

p Tolemæus Philadelphus ſeptuaginta ſenes bibliacæ hiſtoriæ ſciẽtiſſimos ab Iudæa uſq; in Aegyptum uocauit:quos regia urbe acceptos hoſpitaliter & benigne coluit : eorũq; interpretationẽ cupide cõplexus magnis a ſe muneribus donatos honorifice dimiſit:neq; id genti datũ magis q̃ doctrinæ credeñ eſt: quũ nulla tũ gẽs eẽt in terris inuiſior oĩb⁹ aut deſpicatior q̃ Iudæi.

DE.Io.Campegio.

f Vnt & noſtri temporis exempla non uulgaria Io.Campegio Bononienſi publico decreto in Patauinũ Gymnaſiũ accerſito:poſtea q̃ eius acceſſus appropinquare dictus eſt ob excellentem eruditionem nominiſq; celebritatem a magiſtratibus urbis:qd niſi regibus aut ſummis principib⁹ dari cõſueuerat:a Gymnaſiarchis & omnifariá profeſſoribus ingentiq; officiorũ frequentia itum eſt obuiam:ut nulla hominũ memoria profeſſorem honorificentius acceptum uiderit Patauina ciuitas.

DE Vicetina Ciuitate.

a Vdiuit Vicetina ciuitas ex rhetoribus noſtræ ætatis Sabellicum obſcuri adhuc nominis peregre tranſeuntẽ. Cæterũ dicẽdi facultatem in eo admirata:argentea patera magni ponderis:& quod plus fuit:ciuitate donauit.

DE ETHNICIS EXEMPLIS:ET PRIMVM.

DE Syracuſanis.

d Ederunt & Syracuſani non parum Euripidi poetæ: in cuius gratiam plæroſq; Athenienſiũ:qui apud ſe ſeruitutẽ ſeruiebant:libertate donatos domũ incolumes dimiſere: q̃ aliqua ipſius poetæ carmina memoria tenerent.quanto plus ipſi carminum auctori demum daturi:ſi iis:quibus curæ fuit illa diſcere:tantum tribuere.

DE Dionyſio Tyranno.

u Vlgatiore fama ẽ illud Iunioris Dionyſii.ſed is cui honos ille eſt exhibitus:non patitur rem ſilentio præteriri:ex Athenis in Siciliam a Tyranno accerſitus Plato.naui qua uehetur ad id in atticam miſſa ad inſulã delatus egreſſuſq; uittata naui in littus albis eſt quadrigis a Dionyſio exceptus:ac triumphãtis more ante nobiliſſimæ ciuitatis oculos præteruectus.

DE Alexandro Macedone.

a Deptus Alexander Macedo poſt Darium prœlio uictum ſcriniũ in regia præda ex auro & Gemmis fabrefactũ:ſciſcitatus ab iis qui perſicæ erant Luxuriæ nõ ignari: ecquis nã eſſet tam pretioſi operis uſus:ubi regia audiuit in eo unguenta ſeruari ſolita:quin inqt rei magis pretioſæ ſit poſt hac cuſtos: Homerumq; in loculo clauſit.dign⁹ ipſe qui præconem:quem Aeacidæ: inuidit:eſſet aliquando ſortitus.

DE Eodem Alexandro.

Ec Pindaro uati parum eſt ab eodē rege datum.qui The-
n bis bello captis:quū urbis excidio immineret:edixit ut a Pin
dari penatibus & eius familia oīs uis Bellica abſtineretur.

DE Athenienſibus.

Eroſo ob ueriſſimas rerū prædictiōes ſtatuā poſuere Athe-
b nienſes in aurata lingua:Ampliſſimū Græciæ conciliū eoſ
dem Hippocrati quos & Herculi honores decreuit: Anto-
nio Muſæ medico Romana Ciuitas ſtatuā Aeſculapio proximā
ob Auguſtum morbo ſeruatum.

DE Pompeio Magno.

N.Pompeius:qui cum Maior Auguſti auunculus.C.Cæ
C ſar de ſumma rei armis diſceptauit: quum clariſſimam ex
oriente uictoriam reportaret:omnis liberalium artium ꝓ
feſſores Rhodi audiuit:auditos amplis muneribus donauit: Poſſi-
donii ædibus ſtoicæ diſciplinæ uiri tum forte ægrotantis eos ſubmi
ſit faſces:quibus ſe totus oriens ſubmiſerat.

DE HOSPITALI IVRE.

Vum multæ ſint neceſſitudines:& multa uincula: & iura:
q quibus homo homini iungitur:nullum propemodū maio
re ſibi religione ſanxit uita:q̄ hoc quod hoſpitale uocāt.de
quo tanta ab initio recepta eſt opinio:ut ad illud uindicandum Io
uem e cœlo lapſum fabulata ſit uetuſtas:quidā ex philoſophiæ aſ-
ſectatoribus quum de officiis: quibus magna pars uitæ contine-
tur: differerent: omnia cognationis & affinitatis iura huic uni poſt
habenda cenſuere.

DE Loth Viro Iuſtiſſimo.

Identur mihi ii:qui ita ſtatuerunt:non minus uitæ conſule
u re:q̄ æquitati uoluiſſe.hoſpitali.n.iure ſublato: nulla inter
homines eſſe poterit uitæ ſocietas: uiderunt hoc alii: ſed
omnium maxime uidit & cuſtodiuit Loth uir iuſtiſſimus:qui du-
as filias uirgines multitudini conditione obtulit:ſi ab adoleſcentiū
ſtupro abſtinerent:q ad ſe nuper diuerterant:erāt hi cœleſtes nun-
tii quum homines crederentur:caterū tanti fuit hoſpitalis illa pie-
tas:ut unus omnium ſit cum tota domo ſeruat⁹: Sodoma propin
quiſq; urbibus cœleſti flamma pariter conſumptis.

DE Habraamo.

Vir huius æqualis Habraamus magnō & ipē hoſpitalitatis
f exemplo hac parte cēſendus:qui in Mambrea ualle ante

Tabernaculi hoſtium ſedens: omnes peregre trāſeuntes cōmiter inuitabat: meruit pia illa comitas cœleſtes hoſpites: quos munificus ſenex lacte pauit: butyro: & uitulina carne paneq̧ cineritio: pedes lauit: deduxitq̧ officioſe abeuntes.

DE Gabaonita Hoſpite.

m Agna & in Gabaonita hoſpite fides: qui ut Leuitæ hoſpitis ſui coniugem ab corporis iniuria uindicaret: filiam intemperāti iuuenum cœtui: qui hoſpiti iminebant: ad ſtuprum obtulit: æquiore animo domeſticā labē: q̄ alienam laturus.

DE Siluestro Ro. Pontifice.

n On potuit Silueſter Ro. Pontifex Timotheum hoſpitē ſuum ex Antiochia profectū incolumē præſtar̄: quia chriſtianæ eſſet fidei cultor. eo inuito & dolente ad ſuppliciū arreptus eſt: martyrioq̧ cōſumptus: præſtitit quod potuit ſanctiſſimus pontifex: extinctum humi condidit. ac q̄ comiter uiuo hoſpitium detulerat: tam pie mortuo ſepulchrum detulit.

DE Gerbonio Populonienſi.

m Vltum præſtat qui quantū in ſe eſt: iniuriam arcet ab hoſpitibus: ſed plus omnino q̄ hoſpitalia iura ſuis rebus præfert: mauultq̧ propriam domū q̄ hoſpitem periclitari: uerū qui ſeſe morti deuouet pro huius incolumitate: is oium maxime ſpectandus: quod Gerbonius populonienſis antiſtes fecit. qui dū ſuos pertinacius tegit hoſpites: q a Totila ad ſuppliciū requirebātur: ipſe barbari regis iuſſu Vrſorū laniatui obiicitur inoxius. quæ res ruborē regi impoſuit in eum ſæuiendi: cui ſæuiſſimæ feræ pepercisſent.

DE Gregorio Ro. Pontifice.

n Vllius in hoc genere plus ualuit ſtudium: q̄ Gregorii Ro. Pontificis: qui quum ex foro: compitis: & tota urbe accerſeret quos pie hoſpitaretur: Chriſtum meruit ignoto habitu hoſpitem habere: nam ſic ille opinatus eſt: poſteaq̄ ex omnium numero: quos conuiuio admouerat: unus repente euanuit: uiſuſq̧ eſt ſibi per quietem moneri æquum & bonum fuiſſe: ut qui toties membra conuiuio admouiſſet: admoueret & caput.

DE ETHNICIS EXEMPLIS: ET PRIMVM.

DE Cimone Athenienſe.

p Ari in hoſpites affectu fuit & Cimon Athenie̅ſis: ſed aliud omnino q̄ hic cuius nunc hoſpitalitas ſignata eſt: ſtudium ſecutus: is omnia ad pietatē rettulit: ille ad gloriā & nomi-

nis celebritatem.cæterũ quocũq; Cimoni cõſilio id fecit:priuatos lares in publicũ uelut hoſpitiũ uertit:qđ iuxta ciuibus peregriniſq; pateret:prædiorum fructus omnibus legere uolentibus propoſuit: nullum fuit tempus quo non hoſpitalitati indulgeret: eſt pro inde & a Cratino diuinus & in hoſpites officioſiſſimus hominum iudicatus:& Critias Tyrannus quum Scopadũ diuitias ſibi optaret:& uictorias Ageſilai:adiecit & Cimonis liberalitatem. Athenienſis Ciuitas(quod ſatis conſtat)publicum illud in hoſpites ſtudiũ tota Græcia celebratum Cimonis munificentiæ tulit acceptum.

DE Lycha Lacedæmonio.

f Vit & Lychas Lacedæmonius hoc clarus noie.qui in gymnicis agonibus peregrinos Lacedæmonẽ adeũtes comiter excipiebat:benignoq; fouebat hoſpitio.

DE Troezeniis.

ſ Ed exẽpla hæc priuatorũ:illud uero publicũ: & omni æuo duraturũ: eo ꝙ Medicis tẽporibus Troezenii athenienſiũ uxores & liberos metu hoſtiũ patria eiectos in urbẽ accepere:acceptos publica pecunia aluerunt:edi ctumq; eſt ut pueri unde uellent:ĩpune ſibi fructus legerẽt. DE Iubio Paciaco Hiſpano.

n Ec Iubii Paciaci Hiſpani fides parum memorãda.cuius opera hoſpitaliq; affectu octonos menſes.M.Craſſus profunda ſpelũca latuit in extrema Hiſpania:quo tempore pater eius & Frater a.C.Mario ciuili bello interfecti ſunt.ipſe celeri fuga delatus cum.x.comitibus in altam ſeſe ſpeluncam illatebrauit: hic non ſolum tutus fuit Iubii ſilentio:ſed benigne etiam cultus:ut non modo cætera corpori neceſſaria nõ defuerint:ſed ſuperfuerint etiam omnium uoluptatum inſtrumenta.

DE Pacuuio Campano.

a Ccepit hoſpitio Hannibalem Carthaginenſium Ducem Pacuuius longe pĩceps Cãpani nominis:cuius filius Romanis gratificaturus Pœnũ hoſpitem ſuper cœnam interficere cogitauit:peregiſſetq; haud dubie ferox iuuenis Audax facinus:niſi paternis ꝑcibus & lachrymis uictus(placuit.n.cũ pr̃e priuſq̃ cõuiuiũ iniretur id cõſiliũ cõicare)propoſito abſtinuiſſet:potuit ille excidiũ quod cãpano nomini iminebat:ſua dextera redimere: niſi pluris hoſpitalẽ patris ſui fidẽ domeſticorũq; lariũ pñtiã: q tãti hoſpitis cæde erant polluendi:q̃ patriæ ciuiũq; ſalutẽ feciſſet.

DE PROSPERA FORTVNA.

Ortunam nil aliud eſſe philoſophorũ quidã arbitrati ſunt: q̃ inopinatũ rei euentũ: nec his multi numero aſſenſi ſunt: ſed multo maior pars hominũ longe aliter opinata eſt: eẽ Fortunam Deum quandã cui poteſtas ſit res humanas ad libitum uertendi: quæ Cæca ſit: Volubilis: Inconſtans: caſu gaudens nõ ratione: deſperare incipientibus ſæpe arridens: ſecũdis rebus infeſta. & ſtulta mortalitas circa hæc caligat: quum multo æquius queant omnia quæ fiunt ad diuinam prouidentiam referri: uerum quãdo ita perſuaſum eſt: ut magna ſit uis Fortunæ in utramq; partem: quibus hominum maxime obſecuta dicatur: breuiter cenſendi ſunt.

DE Moſe.

Efas ſit (reor) nefas & impiũ ea q̃ in Moſe euenerũt: cœcæ ſorti: fortunæq; uoluminibus: non diuinæ uoluntati imputare: ſed ſiquis uulgo temere acceſſerit: non ne nouũ putet & inauditum: Deam quam ſtulti fingunt: tam nouum luſiſſe ludum? Infans Moſes parua incluſus ciſta: & in Nilũ proiectus: quũ ſine ſpe ulla ſalutis ueheretur Crocodilo: cæteriſq; belluis id flumẽ natantibus prædæ eſſe potuit: cæterũ ſuo uagitu proditus: a regis filia: & cœtu puellarum cũ plauſu excipitur: fitq; regiæ domꝰ alũnus mox regni ſucceſſor deſtinatus: ex ſeruo ingẽtis exercitus imperator factus æthiopicũ bellum confecit: eundẽ: ut incõſtans eſt & uaria: repudiauit: repudiatũ exilio dãnauit: dãnatũ reſtituit ſuæq; genti uindicẽ ducẽq; deſignat. in aſſerẽda libertate per medios fluctus pelagi pedeſtrem ducit exercitũ: per deſerta & inculta loca alit. igẽtes hoſtium exercitus inermis fundit. legibus populum inſtruit. ſed qui hæc fortunæ opera credit: cũ Leucippo delirat: qui Cœlum & omnia quæ cælo teguntur prouidẽtiæ ademit.

DE Dauide.

N & Dauidi parum indulſiſſe dixerit: uanus hic uaniſſimæ rei cultor? qui ab ouium paſtione accerſitus: Rex inunctus eſt ex tot frĩbus: minimꝰ natu: aut ꝙ pene puer Philiſteum in mani ſtatura uirum quem omnis Iudæa formidauit: uno ictu ex prouocatione peremit: ꝙ Saulũ regẽ ſibi ĩfenſum bis cædi oportunũ habuit. cũ hoſte nunq̃ infeliciter conflixit: ꝙ regnũ furto adẽptum breui recepit: inoffenſaq; uixit ualitudine ad extremum uitæ: prolẽq; numeroſam reliquit: & ex ea regẽ ex ſentẽtia diſignauit: ut poſteritatis etiam ſecurus moreretur.

DE Solomone.

Olomon qui regnum per manus ab il lo accepit: præter af
ſ fluētes regni opes: ſapientia humana omnes alios antecel-
luit mortales: ad quā cognoſcēdā ab extimis terris Reges
uenere: Templum oīum: quæ in terris fuere: auguſtiſſimū condi-
dit: conditum dedicauit: multa tam pie ꝗ ſapienter ſcripſit: obiitq;
grandis natu: liberis & regno incolumi: ſed prouidentiæ ſunt hæc:
quæ prophanum uulgus mauult fortunæ fuiſſe.

DE Aiotho: & Gedeone.

Reuior fortunæ curſus ī Aiotho: & Gedeone: Cæterū uter
b ꝗ ſuo conatu felix: Hic ꝙ tres ualidiſſimas gētes: ꝗ iudææ
hoſtiliter iminebāt cum modica ſubitariorū manu præter
ſpem omnium nocte una afflixit: Ille ꝙ ſeruitutis iugum ex ſuorū
ceruicibus excuſſit Aeglone Moabitarū rege Tyrannidē in Iudæ
os exercente ex occaſiōe interfecto: Maior Bruti fama ꝗto ſcilicet
Roma maior: ꝗ una Iudææ pars trans Iordanem ſita: Cæterū hu
ius Indoles maior: & felicior euentus: Ille cum multis Cæſarē per-
emit: Hic ſolus: libertatē Brutus retinere nō potuit. Aiothus reten
tā ita ſtabiliuit: ut ætate una ipſi genti incolumis manſerit.

DE Theodorico Gothorū Rege.

Ontigit & Theodorico Gothorū Regi non uulgaris felici
c tas: fuerūt hi chriſtiani nominis: & ſi Arriana Labe infecti:
is Italiæ Imperio potitus uix tam feliciter eſt terram ipſam
adeptus: ꝗ pacate poſtea annos .lx. & amplius poſſedit.

DE Nicolao Ro. Pontifice.

St etiamnum recēs exemplum quod patrum memoriā
e accidit. Nicolaus Pōtifex maximus: Serzanæ in Hetruſcis
ortus unius anni ſpatio per tres ſupremos dignitatis gra-
dus magno fortunæ: ſed uerius prouidentiæ ſuffragio ad pontificā
tus maximi faſtigium euectus eſt.

DE ETHNICIS: ET PRIMVM.

DE Homero.

Vlti Fortunæ indulgentia felices habiti: & ſi nemo uere fe
m lix fuit unꝗ: Cæterum alius alio ſucceſſu uſus eſt: Quo fit
ut non ſolum quæ bello geruntur cenſenda ſint hac parte
operis: ſed quæ in reliqua etiam uita proſpere euenerūt: nā(ſi Poe
ticen ſpectes) Homerus nō ſolū felix eſt habendus: ſed oīum in eo
genere feliciſſimus: ſiue operis fortuna: ſiue materia æſtimetur.

DE. M. Tullio.

I linguæ uis: & dicẽdi facultas ſpectanda eſt: cui fando unq̃ contigit: ut non homo: ſed eloquentia loqui crederetur: non hoc Pericli tam & ſi fulgurare & ciere tonitrua ſit dictus: non Hiperidi qui Pericli proximus eloquentia floruit: non demum ipſi Demoſtheni quem dicendi ui nullus potuit æquare: unus. M. Cicero felicitate quadam adeptus eſt: ut eius nomen pro eloquentia in ora hominum abierit. Is dein Catilinam urbe expulit: Antonium proſcripſit: Agrariam legem abrogauit: & ꝙ omnium feliciſſime illi contigit: latinum ſermonem non auxit ſolũ: ſed longe etiam lateq; propagauit: quod multo pulchrius fuit: q̃ ſi Romanum auxiſſet Imperium.

DE Ageſilao Lacedæmonio.

a Ge nunc: & quãdo de artium ſucceſſu in diuerſa parte operis ſua erit relatio: ad ea reuertamur: in quibus mortalitas ſagacius Fortunam expendit: quæ adeo in bello indulſiſſe credita eſt Ageſilao Lacedæmonio: ut Critias Athenienſium Tyrãnus inter pauca quæ ſibi optare ſit ſolitus: Ageſilai uictorias omnium impenſiſſime optauerit.

DE Alexandro Magno.

m Aior Alexandri felicitas. Immo oĩum maxima in re bellica: qui pene puer in domãda Græcia adeo Philippum patrem iuuit: ut Macedonum primus in ſacram Thebanorũ cohortem impetum feciſſe dicatur. Mox patre amiſſo Thebas diripuit: Thebanorum opibus fractis: omnem Græciã ad imperiũ retraxit: in Aſiam trãſgreſſus triplici prœlio perſarum regnum: quod tamen maximũ fuit in terris euertit: ac pene plura perpetuo uictoriæ curſu ſubegit regna: q̃ cæteri Duces urbes: & q̃d oĩum proſperrimũ fuit: triũ prope annorũ ſpatio ab europæ limite ad Gangẽ Macedonica promouit arma.

DE .C. Cæſare.

p Ar felicitas in bello cõtigiſſet & Cæſari dictatori: ac neſcio an maior etiam: niſi ciuilis belli nefas decus alibi partum ad extremum deturpaſſet. nullus Imperatorum ſæpius collatis ſignis dimicauit. nullus proſperius. ad cẽtum millibus perduellionum bis uno die cæſis. nullus ferociores uicit gentes: Europam cæde domuit: Aphricam Conſilio: Aſiam celeritate.

DE Pompeio.

g Nei Pompeii proxima felicitas de omnibus terris triumphauit: Aphrica: Aſia: & Europa: ante Imperator q̃ miles: prius triumphalis q̃ ſenator: aut conſularis. nullus Romanorum Ducum de tot gentibus uno die triũphum egit: null⁹ Ro. ducum uictor tot pcurrit terras. mille caſtella ex hoſte cæpit: urbes octingentas: parem nauium numerũ. Sed præclarũ hunc Fortunæ curſum: ciuilis belli infamia fœdauit: quod extremo uitæ tempore geſſit aut quia uoluntariũ fuit: aut certe quia non neceſſarium.

DE Scipione Aphricano.

i Indulſit & Scipioni non parum imaginaria hæc poteſtas: quam ſibi ſtulta mortalitas effinxit. Is quum per ætatem adhuc magiſtratũ capere non poſſet: extraordinariũ Imperium adeptus: quatuor Carthaginẽſium Duces: & Totidem exercitus Hiſpania expulit: omne hibericum nomen: quod Punico ceſſerat Imperio: ad Ro. nominis obſequiũ retraxit: mox & Aphricã adeptus: nocte una bina caſtra: binoſq; deleuit exercitus: Syphacẽ regem Ro. nominis hoſtem cæpit. Carthagini caſtra admouit. Hannibalem ex Italia reuocatum: & ad Zamam ingenti prœlio uictũ ad eã deſperatiõem cõpulit: ut q fax belli: duxq; ab initio fuerat: petendæ ſit pacis ſuis ciuibus impulſor uerius q̃ auctor factus.

DE SVBITA MVTATIONE FORTVNAE.

f Apiẽter feciſſe uideri poſſunt qui Fortunã uolucrẽ cæcam: uariamq; finxere: nihil certe hac una: ſiquid illa eſt: inconſtantius: nihil magis uariabile: nunc Blanda: & Indulgẽs: nunc ſæua: & infeſta: nec ullis infeſtius iraſcitur: q̃ quos indulgẽtiſſime fouit: fitq; ex matre ſubito Nouerca: ex Nouerca mater: nec ſi quærat̃ cauſa: alia reddi poſſit: q̃ q itа libeat: qq; incertæ ſortis ſint res humanæ: circunſcribit tamen ſeſe ſtulta mortalitas: prudentiãq; reputat ſuã: tanq̃ homo ſemper ſapiat: præſertim in rebus ſubitis & inopinis: in quibus ne ſapientes quidem ſatis ſibi ſapiunt.

De Moſe.

n Am quis per deum Moſem nõ ſapienter arbitretur? & tñ quũ talis eẽt: poſt Aethiopicã uictoriã: quũ luctũ & Terrorẽ: q A egypto iminebat: in hoſtes uertiſſet: aleretq; iã certã ſpẽ regni p ſucceſſionẽ idipiſcẽdi: repẽte ſunt illi oĩa mutata: pierat niſi fuga ſolũ uertiſſet: eſtq; repẽte ex duce exul factus: ex ſucceſſor: infeſtiſſim⁹. pauit ꝑinde aliẽas oues diu ĩ Troglodytice: reuiſit demũ iacẽtẽ Fortunã: ſed ꝓuidentia ueri⁹ dixeri: & q nuper ſeruiebat:

ut par regi obiicitur.qui oues uerſabat: ſexcentis hominum milli-
bus præficitur:qui uni Batueli erat notus: apud omnes : omnibus
fit gentibus illuſtris:& demum qui ſuæ erat libertatis indigus : fit
alienæ aſſertor:Vſq; adeo uis hæc q̃cunq; eſt omnia humana uer-
ſat:lætis triſtia miſcens:& læta triſtibus:nulla re magis q̃ uarietate
gaudens: & qua non expectatur:fere ſe ingruens.

DE Iſraele.

Vit is:q tam uarie iactatus ẽ ab Iſraele prognatus: in quo
f nefcias maior ne ſanctitas fuerit:an prudentia:eſt tamẽ ni-
chilo ſecius humanarũ rerum incõſtantiã expertus. Nam
quum opibus & liberis Chananeorũ eſſet longe princeps orbatur
repente filiorum chariſſimo:Sequitur hunc luctum dira fames: Et
qui cæteris mortalibus opitulari erat ſolit⁹:ad alienas cogitur opes
cõfugere: Torquet ſenem deſyderiũ decẽ filiorũ in longinq̃ frumẽ
tationem profectorũ:Additur duplex luctus:& obſidis relicti:& al
terius filii in ſuſpectam terrã ablegãdi : & unius uiuax ſenectus tot
modis torquebatur.quum & is:quem diu luxerat:& quibus demũ
timebatur repente reſtituuntur:eamq; terram:quam nuper impen
ſius horrebat:Ioſippi cupidus natali ſolo prætulit in Aegyptũ cum
tota domo ꝓfectus:ubi honorifice a rege acceptus:agrumq; ex ſen
tentia adeptus:in ocio & diuitiarũ affluentia extremum uitæ tem-
pus exegit.

DE Iob.

Vid magis ſubitum eẽ potuit:quid minus euitabile:q̃ quũ
q ſubita domus ruina cohortem illam obruit filiorũ unius ſe
nis & ſi iuſti & Innocentis humanis tamen caſibus obno-
xii?Secuta ẽ:Iumẽtorũ:Pecorum:Frugum calamitas: Acceſſit erũ
narum cumulo fœdiſſima Tabes corporis & putreſcẽtis dira men
dicitas:ut ex omnium nuper florẽtiſſimo:miſerrim⁹ hẽretur: ſed q̃
præcipiti lapſu corruit:tam celeri recurſu oĩa:quæ amiſerat:recepit.

DE Dauide.

T ut clara nomina ſæpius repetantur:nam ſic melius:q̃ ſi
e obſcura ponerentur:Dauid rex ab exilio in regnum uoca
tus eſt.Regio deturbatus ſolio iterum fit exul : eiecto & ex
torri ac ſibi ipſi diffidenti eadem illa ſors incõſtantiæ alumna dia-
dema reſtituit.

DE Ioa.

Ari Ludibrio:ſed cur non prouidẽtia potius dicatur? Ioas
p quum in crepũdiis eſſet:omni uirili ſtirpe Dauidicæ gentis
crudeliſſimo Athaliæ Imperio uno die extincta uita dona

tus eſt:regno ſpoliatus:puer tamen adhuc regnũ recepit.receptum turpiter amiſiſſet:niſi illud aliquanto turpius omni regia gaza fuiſſet ab eo redemptum. Ad poſtremum ferrum quod infans aliena effugit ſollertia:ſua ipſius effugere non potuit.

DE Gregorio Septimo.

g Regorius ſeptimus qui ita fregit Henricum tertium ut bru mali tempore nudis pedibus ad ſe ire coegerit: in Adriani molem metu compulſus:Romam uidit a Normanis incenſam:& Clæmentẽ aduerſus ſe pontificem creatum: Poſtremo ne in urbe quidem:ubi dignitatis faſtigium fuerat adeptus: cõtigit mori:nullus Romanorũ Pontificum maioribus eſt fortunæ fluctibus iactatus:nullus ſuſq; deq; magis utranq; uicem pertulit.ut prouidentia factum uideri poſſet:quo ad humanæ uitæ exemplũ Fortuna & Virtus in uno componerentur.

DE Sarra Columnio.

ſ Vbiiciam his quæ uetuſtiora ſunt:duo recentis memoriæ exẽpla:erat Sarra Colũnius facile Princeps Romanæ ciuitatis auctoritate:opibus:ſobolis præſtãtia.Quippe cui duo erant filii in ſupremo Antiſtitũ ordine collocati:geſtabãtq; puniceum galerum:quod uix duob⁹ aliis datum facile reperias:& quum is ita opib⁹ & dignitate floreret:ſubito Fortunæ reflatu ueriuſq̃ Bonifacii inſectatione(fuit is Ro.Pontifex huius nominis octauus) repente afflictus filios dignitate priuatos:& in ordinem redactos: uidit:caſtella circa urbem ſuæ ditionis direpta & incẽſa.Ipſe hoſtis iudicatus:& a prædonibus captus diſſimulata perſona ſeruitutem maluit ſeruire: q̃ fateri quis eſſet:Reuiſit eum fortuna ac Maſſiliæ agnitus redemptuſq; a piratis cum modica manu i Italiã reuerſus Pontificem incautum opprimit:in uincula coniicit:coniectum luctu:& pedore carceris confecit:princeps locus recipitur:reſtituuntur filii:opes ampliantur:maiore ne fortunæ ludibrio:an obſequio ne ipſe quidẽ expedire potuerit qui per hæc exercitus eſt.

DE Ludouico Sfortia.

u No uictus prælio Ludouicus Sfortia Florentiſſimo excidit principatu. Sed uix tã celeri deſperatiõe ceſſit: quanta paucis inde menſibus uirtute & indole Mediolanũ & circũiectas urbes recepit:exercitum iſtaurauit:Gallos perculit.eratq; iam uictor:quum recentior uis multo priore infeſtior in hoſtium poteſtatem deiecit:ſubita militum defectiõe proditum: ut in tam bre-

ul ſucceſſu ampliatus a Fortuna dici poſſit: non adiutus.

DE Neapolitano Regno.

Ed nulla unq̃ ſcæna tã uolubilẽ egit fortunã: q̃ ſeſe ipſa his paucis ãnis ſpectandã p̃buit in Neapolitano regno. Tradidit Ferdinandus ſenior regnũ p manus Alphonſo Iuniori: Is eodẽ anno: quo regnare cæpit Gallorũ metu regnũ Ferdinãdo filio reliquit: Galli qui Caroli octaui ductu bellũ intulerant: Ferdinãdo eiecto oĩa occupant. Carolo abeunte intra annũ Ferdinandus Neapolim cũ regno recipit: receptũ moriẽs Federico patruo tradidit habẽdũ. Is a Ludouico Rege: q carolo ſucceſſit pellit. Galli demũ ab Hiſpanis qui ex fœdere in regni partẽ uenerãt: nõ uno p̃lio uicti Caieta nouiſſime deiiciunt: & p hæc fortũæ uolumina pene plures numerãtur reges: q̃ anni a maioris Ferdinãdi interitu ad Hiſpanorũ uictoriã quæ rerum inconſtantia fecit: ut iã ſit illud in ore multorũ: eẽ Neapolitanũ regnum Aſino perq̃ ſimile. qui clitella cũ ſarcinis deiecta ſiſtit curſum: & Agaſonẽ reſpicit: onus iterum ſubiturus.

DE ETHNICIS EXEMPLIS.

T hæc noſtratia: q̃q̃ interim pauca: nã nulla in re pluribus abundamus exẽplis: uerũ ſint hæc licet nõ pauca. Ethnicorũ tñ ut in cæteris uberior erit materia: q non ſolũ fortunã aliqd eſſe crediderũt: ſed cõſecrarunt ẽt: tẽplũq; huic unus p̃potens populus non uno loco ſtatuit: ſed cur ſtatuere non debuit: maiorũ uanitate imbutus?

DE Seruio Tullo.

Eruius Tull⁹: cui regnũ incidit in ip̃o urbis primordio: nulli deorũ tulit acceptũ p̃terq̃ fortunæ: q ex ſeruo regnũ eẽt adeptus: ſed cui potius referẽ potuit hõ in Cimmeriis ort⁹ tenebris? ex ſerua ſeruus natus: Diadema tulit: excuſſit id inſigne illi ſubita Fortunæ mutatio: ſolio deiectus p̃ceps ex Curia agit: crudeliter interficitur: & quod oĩum atrociſſimum fuit: filia per iacẽtis corpus egit currum.

DE Lucio Metello.

L. Metellus: qui quindecimuir fuit: Magiſter equitũ: bis cõſul: Pontifex Maximus: primus Elephantos in triũpho duxit: cui decem illa ornamẽta affuerũt: quæ feliciſſimo ciui ciuitate feliciſſima poſſunt ↄtingere: fuit.n. ſtrenuus Bellator: Orator optimus: Imperator feliciſſimus: maximas res ſuis auſpiciis geſſit: ſummis honoribus uſus: ĩſigniter ſapiẽs: Senator ornatiſſimus: pecuniã honeſta rõne quæſiuit ingentẽ: plures liberos reliquit: clariſſimus fuit in clariſſima ciuitate: Cæterum ne Fortuna cum uno

ſemper eadẽ eſſet:hũc fẽlicitatis curſum ſubito reflatu dãnauit: priuauitq; hominẽ luminibus:ne nõ iis tantũ:q̃ in eũ indulgenter cõtulerat:bonis frui poſſet:ſed etiã ut luce illa:& ſplendore in quo uiuebat:priuaretur.

DE Fuſtidio Senatore.

p Roſcripſit.L.Sylla Fuſtidiũ Senatorẽ:ſeruatuſq; eſt magis caſu:q̃ hominũ cõſilio: Idẽ poſtea annos ſex & triginta a Fortũa ampliatus in Antonii Lepidi: & Octauii ꝓſcriptionẽ incidit:& quod ipſi ſit Fortunæ magis inuidioſũ: conſtat tũ demũ proſcriptũ:nõ qa hoſtis eſſet:ſed ꝙ priore ꝓſcriptiõe ſeruatus.

DE.P.Ventidio.

l Vſit in.P.Ventidio Fortuna:luſitq; ad deriſum uſq; mortaliũ & uitæ huius ludibriũ.Vẽtidiꝰ bis puer ductꝰ in triũpho eſt:Idẽq; primus Romanorũ ducũ de Parthis triũphauit: & qui Mulio fuit a principio:mox inopem iuuentã in Caliga egit: Dux factus eam gentem bello fregit:quæ una omnium ad orientem ſolem Romanos fregerat conatus.

DE.L.Fuluio Tuſculano.

m Irabitur omnis poſteritas:nec fortaſſis ſit fidei acceſſura:ꝙ unus aliquis de ea ciuitate triumpharit: Cuius ciuis & conſul eodem ãno fuiſſet.L.Fuluius Tuſculi natus: & ciuis & conſul:quum ad Romanos quadam de cauſa tranſiuiſſet: eadem dignitate ſuffragio populi ornatus: Tuſculũ prouinciam extra ſortem adeptus:tam feliciter rem adminiſtrauit: ut Romam triumphans reuerſus ſit nouitate exempli:magis q̃ uictoriæ magnitudine ad poſteros nobilis.

DE Altero Metello.

m Etellus qui fuit eius Metelli Nepos:de quo inſignis fuit capitis huius relatio:a Catinio Labeone Tribuno plebis uiolenter ad ſuppliciũ raptus:periiſſet haud dubie: & ignominioſe admodũ eo conſilio a Tribuno arreptus ut ex Tarpeia rupe præcipitaretur:niſi filiorũ occurſu Tribunorũq; interceſſione ægre impetrata periculo ſubtractus eſſet: Cæterum hic qui tam atrociter tunc periclitatus eſt:ex uictoria non ignobili: Macedonici cognomẽ tulit:ac uita defunctus a quatuor filiis eſt rogo illatus uno prætore:tribus conſularibus:duobus triumphalibus: & uno cenſorio: ſed uix in hoc tantum boni: quantum in iniuria illa contumeliæ: q̃q̃ ſi paria ſint:comparenturq; bona malis:nunq̃:tamẽ hæc cum illis æquilibrium facient.

DE Auguſto Principe.

Vam indulgenter:& in q̃ multis ſors hæc cũ Auguſto principe egerit popularis illa Ro.ciuitatis acclamatio indicio eſt in noua principum creatione:ubi in bonum omen ſæpe eſt repetitum felicior Auguſto: Traiano melior: ſed in hoc quo q̧ magna cenſentur fortunæ uolumina : nondũ.xx.natus annos: conſul fuit: Imperator duxauit exercitũ: Maioris Auunculi cædem ultus eſt ad ſacietatem: Grauiſſima bella: Mutinēſe : Pharſalicum: Siculum: Peruſinũ: Ambraciũ: Aegyptiacũ:& Cantabricũ : ex ſententia confecit: Ianum tertio clauſit: terrarũ orbis regimen ad ſe receptum: ad extremũ uitæ pacatiſſime rexit.& hæc blandientis fortunæ: Cæterũ hæc eadem tam ſæpe eſt & atrociter aduerſis interpolata: ut difficile ſit iudicare an mortalium quiſq̃ fuerit illā uolubilio rē expertus: uicit ille ad extremũ oĩbus bellis: ſed ſæpe interim exagitatus eſt: bis maris ſæuitia claſſibus exutus: Italiæ fames uni imputata: inimicorũ cõiurationes: filiæ & neptis publicata adulteria: legionũ cædes: Amicorum ſuſpitiones infelicitatis argumenta tam multa præter hæc & magna: ut difficile ſit Iudicare fuerit ne alternatio rerum & inconſtantia ſubſcribentis Fortunæ an blandientis: quæ leua dulciſſimos fauos manu ferret: Dextera abſynthium.

DE Po.Romano.

Ot undiq̧ huiuſmodi ſeſe ingerũt exempla: ut niſi modus adhibeatur difficile ſit exitum inuenire: ſit itaq̧ ſatis ex domeſticis: hæc poſuiſſe quibus contenti eſſe potuimus : niſi unum ſupereſſet digniſſimũ relatu quia ſit publicum : Etenim q̃n unq̃ magis uarie luſit cæca & improba fortuna q̃ ſecundo Punico bello: q̃ Rem Romanam quam ad Ticinũ perculit: ad trebiā fregit: proſtrauit ad traſimenum: ad Cannas afflixit iacentem & proculcatam: ad Nolam ſuſcitauit: in Hiſpania erexit : ad Metaurũ reſtituit: ad Zamam uictricem declarauit: accidit ſane: ꝙ nullo unq̃ bello: ut propiores fuerint periculo: qui demum uicere.

FINIS SEPTIMI EXEMPLORVM LIBRI.

MARCI ANTONII SABELLICI EXEMPLORVM. LIBER OCTAVVS.

DE Charitate Erga Patriam.

PLato uir ſummus:& ueritatis amiciſſimus nullam in terris maiorem eſſe Charitatem arbitratus ē:q̄ quæ cum patria eſt unicuiq; noſtrum:hæc parēs: hæc nutrix omnium: hæc artibus :opibus:diſciplinis inſtruit:di gnitatibus ampliat:omnia ad ſuorum ciui um cōmodum & ornamenta refert:amat hæc:& uult ipa amari:tuetur ſuos:nec uult negligi & ut breuiter dicā paria a ciuibus exigit officia:quod cuiq; noſtrum præſtat:ſuo iure repetit.

DE Dauide.

q Vale hoc ſit:aut quantum:quod patriæ debetur:uidit ſaga citer fortis:& ſapiens Dauid:& quod magis miretur aliqs nondum ex ephebis egreſſus:qui nō ſolum pro patria:ſed pro uniuerſa gente:& ſi amicis diſſuadentibus immo deterrētibus Philiſteo immanis ſtaturæ uiro ſeſe obtulit : cum quo Iudæorū ne mo audebat ex prouocatione cōgredi:ſubiit id certamē adoleſcēs certo cōſilio:ut pro ſuorum ſalute aut caderet : aut peſtem illam immanem tolleret: ſtetit pro tāta indole non tam robur corporis: q̄ cœli prouidentia. Vicit:qui alioqui uincēdus fuit:& qui caſurus deſcendit in certamen:uictor ad regium eſt faſtigium ſeruatus.

DE Aiotho.

n Ec Aiothus:quando in claris nominibus omnis exemplo rum ratio ſita eſt:Aegelonem Moabitarū regē ſolus ador tus eſſet:niſi patria illi fuiſſet Chariot uita : ædidit itaq; cæ dem tam inſignem:q̄ ad libertatem uindicandam utilem : Virtus hominis fiducia ingens:ſed pietas multo forti⁹ id facinus peregit.

DE Eſdra.

q Vid Eſdra quo & ipſe fuit affectu erga patriam:qui diuina rum rerum ſcientia & ſanctitatis opiniōe Xerxi Perſarum regi inſinuatus primum illud nouiſſimūq; a rege petiit : ac tenuit:ut ad urbem:& templum inſtaurandum cum ſuis populari bus ex Aſſyria liceret in iudæā reuerti:maiore fortaſſis pietate cen ſendus:q̄ qui urbem ipſam condidit:ille ſuorum cōmodum ſecu-

tus uideri poteſt:hic ſolius patriæ: ille ut eſſet effecit: hic ut extincta reuiuiſceret.

DE Placidia Honorii Cæſaris Sorore.

Minebat Athaulphus Gothorum Rex excidio urbis a ſe ca-
i ptæ:ut ea direpta:& euerſa: aliã diuerſo loco cõderet: quã Gothiã pro Roma Athaulphos qui in ea imperitarent pro Cæſaribus appellaret:ut per hæc omnis Romani nominis memoria intercideret: Cæterũ precibus tẽpeſtiuaq; placidiæ cõiugis(erat hæc Honorii principis ſoror)diſſuaſione:propoſito auerſus tãtum abfuit:ut dirũ id conſilium ſit executus:ut inſtaurator urbis dici uoluerit:nõ euerſor.

DE Franciſco Dandulo.

Xtat Franciſci Danduli exemplum:ad poſteros memora-
e bile:quippe qui ut patriam ab ignominioſa Pontificis cenſura uindicaret:diu humiliter proſtratus iacuit ad Clementis Ro.Pontificis menſam cathenis uinctus:ſed patria cum eo mutua pietate certauit:ſuũq; Ciuem tanto ſublimius extulit: quanto ille abiectius ſe & contemptibilius geſſit.

DE ETHNICIS EXEMPLIS:ET PRIMVM.

DE Ariſtide.

Ed in nulla gente:populoue plura huiuſmodi affectus exẽ-
ſ pla reperire eſt:q̃ in Romana Ciuitate:quæ tãtũ ac neſcio plus etiã exemplis ualuit:q̃ uetus Græcia præceptis: Nã tã & ſi Ariſtides uir alioqui iuſtiſſimus ab officio deflexit pro patriæ ſalute:& Cratiſdia Cleomenis mater:ultro pro patria ſe obſidẽ:cũ Nepotibus obtulerit:Midias:& Calliphrõ:Athenienſes tã & ſi exules depreca ti fuerint:excidium patriæ a Cornelio Sylla:ſit & fama multo uetuſtior de Codro rege q̃ ultro mortẽ pro patria oppetiit: Romana tñ Ciuitas maiora tulit:& plura:iam hic ordine dicẽda.

DE Mutio Sceuola.

Vis unq̃ pro patria tantum auſus eſt:quãtũ Mutius Sceuo-
q la:qui ſine ſpe ulla fallendi hoſtem: Porſenã Etruſcorum regem ferro petiit: ut Romã ſeruitutis periculo eximeret: quid q; conſilio deſtitutus: atrociter in ſemetipſum ſæuiit:ut Rex illi iure iratus:ſæuire deſierit:ſupplicii atrocitate motus.

DE Curtio Equite.

Ec ciuis ullus unq̃ ſecurior mortis apparuit Curtio: qui ut
n Patria incolumis eſſet:prudens:uolenſq; præciſa omni ſpe ſalutis:in profundam ſeſe uoraginem præcipitauit.

DE Deciis.

Lata Deciorum nomina:qui eũdem affectum ſecuti ſe ca putq; ſuum diis manibus deuouer̃:hic latino bello ad Ve ſuuium:ille gallico in Sentinati agro:uterq; patriæ: Roma narũq; legionum:q̃ propriæ uitæ amantior.

DE Sertorio.

Vid Sertorius?qui quo res ſuæ in hiſpania lætiores eſſe:ma ioribuſq; præliis hoſtes uincere uidebatur:eo impenſius a Metello:& Pompeio hoſtibus ducibus petere:ut poſitis ar mis liceret ſibi tuto Romã reuerti:priuatũ dictitans:malle ſe iucũ diſſimo patriæ aſpectu frui:q̃ multarũ urbium imperium obtiner̃.

DE Pompeio:& Craſſo.

.Craſſus & Pompeius:quia Capitolini Iouis oraculo per ſuaſum habuerunt:ad rem publicam pertinere:ut eo Con ſulatu abeuntes quẽ diſcordi aĩo geſſerant: cũ faſcib⁹ odiũ & ſimultatẽ deponerent:in cõſpectu Ro.Po.inter ſe pacificati ſũt.

DE Pluribus Vno Loco Exemplis.

Vc ſpectat memorabilis Catonis exitus.M.Bruti.C.Caſ ſii conſtantia: Fabritii continentia: Curii paupertas.Camil li celeritas:Huc ingens ille uirtutũ comitatus:quarum aliæ in aliis fuere:quibus partum eſt Ro.Imperiũ: & auctũ : aliæ ciuita tes alio ſucceſſu creuere:ſola Roma uirtute creuit.

DE Ageſilao.

Euocat nunc ſtilũ ad ſe uetus Græcia:& ipſa exemplorum nõ infæcunda:Ageſilaus Lacedæmonius:quo nullus Græ corũ ducũ maiorẽ ex re bellica laudẽ reportauit:quicquid ſibi gratiæ ab externis gentibus:aut a ciuibus debebatur : id omne in patriæ:quæ illi chariſſima fuit:uſum & ornamẽtũ uertiſſe dicit̃.

DE Themiſtocle.

Et Themiſtocles niſi oppido patriam amaſſet: tam enixe elaboraſſet:ut is qui ſuffragio populi parum Idoneus Dux creatus eẽt:parumq; rei publicæ utilis: pecuniã corruptus: ultro ſeſe Imperio abdicarit.

DE PRINCIPVM DILECTIONE IN SVOS: ET PRIMVM. DE Moſe.

Ihil amabilius eſt miti & benigno Principe:nihil ad urbiũ: populorũq; tutelam:& ſalutẽ cõducibilius:Nã quid p deũ optabilius eſt:q̃ ut ii q poteſtate:& dignitate præſtãt:tantũ

ſuis prodeſſe uelint:quantũ opibus & gratia ualẽt ? perierat omnis Iuda in deſerto diuino cultu aberrans:niſi Moſes princeps gentis: & dux excidium:quod ipſi genti iminebat:eſſet a numine depreca tus:fauoremq; diuinũ a populo alienatum impenſis precibus re/ uocaſſet:ꝙ niſi plurimũ dilexiſſet:tam grauis culpæ deprecatorem ſe nunq̃ obtuliſſet.

DE Helia Propheta.

Elias prophetico ſpiritu inter ſuos longe princeps:quũ cœ-
h li inclementia omnia laborarent:(totum.n.triẽnium nihil
e cœlo pluerat:ac iam prope erat:ut terra uictum negante: fame & ſiti animalia interirent)impenſiſſime Deum precibus fati gauit:ſuorum calamitatis miſertus:tenuitq; precãdo ut ſua ſit tem peries terris reddita.

DE Heſtere.

Nuenit ſibi facile locum inter tot illuſtria nomina Heſter
i mulier: Cæterum eadem gente orta : quæ quum Artaxer-
xis edicto in cui⁹ pellicatum fuerat:recepta ut omnes uno die Iudæi toto ipſius regno excompoſito interficerentur: ſuæ gen- tis periculo cõmota non leges:nõ Regis edictũ reuerita: quẽ ꝓhi- beatur adire:niſi accerſita:adiit tamen ſuorũq; excidium depreca- ta non ſolum pii uoti compos facta eſt:ſed Amanem etiam: cuius ſuaſu:& impulſu fuerat id piculũ Iudæis cõflatũ: in eã ſublatũ Cru cẽ uidit:quã dirus ſatelles Mardocheo parauerat puellæ auunculo.

DE Iora Iudæorũ Rege.

Oras in dira obſcœnaq; fame:quum ne a ſuis quidẽ partu
i bus mulieres abſtinerẽt fame adactæ:rei atrocitate dome-
ſticaq; ſuorum clade perculſus ſcidit ſibi ueſtes a pectore regium nomen pertefus.publice teſtatus:multo impenſius ſe do- lere q̃ Ciuitas hoſtibus circunſeſſa inedia ꝯficeretur:q̃ ꝙ ipſe cum ſuo Regno periclitaretur.

DE Chriſto.

Ed omnium exemplorũ magnitudinẽ ſuperat Chriſti re-
ſ gis optimi pientiſſimus affectus:qui adeo humanũ dilexit
genus:(erat.n.& ipſe homo licet Theanthropos.)ut famẽ: ſitim:æſtus:frigora:peregrinandi:docendi:prædicandi:labores tu/ lerit:conuicia ah hæc & probra:& demum ne Crucis quidem Pati bulum expauit acerbiſſimũ gen⁹ mortis:ut per hæc infelix homo: qui ſua culpa ruerat:in integrum reſtitueretur.Benigni & munifici

principis eſt aurum & argentum ſpargere populo:ſed pro ſuis uitã effundere:non ſolum munifici eſt:ſed Beneuolentiſſimi.

DE Gelaſio Pontifice.

e Xtiterunt in longiſſima Ro.Pontificũ Serie Chriſti imitatores oppido multi:& in his Gelaſius: cuius Pontificatus incidit in Theodorici regis tempora:is oium qui unq̃ Barionæ ſedem tenuerunt impẽſiſſime clerum dilexit: & ipſe mutuo affectu ab oibus dilectus:quod eo magis mirum ẽ:quo rarior innocentiæ & popularitati loc⁹ in ſumma adminiſtratiõe relinqtur.

DE Io.Particiatio: Veneto Duce.

a Bdicauerat ſeſe Ducatũ in Venetis Io. Particiatius:cõſternata dein Ciuitatẽ Candiani Ducis caſu: qui in Narentanis cum tota Claſſe uictus mortem occubuit: populi rogatu:tantiſper dum nouus princeps crearetur honoris inſignia recepit:Nequam interim cladem adiret res publica.erexitq; hortatu:& præſentia ſua:Ciues mœrore affectos:mox uero ubi nouus ẽ Dux in demortui locum ſuffectus:ultro ſeſe in ordinẽ redegit: docuitq; præclare:ut prodeſſe poſſis tuis: non præeſſe publicos honores expeti oportere.

DE Paulino Nolano Antiſtite.

p Aulinus Nolanus Antiſtes omnem ſuam Vandalicis temporibus pecuniam cõſumpſit in Nolanis ciuibus redimendis:qua defectus ſeipſum in Mancipiũ hoſtibus dedit: ut uiduæ filius reſtitueretur:ſed felix ſeruitus:quæ non ſolum propria ipſius ſit libertate:ſed ſuorum etiam ciuium donata.

DE ETHNICIS EXEMPLIS:ET PRIMO.

DE Publicola.

f Vit & in cæterorũ hominũ multis hic in ſuos inſitus a natura affectus:ut Valerio Publicolæ:qui ex ea re ſibi cognomen inuenit:is nocte una domum demolitus ẽ: quam in Velia parte urbis paulo eminentiore ædificabat: quia ciuibus non placeret:ſuis:orphanis:& uiduis tributũ remiſit:Conſul faſces ſubmiſit Ro.Po.leges tulit:quibus Ro.eſt libertas ſtabilita:facile proinde cõſecutus:ut tam charus fuerit populo: q̃ chariſſimorũ alius: par decus cum Bruto adeptus:in morte cuius in libertate afferẽda adiutor fuit:nomen uero omnino maius:quia magis populare.

DE Cymone Athenienſe.

Ymon Athenī. non ſolū ſuos dilexit ciues: ſed humani etiā generis beneuolētiſſimus fuit: is ſuos agros: & pomaria ciuibus & peregrinis cōmunia propoſuit: ſiquē præterea grādem natu intuitus eſſet: trita: aut ſordida ueſte amictum unum aliquem ex ſuis affectatoribus quos ad hoc ipſum honeſte cultos circa ſe habere conſueuit: iubebat cū eo ueſtē cōmutare: erant & quibus negociū iniunxerat: ut pauperib⁹ & egenis occulte pecuniam ſubminiſtrarent: q̄ in ſuos beneficentia cōſecutus ē: ut Comœdiæ teſtimonio diuinus ſit hō appellatus: oiumq; Græcorū optimus.

DE. M. Craſſo.

Alis ac neſcio an maior etiam in eo genere apud noſtros. M. Craſſus: qui epulū dedit Ro. Po. & tres minas uiritim: nulli ciuium ſuum patrocinium non libens impendit: nullum in uia non reſalutauit: fecitq; unus omniū popularem auaritiam: ex qua nemo anteā gratiam reportauit.

DE Aphricano Maiore.

Cipionis uero: qui maior eſt Aphricanus appellatus: memorabilis uox illa merito eſt a multis celebrata: qua is ſæpe in Imperio uſus dicitur: malle ſe unum ciuem ſeruare; q̄ mille hoſtes perdere.

DE Tito Veſpaſiani Filio.

Itus Veſpaſiani filius: Imperio potitus: tam mitis in oēs: & clæmens fuit: ut humani generis delitias ciues & peregrini appellarent: ferunt quum nihil cuiq̄ negaret a quodam familiariter rogatus: ecquid putaret ne Imperiū tanti eſſe ut omnia: quæ promitteret: præſtare poſſet? Tantum dixiſſe ferūt: Non oportere quenq̄ a principis conſpectu triſtem abire.

DE PRINCIPVM SAEVITIA: ET CRVDELITATE.

DE Saulo Rege.

Vnq̄ homo longius a ſe recedit: ſuæq; naturæ magis obliuiſcitur: q̄ quū iraſcitur. hic demū affect⁹ efficit: ut animal alioqui nobiliſſimū ad māſuetudinē: & clæmētiā natum: multo ſit feris ſimilius: q̄ ſibi ipſi: nō rationis: non officii memor: iræ dūtaxat indulgens: quæ oium perturbationū ſola mente ſuo loco dimouet: & agit præceps. id quū aliis nihil obſcur accidit: Tum Saulo q primus Rex fuit in Iudæa uſq; adeo excandeſcere ſolitus: ut nō iraſci: ſed furere: & lymphari crederet: enimuero regia appellatione nuper recepta: auditaq; ab aratro ſuorū hominū legatione

Hammonitarũ iniuriã querẽtium: bobus aratoriis quos præ ſe agebat ſuccidit crura edicto præfatus fore ut ſic non aliter diſperirent: quicunq; ſibi eo die ad Iordanẽ fluuiũ non præſto in armis eſſent: eiuſdẽ præceps illud & ſæuũ in filiũ Ionathã iudiciũ: implacabilis in Dauidẽ iracũdia: in hoſtem pertinacia: quæ ne fatali quidẽ ceſſit neceſſitati: periit tamen omnibus multo charior: q̃ uixit.

DE Abimalecho.

Aeuior adhuc Gedeonis filius Abimalechus: q dira regnãdi cupidine ſeptuaginta fratres crudeliter peremit: uno dũtaxat ex phalange tã numeroſa ægre fuga ſubtracto: ꝓuidẽtia (credo) id factũ: ut mentẽ tot furiis agitatã unus ẽt uiuentis metus ſollicitã haberet: ut per noctẽ furiarũ faces: interdiu ultricẽ formidaret fratris dexterã.

DE Eodem.

Dem ſichemitas: quia ſe urbe: & tribu eieciſſent: incautos adortus agreſtibusq; intentos operibus: ſine ſexus & ætatis diſcrimine paſſim trucidauit. urbem ui captam diruit: ſparſitq; in eius area ſalem pro ſemine: profugos inde: qui uelut tutiſſimũ Aſilum templũ multæ religionis occupatant: cũ liberis: & uxoribus circundata lignorum ſtrue: fumo: & æſtu crudeliter necauit.

DE Athalia.

Vid Athalia omnium fœminarum ſæuiſſima? quæ omnẽ Dauidis ſtirpem ſuſtulit: regnandi cupiditate: nec impune expendit crudelis Mulier ſui ſceleris pœnas: in ipſiſq; templi foribus: cuius condendi idem fuit: q & cæſæ ſtirpis auctor: multis uulneribus confoſſa concidit.

DE Herode.

Erodes uero non ſæuus fuit ſolum: ſed impius: qui tot milia puerorũ obtruncauit: ut innocentem: & ſanctum interciperet partum. dirum facin⁹: atq; eo omni ſæuitia ſæuius: quo longius ab eorũ ætate: qui interfecti ſunt: omnis abfuit culpa: ſed neq; Rex propoſitũ tenuit: & ſanguis qui tũ temere effuſus eſt: in regiæ ſtirpis: totiuſq; gentis caput redũdauit.

DE Vitoldo.

Vlit recẽtior ætas: exemplũ ſæuitiæ nõ parũ memorabile: Vitold⁹ Lituaniæ dux (fuit: oli hæc Taurica Cherſoneſus ni ſi multũ opõne fallor) hõ truci ſæuoq; ĩgenio: ſiquẽ morti deſtiaſſet urſinis iuolutos pellib⁹: canib⁹ laniãdos obiiciebat. nũq̃ bellicis expeditiõib⁹ ñ intẽtũ habuit arcũ: ut ordine aberrãtẽ ſagitta

tranſfigeret. hanc in principe intemperiem: adeo expauit gēs: alioqui ferox & mortis cōtemptrix: ut multi eius Imperiū ſecuti: ultro ſine carnifice uitam finiuerint: ueneno: aut laqueo.

DE Ecelino.

u Erum hunc: & omnes Chriſtiani nominis uiros crudelitate ſuperauit Ecelinus: qui circa Taurifium: & in euganeis exercuit Tyrannidē: caſtrauit pueros: uitiauit uirgines: Matronis ademit mā mas: prægnantiū uteros exſecuit: partus exſectos in ignem coniecit: Biſſena Patauinorū millia: qui ſecū militabant: audita Pataui i defectiōe: ad unum īterfecit: uictus prœlio: uulnus: qd in pugna acceperat: reſcidit: ut tā crudeliter: q̄ uixit moreretur.

DE ETHNICIS EXEMPLIS: ET PRIMVM.

DE Diomede: & Buſiride.

ſ Vnt in alienis gentibus plura: adhuc atrocioraq; truculēti huius affectus monumēta: quia minus in illis fuit: q̄ in noſtris hominibus ullus pietatis reſpectus: lōgum ſit (credo:) & ſuperuacuū omnia conſectari: inſignia placeant: ſic breuior erit relatio: & quæ in ordinem uenient: erunt ſcitu multo digniora: Iacebunt itaq; in caliganti uetuſtatis receſſu: quæ de Diomede: & Buſiride ſunt poetarum fabulis adumbrata. nō. n. mōſtra hominum ſequimur: nā quo alio nomine uocetur is: qui humanis carnibus quadrupedes pauiſſe dicitur.

DE Phalaride.

p Eruetus eſt fama: & opinio ab omnibus recepta: nullum Tyrannidē crudelius Phalaride exercuiſſe: quippe qui exquiſitiſſimis non cōtentus ſuppliciis æneo uſus eſt Tauro: quo miſeri mortales incluſi: mugitus edere uiderētur: quū medio cruciatu ingemiſcerent: in quo illud minus crudeliter fecit: q̄ tam mōnſtroſæ machinæ artificē oīum primū inuēto affecit ſupplicio.

DE Cambyſe Rege.

m Agis ne ſæuus: an demens fuerit Cambyſes difficile dictu eſt: qui uictor non ſolū: non hoſtibus par ſit: ſed ne diis quidēm: deorum ue ſacerdotibus. fratrem præterea: & ſorores duas occidit. Apim bouem ferro uiolauit: ut non hominū ſolū: ſed & deorū: ut ſtulta credidit Aegyptus: contēptor: & hoſtis crederet.

DE Alexandro Phereo.

ſ Ed Cambyſes qa demens: aliqua fortaſſis ſit uenia dign⁹: at Pheræum Alexandrū nulla poſteritas non deteſtabitur:

qui uiuos obuerſis inter ſe faciebus ſepeliebat homines Vrſorũ:cæterarumq; terribilium ferarũ pellibus cõtectos: & in quadrupedes feras tranſfiguratos:uenatoribus confodiendos:laniandoſq; canibus obiiciebat:haſtam qua Polyphranem Auũculũ peremit:ſacrauit:feſtaq; præcinxit corona:ac tanq̃ deo cuidã ſacrificauit: dignus eo cruciatu:quo uixit.qui omnia ſibi ĩfeſta putaret: quia omnibus eſſet infeſtiſſimus.

DE Tiberio Principe.

Icerunt omnes Tyrannorũ carnificinas Romanorũ Prin-
u cipũ quidã.citenť obiter Capreæ:teſtabũturq; Tiberii prin
cipis truculentiam:quam in puero præceptor deprehẽdit:
appellauitq; fimum cruore maceratum.

DE Caligula Imperatore.

Vid huius diſcipulus Caligula?an nõ ſatis nota ẽ eius uoxť
q carnificibus præcipientis:quum ſontes plecterentur:curate
nt ſentiant ſe mori.nec minus illud dirum : & deteſtabile:
optauit aliquãdo palam ut Ro.Po.unã haberet crucem : quæ uox
nihil obſcure teſtata eſt:quo proceſſura fuerit feritas illa ingenii : ſi
quantum libitum eſſet:ſæuire licuiſſet.

DE Domitio Nerone.

Ec mitiore fuit in ſuos animo altera Fax humani generis:
n Domitius Nero.is non in ciues ſolum: ſed in domeſticos
etiam penates exercuit Tyrannidem : & quod omnium
atrociſſimum in eo fuit:patriam:quæ eum genuit:inſtituit:ad faſti
gium honoris extulit:hoſtiliter incendit.

DE Domitiano Principe.

Ed minus hic nocens:q̃ Domitianus qui uacuam urbem
ſ reddidit omni nobilitate conſumpta:ut prius ſæuiẽdi ma-
teria defuerit:q̃ ſanguinis ſacietas.

DE Tamberlane.

Vperauit auorũ memoria cæteros mortales ſæuitia Tam-
ſ berlanes Scytharum Rex.nullus hominum auidi9 huma
num ſitiuit cruorem.ſi uera ſunt:quæ de eo feruntur.roga
tus quandoq; quid tantũ ſæuitiæ indulgeret:& ꝙ nulli eſſet exora
bilis:nullis precibus flecteretur?toruo aſpectu : atq; excandeſcenti
ſimilis : reſpondiſſe dicitur:an tu me hominem putas : & non Dei
iram potius ad hominum pernitiem in terris agentem?

DE Pherotima Cyrenaica.

Oſſunt quæ de Medeæ crudelitate traduntur:ob uetuſtatē
p fabuloſa uideri.at q̃ de Pherotima Cyrenarum regina nō
poſſunt.Eſt.n.recentior de his memoria:ac propterea mi-
nus cunctanter ponenda.diſpoſuit illa Cyrenenſibus irata.miſero
rum ciuium corpora palis defixa:circa muros urbis mulieꝝ mam
mas uiolenter auulſas in publico ſuſpendit.

DE Panſatide Cyri Iunioris Matre.

Ed quando īmanior fœmina:aut portentoſior extitit unq̃
ſ in terris ingenioſior ue in hūanis corporib⁹ cruciandis q̃
Pariſatis minoris Cyri:quæ præter cætera ſuppliciorū mō-
ſtra:cōmenta eſt rationē qua hūana corpora gignerēt ſibi uermes:
quos paulatim ſuis carnibus alerent:adultos & ualidius in ſe graſ-
ſantes ingenti cruciatu ferrent:quo ad corpus miſerabiliter cōſum
ptum mortem lentius admitteret.

DE VLTIONE:ET PRIMVM.

DE Iſraelis Filiis.

Mnis ultionis mater.eſt Iniuria:ſoror Ira quæ quo maior
o eſt:eo certe minus ſeruari poteſt modus in ulciſcēdo.hinc
graues multæ & memorabiles ultiones teſtes hominis ſæ-
pe a ratione laborantis.nemo iratus non uult tantum ſibi licere:
quantum libeat:quod niſi ſic eſſet: contenti eſſe potuiſſent Iſraelis
filii minore uindicta:q̃ ea fuit:qua uſi ſunt in ulciſcendo Dinæ ſo-
roris ſuæ raptu:Sichimitas populariter trucidarunt:quum ipſe iniu
riæ auctor tanti uideri potuerit:ut citra uim oēm puella repeteret:
uel quia regis filius eſſet:aut ꝙ illius ſponſus eſſe potuit.

DE Publica Iudæorum Vltione.

Ari affectu:ſed euētu adhuc triſtiore oēs Iudæorū Trib⁹ in
p Beniaminos cognatos ſuos hoſtiliter:& uelut ſacrata lege
cōiurarunt ob Leuitæ coniugē Gabae ad ſtuprū raptā.di-
micatū eſt ſæpius acie aduerſus totam gentē: conſumptaq; demū
ferro ē Tribus una nobiliſſima:pauci admodum media ſuorū ſtra
ge reuulſi in montium deſerta abierunt:p quos ægre extinctū pro-
pe modū genus eſt deinceps reparatū.

DE Tamneis.

ESponderat ſibi Sampſon Iudæorū fortiſſimus Tamneā
a cōnubio puellam:fuerūt Tamnei in Philiſteis:nupſit inde
hæc haud inuitis parentibus procorum cuidā.ea uir fortis
& iracūdus cōtumelia accenſus uariis Tamneos affecit cladibus:
qb⁹ malis irata ciuitas parētes & puellā publice cremauit:hāc quia

nouo cõnubio indulxiſſet:illos:ꝙ nouis nuptiis nõ interceſſiſſent.

DE Dauide Rege.

m Agnũ illud & memorabile ultionis exẽplũ:ꝙ Dauid Rex Amalechitã hoĩem uita priuauit:ꝙ Saulũ Regẽ:quẽ ſemper infenſiſſimũ habuit:inter feciſſet:magno quidẽ hominũ documento:regiam maieſtatẽ non niſi a rege uiolari oportere.

DE Eodem.

p Ari exẽplo interfici iuſſit Banam:& Rechabum: qui Remnonis fuere filii : quia Iſboſethum Sauli filium dormientem peremiſſent:quum nihilo eẽt is in Dauidẽ pacatiore: ꝗ pater fuerat aĩo:cæterũ plus ualuit apud regẽ regũ ſanctitas:ꝗ in ſenſiſſimi regis iniuria:ꝗ propria ſalus:qua nihil eſt homini natura optabilius.

DE Cheldiberto Francorũ Rege.

c Heldibertus Francorũ Rex:ut materni Aui cædem ulciſceretur:Burgundiis bellum intulit: Sigiſmũdũq; eius gentis regem:cum liberis & uxore captum in profundiſſimũ puteũ præcipitauit:ĩterfecit & Almaricũ Viſogothorũ regẽ:q i Hiſpania late ĩperitabat:ꝙ ſoror illi cõnubio iũcta ab eo ĩdigna patereť.

DE Conſtantinopolitanis.

f Ed nulla ciuitas in ſe ulciſcenda magis ſuo dolori:ꝗ cõſtãtinopolitana indulxit ciuitas:quæ Andronico Imperatori: quia cum ſorore ſtuprum patraſſet:Alexioq; pupillo interfecto Imperiũ aggreſſus:oẽm ꝓpemodum nobilitatẽ alios alia iniuria afflixiſſet: Abrogauit primo Imperium : in ordinem inde redactum:altero priuauit oculo:Aſinæq; auerſum impoſuit Beſtiæ caudã pro ſceptro habẽtẽ:pro Diademate Alliorũ reſtẽ:ꝑ urbẽ inde circumuehiť:uiris fœminiſq; in eũ probra iacientibus:lutũq; & alia fœdiora dictu in prætereuntẽ cõgerentibus:poſtremo laqueo pẽdens uncis & harpagonibus eſt laniatꝰ:multi particulã corporis unco adeptã non ſolũ attrectare:ſed mandere etiam ſunt auſi.

DE ETHNICIS EXEMPIS : ET PRIMVM.

DE Laurentinis.

m Iſerat Romã legatos Laurẽtina ciuitas : ſuntq; hi cõtra ius gentiũ uiolati:a.T.Tatii neceſſariis:regnauit is cũ Romulo.miſſi ſunt ide q res more maiorũ repererẽt:ut ſontes ad ſuppliciũ dederenť:ualuit plꝰ gr̃a apd Tatiũ:ꝗ iura hoĩum:ſuntq; legati re infecta iuſſi retro abire:ꝓficiſcunť nec multo poſt Romãi reges ad ſolẽne ſacrũ Lauiniũ:hic Laurentes ãbos adortı Romulũ

quia auctor fuerat iniuriæ uindicandæ:ut iuſtum incolumẽ dimit-
tunt:Tatium regni conſortem publicitus trucidant ut Tyrãnum:
& humani iuris contemptorem.

DE Athenienſibus.

On tam bene odiis:q̃ armis bella tranſiguntur ea lege ut
n uicti melioribus pareant:At Samii modico quodam ſuc-
ceſu elati:Athenienſiũ captiuos Noctuæ figura inuſſerunt
publicam(ut credere eſt)eius ciuitatis religionẽ aſpernati : eſt.n.ea
uolucris Mineruæ ſacra:Athenienſes contra(nam iniuria ſemp in
iuriã parit)Samios bello captos non Noctua:ſed Sameæ nauis ſi-
gno deformarunt.

DE Sertorio.

Vlla ſuorum temporum nouitate Romana ciuitas maio-
n ra tulit ſcelerum monſtra:q̃ quum inter Syllam & Mariũ
eſt de ſumma rei in urbe & foris dimicatum : nec in tantis
malis uiderunt indignius quicq̃ miſeri ciues : q̃ ꝙ Marii permiſſu
ſeruitia:(adeo creuerat eorum licentia:quibus ille ſeptus in urbem
ab exilio redierat)ad libitum graſſarentur in ingenua Romanorũ
corpora:quam Sertorius iniuriam haud ferendam ratus:& ſi unus
Marianarũ partium facto in ſeruos impetu ad quattuor millia ei⁹
generis in campo trucidauit.

DE Alexandro Magno.

Ltus eſt & Magnus Alexander læſam regum maieſtatẽ:
u & memorabili quidem exemplo prodidit:Beſſus Bactriæ
præfectus Dariũ regẽ poſt pſicas opes triplici ꝓlio afflictas:
uinctũ lætaliter cõfodit.hunc Beſſum in ptãtem redactũ:Alexãder
ut documẽto eſſet omni poſteritati duabus arboribus ex aduerſo:
multa ui in ſe a uertice inflexis religatum diſſectiſq; repente uin-
culis atrociter laniauit cacuminibus ſua ui corpus in diuerſa diſtra
hentibus.Diſphẽdonem Græci uocant id genus ſupplicii a dupiici
fundæ excuſſione.in multa & uaria exemplorum relatione poterat
hic locus uberrime tractari:nam utinam ſic uiueretur ut multo plu
res obliuiſci uellent iniurias:q̃ ulciſci:ſed nobis mod⁹ tenendus eſt:
ne inſtitutæ breuitatis uideamur obliti.

DE PAVPERTATE.

Aupertas:nullis niſi inuitis & recuſantibus grauis:& inde
p cora:quin ad bene:beateq; inuendum multo aptior:q̃ lar
ge:& affluentes diuitiæ id quũ ipſe uitæ uſus facile demon

ſtrat: tum ſapientium uirorum documenta: q neq; habuerũt qcq neq; habere uoluerunt: uel quia id tutius ſit ad ſecuritatẽ: uel q̄ ad Virtutem aptius.

DE Chriſti diſcipulis.

q Vi ueræ ſapientiæ cultores: & diſcipuli fuere: Magiſtri optimi exemplũ ſecuti: nihil habuerũt: pauperes hi erãt quũ ſeſe illi adiunxerunt: ſed mox pauperiores facti: aurũ: argentum: & omnia pretioſa aſpernati ſunt: tunica dumtaxat amicti: terrena perteſi cœlum intueri: tenuis rerum facultas: poteſtas ingens: cœleſtibus adhibita: p̄lata inferis.

DE Habrahamo.

n Ihil habuit Habrahamus Anachoreta in ſolitudine præter Catinum & cilicinã ueſtem cum ſago ruſtico: uixitq; talibus delitiis contentus: q̃ diu in humanis fuit id hoi tuti⁹: q̃ ſi opes affluxiſſent: & ad diuinorũ meditationẽ multo habilius.

DE Hilarione.

f Vit & Hilarioni: cuius poſtea ſanctitas illuſtrata eſt: paup̃tas fiduciæ. qui quũ adoleſcens adhuc in ſolitudine eſſet: latrones in ſe graſſantes intrepidus excepit: rogatus ab his: qui eſſet: q̄ uim non formidaret? quia nudus inquit ſum: cur non uulnera aiunt: & mortem? non talia inquit ab eo timentur: qui paratus eſt mori: quam illi in adoleſcente conſtantiã nõ ſolũ mirati ſunt: ſed ita ẽt uenerati: ut petita uenia innoxii retro abierint.

DE Eodem.

e Xtiterunt & alia in eo affectatæ pauertatis argumenta nihilo inferiora. quale illud: q̄ quendã ex iis qui cum eo in Eremo erant: intuitus hortuli fructus intentius obſeruantẽ: ſtudentẽq; peculiolo conflando: loco ſubmouit: nequid ſibi cõſuetudinis cum eiuſmodi homine eſſet: ceu contagioſa ducẽda ſit eorũ uita: q pecuniæ ſtudent: aut certe indigna iuſtorũ contubernio.

DE Diuo Alexio.

m Aluit Alexius Romæ nobili loco ortus pauper eẽ: q̃ in paternis laribus ſplẽdide & uoluptuoſe uiuere. in Syria quindecim annos fuit religionis cauſa: totidẽ deinceps Romæ ignotus: domeſticatim urbem mendicabundus circuire: petiitq; ſæpe ſuppliciter: & accepit eleemoſynã ex paternis ædibus: ſed nulli interim notus: demum uita functus: ex ipſius Chirographo cõpertum eſt: quis eſſet: & quo conſilio ignorari uoluiſſet.

DE Franciſco Aſiſiate.

m Vlti ſpōte ſua ſunt paupertatē ſecuti:ſed q Franciſco Aſiſiate arctius fuerit eā cōplexus:diligentius fouerit:ſanctiꝰ cuſtodiuerit:fuit(ut uidere ē) nemo.q iuito:& reclamāte pr̄e cōuiciaq́ꝫ ingerēte inopiā diuitiis ꝓtulit.d:uites:& lautos aſpernatꝰ in mēdicis eſſe uoluit:laudis loco poneř:q̄ꝑ pauper eēt:ignominiæ & ꝓbro ſibi ipſi daturus:ſi pauperiorē ſe nactus eēt quē q̄ aut mēdiciorē.p quæ merito cōſecutꝰ ē:ut pauperū ſit pater dictus:quū ſet ti nomen libētius uſurparet:felix paupertas:q̄ unius ductu:tātū ꝓ fecit:ut in hac uita:qua uiuimus:pene plures ſint:q eā ſpōte colāt:q̄ diuitias mirentur.

DE Heliſabetha.

u Erum.n.uero nulla unq̄ fœmina ardentior huius boni fuit cultrix:q̄ Heliſabetha regis filia:quippe quæ quū in regia adhuc fortuna eſſet:inter ancillas ad mēdicātiū motē ſeſe componeret.ſæpius teſtata fore:ut ſi quādo humanis ſeſe laqueis expediret:non alio ornatu libentius uteretur.

DE ETHNICIS EXEMPLIS:ET PRIMVM.

DE Diogene.

d Iogenes Cynicus aliud certe ſecutꝰ:dolio cōtra frigora:& calores:eoq́ꝫ parū integro fuit cōtentus:poculū fregit:ruſticū cauis manibus potantē intuitus:cætera aſpernatus tam felix ab Alexādro macedone iudicatus eſt ut multis audientibꝰ dixerit Diogenem malle ſe eſſe:q̄ alium quemq́:ſi non Rex & Alexander eſſet.

DE Democrito Philoſopho.

q Vidā Philoſophiæ affectatores haud obſcuri nominis uſq́ꝫ adeo diuitias contempſere:ut non modo aliunde oblatas nō accepetint:ſed eas ēt in qbus nati eēnt:ſponte publicarint:& in his Democritus Abderites diligēs naturæ cōtēplator:q nihil demū ꝑter ingeniū poſſedit:uel qa noluit:aut quia nō debuit.

DE Phocione Atheníenſe.

e T ut philoſophorū noīa ſileantur:quorū aliqui fortaſſe nō tam ex ſua:q̄ aliena uixerūt ſnia:lōge aliter uicturi:ni ueriti eēnt:ne nō fortius loq uiderenř:q̄ uiuerēt:Phociō Athenienſis uſq́ꝫ adeo diuitias ſpreuit:ut grande auri pondus:quod ab Alexādro dono dabatur:pertinaciter repudiarit:teſtatus ſe nō egere regio auro.dignus de quo ſit diu inter Græciæ ſophiſtas q̄ſitum maior ne Alexāder eēt:an Phocion:q Alexādri aurum cōtempſit.

DE Phocionis Coniuge.

Vius Phocionis uxor:quũ ab Nobiliſſima quadam Ionici
h generis Matrona in amicitiam recepta aurei torques Monilia pretioſuſq; mundus muliebriter oſtentaretur: at meus inquit ornatus non eſt talis: ſed Phocion me ornat: iam uicies Athenienſium Imperator.

DE Ariſtide Athenienſi.

Riſtides & ipſe Athenienſis:multo iuſtius ſe paupertate glo
a riari poſſe credidit:q̃ Calliam Athenienſiũ ditiſſimum amplisſimis opibus.nulli dictitans eam rem indecoram eſſe: niſi qui inuiti pauperiem ferrent.

DE Romanorũ Principũ Paupertate.

Vid illa uetus quiritiũ frugalitas:cõtemptuſq; diuitiarũ.cu
q ius aſſertores omni æuo duraturi: an aliud ſenſiſſe uideri põt:aut perſuaſum habuiſſe:q̃ Phocion:& illi quorũ nunc meminimus:nõ diuitias:ſed uirtutẽ expetendã:quia illæ fluxæ eſſent:& caducæ:hæc perpetua:& æterna: Iam uero ſi malũ ullũ in paupertate eẽ:aut uitiũ arbitrati eſſent:nõ Publicolæ:nõ Menenio funeris ſumptus defuiſſet:nõ Curius aurũ Samnitiũ: nõ Fabritius quod Pyrrhus dabat:recuſaſſet.nec illi ſunt opinione decepti:pepe rit cõtinentia illa Romanũ Imperiũ:luxus & Auaritia perdiderũt: uiuit itaq; uiuetq; ẽt ſemper eorum memoria: Cõtra hi:qui rem ſibi maluerunt:q̃ bonum nomen quærere:aut penitus interiere:aut ad odium:& inuidiam poſteritati ſuperfuerunt.

DE Diuitiis.

Ic certe eſt:ut ſapientiorũ quidã aiunt:Nullus unq̃ Bonus
f optauit diuitias:Nullus ſapiens ꝓbauit:neq;.n.hoiem meliorẽ faciũt:neq; ſapientiorẽ:qn inſtrumẽta inſunt luxuriæ: & oĩum uitiorũ alimẽta:uerũ qa nihil tam malũ eſt: ut non in eo aliquid inſit bõi:ne Bellum auro indixiſſe uideamur:ſiqd eſt: qua ꝓpter hoc quod tantopere ſitiũt mortales:expeti debet:ſolus uſus eſt:quẽ in oĩbus bonis Plato uir ſũmus tãti fecit:ut niſi is adſit:nolit ſibi auri montes dari:nolit artem:quæ imortalitate hominẽ donare poſſit:ſunt igitur expetẽda hæc:ut homo homini prodeſſe poſſit:quod ii ſenſiſſe uideri poſſunt:qui nõ ſibi ſolis:ſed amicis:hoſpitibus:uniuerſæ ciuitati diuitias compararunt:ut Nicias ille Athenienſis:cuius beneficentiam celebrat uetus comœdia: cæterũ quia mundo adhuc recenti modico contenta fuit uita:perq̃ pauca ſunt uetera diuitiarum exempla:niſi regiæ opes cenſeantur.

DE Solomone Rege.

Nimuero quantum Solomon Rex poſſederit: ſacræ lite-
e ræ nihil obſcure demonſtrant:quibus proditum eſt: Decē
millia Talenta auri:totidem & amplius argenti ab eo poſ-
ſeſſa:Biiugum equorum quadragena millia: Biſſena equorum ad
pugnam expeditorum:ſed auri argentiq́ partem multo maximā
in apparatum Tēpli:& Regiam ſumptuoſiſſime ædificatam impē
dit:felix opibus:felix uſu:ſed multo felicior ſapientia:qua mortales
omnes antecelluit.

DE Cæteris Regibus.

Eſferentur in hac reputatiōe: & aliorum Regum diuitiæ:
c niſi Perſica Gaza:& quæ Crœſus Lydorū Rex poſſedit:
quæ Cyrus:qui Crœſum uicit:cum priuatorum fortunis
collatæ longe præpōderent:nullaq́ proportio in exēplis eſſe poſſit:
ſi ꝑmiſcua relatio fit in his:q̄ natura:& fortuna ſunt lōge diuerſa.

DE Coſmo Mediceo.

Vin priuata potius dicātur: quorum exemplum in primis
q memorabile tulit Italia:quod fortunæ opus auorum me-
moria uidit incohatum:patres ipſi auctum: & florens:no-
ſtra ætas uidit extinctum.claruit Florētiæ Coſmus Medice⁹ immē
ſo pecuniarū auctu:tam diues:ut hoc nomine non Italici ſolū: ſed
Chriſtiani etiam nominis reges omnes:& ſummi Duces cum eo
hoſpitium iunxerint:literis: muneribus:& omni officio certantes:
manſit claritas familiæ incolumis: uſq́ ad Caroli octaui in Italiā
aduentum:quo tumultu Coſmi pronepotibus ciuili ſeditione do-
mo eiectis:domeſtica gloria multiplici clade conuulſa facile ciui-
tatis principatu ceſſit.

DE Duobus Antiſtitibus.

Ttingit fama hæc & ſacerdotium.deſierunt eſſe in huma-
a nis quum hæc cōmentaremur duo ſupremi ordinis An-
tiſtites:parcitur nominibus:religionis cauſa: tantum con-
geſti auri: cœlatiq́ argenti cum Aulico apparatu uterq́ reliquit:
quantum priuatim diu in Italia poſſedit nemo: præter unam do-
mum cuius exemplum proxima continet relatio.

DE Romanis Diuitiis.

Ed cur hæc:iam uero ſiquis Italiæ urbes contempleť:plu-
ſ res in his reperientur:quorū diuitiæ:non indignæ ſint:quæ
in hunc ordinem redigantur:nam & Romæ nuper fuere

re hoc nomine illuſtres: Margani: Cruceii: Bubali: & omniũ maxime Tranſtyberina regione: duo Matthei fratres: ex quibus ſemel domeſtico conuiuio adhibitus: audiui: tantum ſibi rei pecuariæ: rationes creuiſſe: ut quingentos canes ad ſtabulorum cuſtodiam in agris alerent.

DE Venetis Diuitiis.

q Vid Venetiæ: in quibus ne ampliſſimæ quidẽ diuitiæ magnæ ſunt admirationi: ob Ciuitatis opulẽtiam: Nec enim unius domus opes: hic conſpicuæ ſunt: Tam & ſi domeſticæ puellæ mille libræ auri olim appenſæ ſint dotis nomine Regio matrimonio locatæ: tantũq; nunc poſſideat: quantũ Venetorũ priuatim nemo: nec alii multi: quibus imenſæ ſunt diuitiæ congeſtæ: ſunt cuiq̃ admirationi: ubi ex iis: qui ſordidum quæſtũ faciunt: tantum quidam auri cõgeſſere: ut ad inuidiam fortunæ creuerint: erit itaq; ut uera hæc ita peculiaris unius ciuitatis laus in hac relatione: ut nulli hominum fuerint unq̃: Romanis duntaxat exceptis: quibus tot⁹ orbis præda fuit: qui publice priuatimq; plus poſſederint: q̃ Veneti: qui Adriam accolunt.

DE ETHNICIS EXEMPLIS: ET PRIMVM.

DE Pythio Celeneo.

m Vlto plura maioraq; in prophanis gentibus extiterunt diuitiarum exempla: & ſi citra regnũ: eiuſmodi tamen ut cum omni regia Gaza faciãt æquilibriũ. Pythius Celeneus: tam diues fuit: ut Xerxem: & cum eo imenſum exercitum: ex toto oriẽte conflatum: hoſpitio exceperit: donauerat is Dario: qui Xerxis fuit pater: Platanum auream: cum aurea uite: & ob eam rem Perſarum plærisq; notus: ſciſcitatus ab eo Xerxes: quantum poſſideret: Parata habeo inquit bis mille Talenta argenti: quadragies centũ milla aureorũ nũmum Daricorum ſeptem millibus minus: quæ regi ad tam numeroſum exercitum alendũ dono detulit: teſtatus uectigalia prædiorum ſatis: ſuperq; ſibi ſuffectura ad laute & beate uiuendum: demiratus Rex hominis liberalitatem: ut cũ eo beneficentia certaret: & aurum hoſpiti remiſit: quod ad quadragies centum millia deerat: ex ſuo hoſpitem ſuppleuit.

DE Cymone Athenienſi.

n Obilitauit cenſus & Cymonem Athenienſem: nobilitauit & Niciam: ſed utrunq; nobiliorem liberalitas: ſunt & Calliæ diuitiæ: nihil ad poſteros obſcuræ: ſed ſcopadũ qui Cra

nonē in Theſſalia habitarunt omniū in Græcia celeberrimæ:ut q̄s
Critias Tyrannus inter pauca uota ſit ſibi optare ſolitus.

DE.M.Craſſo.

.Craſſi:qui in Parthis periit:maior ne fuerit cenſus:an ha-
M bendi cupiditas:haud quiſq̄ facile dixerit: ferūt ſæpe ex eo
auditum diuitē eſſe neminē:niſi qui annuo reditu legionē
alere poſſet:ꝙ ſi hoīs aīus diues non Arca appellanda eſt:fuit.M.
Craſſus nunq̄ diues:quū hominū opinione eſſet togatorum omni
um ditiſſimus.

DE Claudii Principis Libertis.

Verunt & qui ſeruitutē ſeruiuere principū indulgētia ditiſſi
f mi:& in his:Pallas:Caliſtꝰ:& Narciſus:Claudii Cæſaris li
berti:cæterū q̄d illi poſſederit a nullo:ꝙ ſciā:diſerte tradit.

DE.C.Cæcilio Claudio.

.Cæcilius:qui horum tempora præceſſit: quum multa ut
C ipſe eſt ſuo teſtamento præfatus:ciuili bello amiſiſſet: reli-
quit tamē quatuor milia ſeruorum:& amplius: tria milia
iuga boum: & ſexcenta: reliqui pecoris.cc.lvii.milia.innumerato
pondo ſexcenta milia: funeratus eſt ſextertiis undecim millibus:
quanti quiritium:ꝙ ſciam:nullus.

DE Cæſare Dictatore.

Aeſar qui dictator fuit:duo de uiginti milia tricliniorū ſtra
c uit Ro.Po.imenſum auri pondus profudit in ſpectaculis
cōgiario populi:ſed hæc ſpolia:& rapinæ orbis terrarū:ue-
riuſq̄ patrimonium.propterea in ordinē uenire non poſſunt.

DE Luxuria:& inmoderato Sumptu.

Vit uitæ hominum frugalitas recenti mundo iucunda nu
f trix:& Comes non inſuauis:repudiauit hanc poſteritas:pa
rentis oīum Naturæ īmemor: quæ modico contenta eſt:
uoluptatem pro uirtute complexa:pro temperantia:& modeſtia:
luxum:ſed quo tardius peſtis hæc recepta ē:eo ſæuius incubuit per
didit ꝙ peius omnia:q̄ libido & Auaritia:quarū hæc mater eſt: illa
uero filia:ſunt itaq; huius uitii omnia fere exempla recentia:ut po-
te quæ profligata iam ex omni parte uita placere cæperit: ac ſiqua
uetuſtiora ſunt:eo minus inſignia.

DE Solomonis Regia.

T.n.quid Solomonis habuit regia quod accuſari poſſit:ꝑ
e ter candens ſaxum:Aurum:& Argentum:Cedrus:& cæte
ra materia:quæ ex Libano partim illi dono obtigit:partim

ex proximo q̃ ſita eſt: & ſi nihil eorũ abhorret a regũ faſtigio: quorũ ſecũdum deum ſũma eſt Maieſtas in terris: nec ꝙ templũ ſtatuit opulentiſſimũ: luxuria eſt: primaria ornamenta deo debent̃: cuius Virtus ſũmma princeps eſt: omniumq; principũ decus: & gloria.

DE Eodem.

n Efas ſit(credo)in eo: qui fuerit omniũ ſapientiſſimus: fati dicoq; patre genitus: luxũ pſectari. quin ſiquid minus ciuile in illo fuit: ſi cũ uirtute penſetur: iure diſſimulabitur: põt tamẽ proximũ luxuriæ uideri: ꝙ citra omnẽ belli uſum: tot millia equorũ aleret: præſertim iugatorum: ꝙ in pellicatu ad extremum uſq; uitæ hæſerit: ſitq; frequẽti cõnubio uſus: ut niſi ſobolis procreatio excuſetur: nõ parua det̃ anſa luxum in eo calũniari uolẽtibus.

DE Alphonſo Rege.

ſ Ed libidinis: ueriuſq̃ luxuriæ ſunt hæc: quæ de Solomonis pellicatu: multiplicíq; cõnubio tradũtur. in Alphonſo: qui ex Aragonũ gente primus Neapoli regnauit: non alio nomine q̃ luxus uocabitur. incredibile ſtudium in alendis ad uenatũ canibus: & ad aucupium alitibus: ut mille circiter pondo auri in portẽtoſum illum apparatum: quotannis(ut ſæpe fando audiui) inſumeret: maior in hoc luxus ut uidere ẽ: q̃ ꝙ in Federici Cæſaris aduentu pluribus diebus in regia urbe nobiliſſima uina in ſpeciẽ aquæ extemporariis fontibus ubertim fluxere: ſed hoc hoſpiti datum: illud uoluptati: & ob id uitio propinquius.

DE Magno Quodam Antiſtite.

t Olerabilius tamẽ in rege numeroſos canum greges ad uenationẽ aluiſſe: q̃ in uno aliquo ſacrorum Antiſtitũ. uidit tamen ætas noſtra hæc portenta: uir huius ordinis: genere: & fortũis pſtãtiſſimus: tantã uenãdi ſtudio canũ multitudinẽ aluit: ut ceu pecorũ greges inter ſe diſtincti ſub magiſtris agerentur.

DE LVXV CONVIVIORVM.

ſ Ed uenetur potius hic ordo: q̃ prodigioſæ luxuriæ inſtruat cœnas: qualis fuit Federico Aragonio appoſita: atq; in bidum(ut fertur)extracta: nullum unq̃ Tricliniũ maiora uidit epularum portenta: nullum tam portentoſa obruit luxuria: ſed noſtrorũ tẽporum mores magis deplorari poſſunt: q̃ honeſte memorari: nã inuidiam conflare poſſunt inſectantibus: in melius mutari non poſſunt.

DE Cœna Venetiis Data.

Amoſa & illa fuit cœna centũ conuiuis recenti adhuc me
f moria a priuato homine: Cæterũ patritii ordinis: Venetiis
inſtructa.a prima hora noctis inita: per omnia luxuriæ in-
ſtrumenta:uſq; ad ſolis ortum extenſa:uariantibus per noctem da
pibus: nouo ſemper concentu præcinente: & ut cætera diſſimu-
lentur: quæ tanta fuit ut neſcias maiori ne admirationi fuerit uarie
tas: an nouus & ſumptuoſus apparatus: illud porteto ſimilius fuit:
q̃ edulio.ꝙ ex Gobiorũ lactibus centena fercula: tot.n.cõuiuæ ac
cubuerunt: ſunt Triclinio illata.

DE ETHNICIS EXEMPLIS: ET PRIMVM.

DE Lydis.

Equuntur externa: quæ eadem ſunt: & ethnica: maiore(ut
ſ ſentio)inſectatione digna: nec ſolum quia in iis maior lu-
xuria eſt: Sed quod magis adhuc deteſtabile.prima quæ-
dam luxuriæ elementa.qualia a Lydis profecta ſunt: qui non con
tenti natiuo lanæ candore: eam primi omnium infecerunt: tanq̃ ſi
quid utilius fuerit: aut magis neceſſariũ: natura omnium parens:
non potuerit in re tam parua humano generi gratificari: aut quod
ſtultum ſit credere noluerit.

DE Tyriis: & aliis gen tibus.

Ed Tyrii magis deteſtabiles: qui hãc Lydorum inſaniam
ſ ſtudioſius tractarunt: deteſtabilior & Aſia: quæ Aurũ pri-
ma intexuit: Babylon quæ ueſtem uariis Coloribus acu di
ſtinxit: Ethruria: quæ purpuram ueſtibus prætexuit: ſed hæc parum
inſignia: quia huic: uel illi: cõmunia ſun t genti: quæ ſequuntur: ma
gis conſpicua: minus.n.uenia dignum creditur: quod in uno: q̃ ꝙ
in multis delinquitur.

DE Alcibiade Athenienſi.

Viſſet(Quis ignorat?)minus inuidioſum Alcibiadi Athe-
f nienſi: ſi priorum ducum exemplo: q̃ ſuo purpureis in præ
toria naui uſus eſſet uelis: tanq̃ cõcharum ſanies: quia ma-
rinæ ſint: magis ad naualem expediret curſum: q̃ cãdens Linum.

DE Cilicibus Piratis.

Ec Cilices Piratæ: quum omne internum mare latrocinio
n inſediſſent: celerius freta traiiciebant: quia & ipſi purpureis
ſunt uelis uſi: auratis rudentibus: remis argento præditis: fu
it ille rerum luxus: non uſus.

DE.L.Lucullo.

i NſanæL.Luculli ſtructiões in cauſa fuerunt:cur a ſuis appellatus ſit Xerſes togat⁹:ſed illa maior luxuria:q triclinijs omnibus ſuum nomen & ſumptus modum inſcripſit: ut quanti paranda eſſet cœna:ex cœnationis appatatu:famuli intelligerent:ſtruebatur conuiuium.L.millibus: quum in Apolline cœnabatur:qua uoce ludificatus eſt Pompeium:& Marcũ Tullium: quibus famoſam illam conditione appoſuit cœnam:ut de domeſtico apparatu nihil mutaretur.

DE Eodem Lucullo.

p Ro miraculo abiit in aures:& ora hominũ:(neq̧.n.modicæ:ciuiliſue ſuppellectilis fuit): q quum Prætor Romæ in Ludorum apparatu ab eodem ueſtes petiiſſet:ad ſcænam inſtruendam ducentas detulit:atq̧ omnes purpureas:per hæc ille conſecutus eſt:ut inter rara luxuriæ exempla tempeſtatis illius cenſeretur.notum eſt illud in ore quiritium celebre:loquitur:ut Cato: uiuit:ut Lucullus.

DE Nerone:&.L.Aelio Vero.

p Arua hæc:& frugalitatis plena:ſi Neronis domus: intempeſtiuæq̧ eius epulæ referantur:aut Aelii ueri cœna: qua nulla hominum memoria fuit portentoſior: ſexagies centum millibus ſextertiis inſtructa eſt:ſi integra ſcriptorum fide ſunt hæc in literas miſſa:duodecim: qui cum eo accubuerunt.ſingulis abeuntibus:congeſta dono ſunt:uaſa argentea:aurea:chryſtallina: & Myrrhina:tot.n.generibus poculorum fuerant in cœna uſi:ſua cuiq̧ data eſt Mula pretioſiſſime iſtrata: qua domum ueheretur. quærere:quibus epulis admoti ſint: qui ita donati abierint potius eius eſt:qui uult monſtra diſcere:q̃ Luxuriæ argumenta.

DE Heliogabalo.

u Ix(quod ad hoc pertinet)fidem inueniant:quæ de Heliogabali inſania ueriuſq̃ luxuria:prodita ſunt memoriæ.Piſcinas Roſacea impleuit aqua:Balſamũ infudit lucernis: gemmas nobiliſſimorũ artificum manu ſculptas appoſuit calceis: Croco Triclinium ſtrauit:Porticum ſcobe auri:nunq̃ iterum cum aliqua eſt fœmina cõgreſſus: præterq̃ cum uxore:nunq̃ iterum aurea ueſte uſus eſt: aut Holoſerica:eleuant hæc ueterẽ Demetrii Regis infamiam.is quia auratis uteretur calceis: pene pdigioſum Macedonia exiſtimauit.

DE Vitæ:& Morum:Mutatione.

Atagũt plus æquo futurorũ miſeri mortales: & quũ multi
f plex ſit cura hæc:de re nulla magis ſolicita ẽ uita hominis:
ꝗ̃ de profectu & ſucceſſu eorum:quos procreauimus:uel
ꝙ nobis chariſſimi ſunt:aut quia ambitioſum animal ut pictor ali
quis:aut ſtatuarius ſuũ uelit opus elegantiſmũ eſſe:omiumꝗ; per/
fectiſſimũ. Hinc ſciſcitatiões ſortiũ & oraculorũ ſolicitæꝗ; parentũ
indagines:anxiaꝗ; cura noſcẽdi quid ſpei:quid metus ſecum ferat
liberorũ indoles:ſed quũ ſomnia:auſpicia:omina: præſagia atten-
derent ueteres illi:nihil propemodum fuit:neꝗ; hodie eſt:ad quod
magis caliget mens hominis:ꝗ̃ ſignificatio illa:& odor futuræ uir-
tutis:quæ ſua ſponte in puero & adoleſcẽte ſeſe offert.(Indolẽ uo
cant)hæc una inſpicitur:hæc uulgo obſeruatur:hæc certũ indubita
tũꝗ; morũ euẽtũ creditur pollIceri:ſed ſolers nimiũ humana mẽs:
& ad ſe ipſam decipiendã ſupra ꝗ̃ dici poſſit ĩgenioſa:& quod ma
xime optat:id præcipit animo:tanꝗ̃ non aliter euenire oporteat:ꝗ̃
quod ip̃e de ſe & ſuis auguretur:ſignat quadã tenus futurũ hoĩem
indoles:ſignant ipſa uitæ exordia:ſed euent⁹his ſæpe diuerſus:mul
ti fuere:q lõge diuerſi ſunt demũ repti ab iis:quos ſe futuros a pue
ritia ꝓmiſere:adeo oĩa hominis incerta ſunt:ut de uolũtate:ꝗ̃ libe-
ta eſt:nullus ſit certus exitus.

DE Ioha Iudæorũ Rege.

D uerius uero eſſe Iohæ Iudæorũ regis triſtis exitus facile
i demõſtrauit:quippe q puer nõ minus indole cõmenda
tus:ꝗ̃ ꝙ a Dauide eẽt ꝓcreatus oĩum fauore regnũ recu-
perauit. Cæterũ ætate adultus multũ a ſe ip̃o diuerſus abiit.n.uero
patriã pietatẽ aſp̃natus:ethnicos coluit deos:Zachariã Iohadæ fili
um:perquẽ puer fuerat in regnũ reſtitutus:occidit:nec lento dein-
ceps gradu ultrix Ira numinis ſecuta ẽ:hoſtiliũ armorũ terrore ſub
actus:pacẽ ſuppliciter a Syro petitã:ſacris Theſauris omniꝗ; regia
Gaza ſibi ignominioſe redemit: acceſſit huic ignominiæ: cladiꝗ;
publicæ diuturnus morbus:quo demũ affectus domeſticorũ frau-
de perdit.

DE Solomone.

Nequior hoc Solomoni:qui ob altã indolẽ a ſapiẽtiſſimo
a p̃re eſt fratribus p̃latus:in quo prudentiſſimus ſenex nihil
æque ac pietatẽ ſpectaſſe credere æquũ ẽ:fuit ille ſapiẽs:fu-
it diues:munificus:elegans:a pietate tamẽ deflexit: Ethnicæ uxori
gratificatus:& quo maior ſpes in iuuene eluxit tuendæ pietatis:eo
moleſtius in ſene deſyderium fuit neglectæ.

DE Dauide.

Verit Dauidis Indoles an ætas in cauſa: patū compertum
f habeo:ſatis conſtat quū propheta ad unū Ieſſeæ domus re
gem inunguēdum in Bethleem ueniſſet:a patre omnibus
hunc filiis prælatū.ꝙ ſi paternū iudiciū ad indolē referatur: credi
par eſt ſerie lineamēta dūtaxat:aut ætatē intuitū uehementer oblu
cinatū:Cæterū propheta decipi nō potuit:ꝗ tota illa fratrū cohorte
repudiata hūc potiſſimū legit:qui oīum erat ꝓſtātiſſimus futurus:
nec iudiciū caruit euentu.

DE Iuda.

Iſi Iudæ apoſtoli mores & uita ab initio hoīum opinione
n probata eſſet:indignus uideri potuit:qui in ſanctiſſimum
Chriſti comitatū reciperetur:uerū ſic oīa ī eo mutata ſunt:
ut ex Fideli:Perfidus:ex Diſcipulo:Proditor ſit factus.qui quū in
bona ſpe eſſet:deſperationē præſumpſit:tā incerta ē hūanæ uitæ cō
ditio:tā prona in lapſum:ut tū maxime cōcidat:quū ſe ſtare putat.

DE Paulo Tarſenſi.

Ge nunc: & quis unꝗ tā inſenſe odit chriſtianū nomen:ꝗ
a Tarſenſis Paulus?qui adoleſcens Martyrum ſpolia calca-
uit:inſultauit iuſtis:Damaſcū adultus petiit Chriſti fidem
oppugnaturꝰ.cæterū ita omnia in eo mutata:ut nemo plus illo di
lexerit ueritatem:nemo latius prædicauerit:ardentius coluerit:nul
li tātū delirii ab initio affuit:nulli poſtremo plꝰ pietatis & ſapiētiæ.

DE Innocentio Ro.Pontifice.

Olebat Innocentius Pōtifex:quū priuatus adhuc eēt:om-
ſ nium maxime Pontifices incuſare: ꝙ nō darent impenſe
operam:ut ſchiſma:quo diu Romana laborauerat eccle-
ſia:e medio tollerent:nec bello Tyrannos inſectarētur: Cæterum
Pontificiū decus adeptus:adeo aliena uixit mente:ut multi etiam
nulla alia de cauſa ab eo afflicti credantur:ꝗ ꝙ ad hæc duo præſtā
da illū inuitū & audire nolentem uehementius hortarentur.

DE ETHNICIS EXEMPLIS:ET PRIMVM.

DE Alcibiade.

Ix ulla ſui pte chriſtiana pietas pluribꝰ:magiſq; inſignibus
u ſcatet exēplis.ſed Ethnicorū ratio habēda.eſtq; illud in his
tā ueteri:ꝗ celebrata memoria:ꝙ Alcibiades Atheniēſis in
illud ſibi & patriæ intēpeſtiuū exiliū cōpulſus:Lacedæmonē ſe cō
tulit: ubi ſupra ꝗ dici poſſit:celeriter ad laconicum morē trāſiit:ut
ſpartiatarū unus nō atticorū crederetᷣ:ſed in hoc minus mirū.fuit

enim ut fertur uario ingenio:nec ad rem unã tantũ idoneo:in quo Cameleontis natura imitatrix oĩum prope colorum exprimeret.

DE Dionyſio Iuniore.

Aeuus: & imanis in regno Iunior Dionyſius: multumq;
f paternæ crudelitatis referens:regio tamẽ ſolio deiectus corinthumq; ablegatus oẽm prioris uitæ faſtum adeo exuit ciuilem & remiſſiorem uitam complexus: ut tam ſubita in homine mutatio non imerito eſſet hominibus ſuſpecta: tanq̃ ad tempus ſimulata:ſed ueriſſimum illud:quod ẽ in ore multorum: omnium malorum nullum eſſe efficacius remedium:q̃ obliuio.

DE Cymone Athenienſi.

N Cymone puero nihil ſimulati aut ficti fuit:ſtultus:& in
i ſolens a primis annis fuiſſe traditur:creuit ætas: infamiãq; pueritiæ:in laudẽ uertit:Athenienſiũq; longe princeps liberalitate:omnibuſq; ciuilib⁹ diſciplinis factus:adeo ut in ea parte uitæ ſit Themiſtocli:qui græciam ſeruauit:oĩum iudicio prælatus.

DE Alexandri Magni Succeſſoribus.

Ntigonus: Lyſimachus: Ptolemæus: & cæteri Alexandri
a ſucceſſores q̃ diu nomine: & inſignibus regiis abſtinuere benigne clæmenterq; Imperium exercuiſſe dicuntur: cæterum Diademate: & regis appellatione recepta uis pro iuſtitia placere cœpta eſt:pro æquitate:libido:faſtus:& ſuperbia:pro clæmentia:& humanitate:poſtremo prioris fortunæ obliti: uiſi ſunt hiſtriones imitari:qui uitam & mores cũ ueſtibus uno die ſæpius mutãt.

DE Demetrio Rege:& Anto.Triumuiro.

Ed his ſemel mutari contigit illud in quibuſdam memora
f bile:ut i Demetrio:Antigoni:& Antonio Trimuiro:quos in re bellica:nemo abſtinẽria:laboř:fortitudine:& ſolertia: uicit:in ocio nemo:Luxuria:Temulentia: & libidine adæquauit.

DE Cæſare Auguſto:& Caligula.

St Roma Auguſtum multo mitiorem experta: ciuilibus
e bellis defunctum:q̃ ab initio habuiſſet caligulã: ex humili ſæuum & Truculentum fecit Imperium: ut non infacete ſit de eo dictum: Nullum unq̃ hominem aut humilius ſeruiuiſſe: crudelius imperaſſe neminem.

DE Populorũ Odio:In Reges:& tyrannos.

X omnibus:quæ in uniuerſum ſunt homini grata :poſt ui-
e tam ipſam nihil ẽ illi libertate gratius: quo fit: ut qui de ea

dimicant putent ſe de uita dimicare:hæc ſæpe auro: ſæpius ſanguine:ſæpiſſime morte redempta eſt: hinc exitiale populorũ:& gentium in Tyrannos odium:hinc crudelitatis exempla multa & magna: quæ oĩs uidit ætas:quid ꝙ & regium nomen:quia non multum fortuna a Tyrannico diſtet adeo non nunq̃ fuit populis inuiſum:ut uel in optimorum regum progeniem ſit a populis crudeliter ſæuitum?

DE Athalia.

n Vllus unq̃ regum fuit Dauide ſanctior:nullus Solomone ſapientior.omnis tamen eorum progenies Athaliæ impulſu:ſæuoq; Imperio eſt ferro dedita a Iudæis.potuit mulier execrabilis ui & armis regnum occupare.ſanctiſſimũ gentis ſtẽma abolere non potuit.ut non ſolũ peremptorũ manibus:ſed & Iohæ puero:qui ſolus ſuperfuit:patrati ſceleris debitas exoluerit pœnas.

DE Petro Candiano Venetorũ Duce.

ſ Ed ueterũ exempla oppido pauca in hac parte: præſertim noſtratiũ hominũ: recentius itaq; illud quod Petrus Candianus:qui Venetorum Dux legitimũ magiſtratũ in Tyrannidem uertit:ſibi & liberis ſuperba regiminis forma exitiũ peperit. Populus ſuæ libertatis memor domum eius iniecta flamma incendit: Tyrannum inde deturbat.deturbatum trucidat:filium iugulat in nutricis gremio.amborũ corpora ad Macellũ pjicit canibus lanianda:adeo iuxta Tyrannos:& qui ex his ſunt libertatis ſtudio inſenſe odit incondita multitudo.

DE Lemigio Exarcho.

p Ari & affectu ac neſcio an maiore etiam Rauennates Lemigium oderunt Exarchum.quem ob Tyrannicos:& fœdos mores nõ contẽti interfeciſſe eius uxorem & pellices uulgauit ad ſtuprum irata ciuitas.

DE Exarchanis Iudicibus.

e Adem ultio attigit exarchanos iudices: quibus publicitus cæſis omnis eorum familia ludibrio fuit inſenſæ multitudini:quæ ſemper aut nimium odit:aut nimiũ amat.

DE Eceliuo Tyranno.

ſ Ed Tyrãnorum nullus fuit unq̃ inuiſior Ecelino:qui crudelitate:& ſæuitia cum Phalaride certauit: puberes ab eo mutilati:pueri cõciſi:uirgines uitiatæ: Matronis mammæ ademptæ.pregnantiũ uteri exſecti:partuſq; flammis deditus: quæ

FF

ſcelerum diritas eo extincto domeſticis eſt & neceſſariis Tauriſii repræſentata:ſex filii Alberti fratris ſubito populi incurſu interfecti ſunt. Tyranni: uxor: & filiæ uiuæ in ignem coniectæ.

DE ETHNICIS.

a Deo ingenitum eſt homini in Tyrannos odium: ut in plu ribus gentibus ſit cautum lege: qui Tyrannum occidiſſet: is paricidii non teneret: nec parricidæ nomen ferret: in qui bus ſunt & præmia conſtituta. ſatis conſtat ciuitates quaſdam nul li fœminæ præterq̃ Tyrannicidæ ſtatuam poſuiſſe.

DE Pygmalione.

p Ygmalionis Tyranni odio Tyriorum multi ſolum uerte- runt: ſi poetæ teſtimonium recipitur in hac exemplari rela tione: nam quia & ipſa ſibi nomen hiſtoriæ uendicat: cu- ſtos eſt fidei tenaciſſima.

DE Ariſtide Locrenſi.

o Dit & Ariſtides locrenſis inſigniter Tyranni nomen: cu- ius filiam: quum Dionyſius maior ſibi uxorem depoſce- ret: mallem inquit ille filiam male perditam uidere: q̃ Ty ranni matrimonio locatam.

DE Locrenſibus.

h Vius & Dionyſii uxorem: & filias Locrẽſes in poteſtatem redactas: ad ſtuprũ: & libidinem multitudini obiecere in Tyrãni inuidiam. inde ad libidinis ſacietatem uexatas me diis merſerunt fluctibus adhuc uiuas.

DE Syracuſanis.

n Vllus Tyrannorum in terre Græcie minore flagrauit odio q̃ Hiero Syracuſanus: nullus dominatus minus fuit inui- diæ obuius. eius tamẽ progenies poſt Hieronymi cædem a Syracuſanis uno die interfecta eſt: cui ut uidere licet: nõ tam ſua maiorum ue ſæuitia: q̃ Tyranni nomen obfuit.

DE Timoleonte corynthio.

t Imoleon Corynthius: Dionyſii Principatu euerſo euertit & arcem eo nomine quia Tyrannorum fuiſſet ſedes. cæte rum in eo maius ſuum in Tyrãnos odium teſtatus eſt: q̃ & ſepulchra: cæteraq; ornamenta diruit.

DE Po. Ro.

q Vantum Tyrannos oderint & Romani: ex eo poteſt intelligi: ꝙ regium nomen ex urbe ſuſtulere: Tyrannidis ſuſpitione: atq; ita ſublatũ uoluit populus: ut de libertate etiam benemeritis fraudi fuerit ferre Tarquinii nomen.

DE. Sp. Meſio. & Manlio Capitolino.

ſ. Purio Melio: & Manlio Capitolino non nomen: ſed ſuſpecta largitio fuit exitio in eadẽ ciuitate. ſed quid Tyranno feciſſent ii: qui uiam: quæ ad Tyrannidem ducere uiſa eſt: ſuis obſeptam ciuibus: atrocibus muniuere ſuppliciis?

DE Caligula Imperatore.

t Vlit Caligula Imperatoris nomen: cætera Tyrannus fuit inmanis: cruento exitu dignus: quem demum ſortitus eſt. ſed nec unus ſanguis explere potuit odium ciuitatis: Cæſonia eius uxor cum filia admodum paruula multitudinis incurſu trucidata eſt: nequid ſupereſſet: quod Tyranni recordatione ciuitatis oculos uiolaret.

DE Domitiano Imperatore.

e Adem quiritiũ ciuitas: omnes Domitiani imagines & titulos e publico ſuſtulit: Decreta per illum antiquauit. ut diræ illius Tyrannidis: ueriuſq; principatus memoria cum ipſo crudeliter interfecto ſepeliretur: ſed quo plura ſunt hui⁹ generis in omni gente exempla & magis illuſtria: eo parcius ponenda.

FINIS OCTAVI EXEMPLORVM LIBRI.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

MARCI ANTONII SABELLICI EXEMPLORVM. LIBER NONVS.

DE INIVRIA FERENDA: ET PRIMVM.

DE Chriſto.

INiuriam propulſarẽ fortis uiri eſt: quæ & ſi depelli poſſit: ferre illatam multo fortioris ſit: hoc ſapientis eſt: illud ualidi & robuſti corporis. certe aliquid ẽ alium uincere: ſed ſe ipſum ſuperare uera indubitataq; uirtus eſt: tales fuerunt qui ſapientes dicti ſunt: ta lis ipſa ſapiẽtia Chriſt⁹ Rex: & doctor om nium: quippe qui & ferendam eſſe iniuriam præcepit: & illatam uſq; adeo tulit: ut ueniam ſit percuſſoribus precatus.

DE Ioſippo Iſraelis filio.

Oſippus: cuius myſtica uẽditio ſacris eſt literis tradita: fra-
i trum iniuriam nõ ſolum tulit: ſed beneficio etiã repẽſauit.

DE Moſe.

Vid Moſes: quis eo uno fortior: quis rurſus minus ultionis
q cupidus? qui quo populum infeſtiorem habuit: & ad con-
uicia proniorem eo impẽſius cœli numen his propitium
reddere perſeuerauit precibus ad deum effuſis. nec Haaroni conui
cianti conuiciatus eſt: nec ſorori: quia æthiopicũ ſibi connubium
exprobraſſet correptaq; eſſet lepra minus libens opitulatus eſt: præ
ſentem ultionem ſuppliciter deprecatus.

DE Saulo Iudæorum Rege.

Vit Saulus Rex ad bellum exiturus ſuorum popularium
f quibuſdam contemptui: uictor inde quum triumphanti ſi
milis domum reuerteretur: inſtarentq; milites ut eam iniu
riam ulciſceretur: uim inhibuit: teſtatus turpiſſimũ eſſe: non poſſe
ſe paucorum iniuriam ferre: qui tot millia hoſtium tuliſſet.

DE Diuo Martino.

Vlſatus grauiter Martinus antiſtes Turonenſis eſt ab equi
p tibus quorum equi ipſius aſino ſedentis aſpectu cõſterna
ti ſubito reſultu ſeſſores tergo deiecerant. ſtetere itaq; imo-
biles equi ueſtigio defixi: quoad ſanctiſſimus ſenex precib⁹ tenuit:

ut his pœnitentiam agentibus:equorum ſit uſus reſtitutus: & equi
tes innoxie demiſſi.

DE Bernardo Abbate.

Enit ad Bernardũ Abbatem neſcio quis monaſticam ui-
u tam profeſſurus.monitus ab eo poſſe quidem & alibi eũ
proficere ſi uelit:ceu repudiatus eum pugno percuſſit.fuiſ
ſent qui aderant confeſtim ulti iniuriam : niſi eius qui erat iniuria
affectus interceſſiſſet auctoritas uim inhibentis.oportere hunc di-
ctitans aliis ignoſcere: cui toties a deo ignoſceretur.

DE Chriſtophoro Martyre.

Hriſtophorus Martyr a Samiorũ præfecto percuſſus cola-
c pho repercuterẽ te inqt niſi chriſtiana pietas: cuius cultor
ſum:prohiberet:per quæ haud dubie mõſtrauit chriſtianæ
pietatis propriũ eſſe:non iniuriã uindicare : ſed æquanimiter ferre.

DE Libertino Monacho.

Vid qđ Libertinus fundani cœnobii monachus fecit.q ſca
q bello domi Abbatis manu intorto percuſſus ne ingemuit
quidem.poſtridie negocium quoddã ſecutus:quum in ur
bẽ ueniſſet rogatus unde illa oris ſugillatio in ſcabellũ inquit offen
di:ſic & qđ uere acciderat confeſſus eſt:& Abbatis iracundiã texit.

DE Sarra.

Aciebat ancillaris temeritas maledicta & probrã uirulẽta
i in Sarrã eximia ſanctitate fœminam paricidam:& cõnu-
bio exitialem uocãs : quia quum multis nupſiſſet in nullo
diurnum connubium ſortita eſſet:ſed neq; illa ulta eſt iniuriã:neq;
ſi facultas affuiſſet:ulciſcendam curaſſet:tantum Deum Optimũ
Maximum precata eſt : ut ſtabile & manſurum connubium ali-
quando ſortiretur.

DE Heliſabeth.

Eliſabeth regia domo orta:poſt uiri interitum : opibuſq; bõ
h conſumptis:quum palliolo pene lacero amiciretur: oĩbuſ
q; deſpicatiſſima occurreret : temerariæ mulieris occurſu
quã integra fortũa benigne iuuerat:foueratq; multa benignitate:ad
terram deiecta cœnoq; reſperſa: non modo:non grauiter tulit:ſed
ſubridens ſtatuit ſe leniter in pedes: & ꝙ cõtemptui fuiſſet ſpectan
tibus: tacite gauiſa eſt.

DE Alexandrina Muliere.

i Mmpetrauit ab Athanaſio urbis antiſtite Alexādrina mulier tam diues: ꝙ nobilis: ut ex uiduis quæ eccleſiæ ſumptu alebātur: daretur ſibi una aliqua alēda: data eſt illi mulier: miti & ſuaui ingenio: cuius facilitate auctum eſt matronæ ſtudium in pauperes: popoſcitq́ ſibi alteram dari: caſu an conſilio nō facile dixerim: data eſt peruicax & in humana mulier. ex qua quū ex pio hoſpitio ꝓbra & ſæua uerbera reportaret: gratias egit Athanaſio ꝙ ſibi demū dediſſet: per quā ad patiētiæ cultū exerceretur.

DE ETHNICIS EXEMPLIS: ET PRIMVM.

DE Socrate.

e T hæc piorū ſunt. ex ethnicis Socrates mortaliū ſapientiſſimus calce a quodā percuſſus in publico: monitus ab uno aſſectatorū ut hominem repercuteret: an inquit: ſi Aſinus mihi calcem impegiſſet: in eum reclacitarem?

DE Lycurgo Lacedæmonio.

l Ycurgus: q leges Lacedæmoniis dedit: non mō æquo aīo tulit oculi cæcitatē ab Alcandro Adoleſcēte temerario illatā: ſed ipſum iniuriæ auctorem ad ſuppliciū ſibi deditū benigne clementerq́ penes ſe tam diu habuit: quo ad longa conſuetudine ex improbiſſimo factus ſit omnium frugaliſſimus.

DE Pericle Athenienſi.

t Vlit patienter per integrum diem in publico conuiciatorē temerarium & inſolentē Pericles Athenienſiū alioqui princeps: nec quū ueſperi ſe domum reciperet a ſe repulit adhuc maledictis inſectantē: poſtremo ubi in primo domus limine conſtitit ad ſeruū conuerſus: ito inquit: & hūc ciuē domū reducito. ſicq́ homo improbus ab iniuria & cōtumelia gratiam reportauit.

DE Fabio Maximo.

ſ Ed nulli hoīum prudentius: ſedatiuſq́ iniuriā tulere: ꝙ Romani: quorū propriū fuit fortia facere: & pati: nā quis hominū minus moleſte tulit ignominiā ſibi publice: iniuſtā: ꝙ Fabi⁹ ille Maximus: qui unus ut Ennius ſcripſit cunctando reſtituit rem? Cæterū Minutius: qui illi æquatus eſt: mox paulo cū ſuo exercitu ab eo ſeruatus patrem appellauit: milites patronum.

DE Catone Vticenſi.

m .Cato Iunior poſtridie comitiorū qui in petitione cōſulatus tulit repulſam: unguento delibutus deſcēdit in cāpum poſt prandium: ubi ſine calceis: & tunicā funiculo ſuccin-

cta de more cum amicis deambulauit: adeo negligenter uir ſapiēs tulit: quod cæteri ciues ignominiæ loco ponere conſueuerunt.

DE INVIDIA: ET PRIMVM.

DE Cham.

Mnium uitiorum Inuidia ꝓpemodum uetuſtiſſima: nec
o magis uetuſq̄ homini pernitioſa. omne uitium in actu uo
luptatem aucupatur aliquam: ſola hæc perpetuo eſt mœrori dedita: quæ quo maior eſt: eo peius qui inuidet afficit̄ minuſq; ſui compos eſt: res dira: cæterū felicitatis pediſequa: & ſi diuerſi affectus: enimuero quo plus lætitiæ in illa eſt: eo triſtior hæc: magiſq; luctu & mœrore conficitur: cœca: amens: liuore infecta: omniū rerum ignara: prætérq̄ Latratus & obtrectatiōis: Hæc Cham in fratrem non ſolum odio: ſed funeſto etiam telo inſtruxit: ut pene prius id malum caput extulerit: q̄ aliquid in terris eſſet quod propter attollere debuerit.

DE Ioſippo a Fratribus Vendito.

Adem peſtis Iſtahelis filios eo perpulit: ut fratrem quem
e puerum cœli prouidentia principem gentis deſignabat:
capitaliter oderint: peroſi in puteum præcipitarint: ex puteo receptum Iſrahelitis uendiderint.

DE Data: & Abyro.

Ari Datas & Abyrꝰ face incēſi: ſacerdotiū Aharoni adime
p re conati ſe & ſuos ſubita numinis ultione perdiderunt.

DE Effranitis.

Ed q̄ Datæ: & Abyro ſua exitialis fuit Inuidia: tā certe ac
f neſcio an magis etiam Effranitis. qui ſeptem tribulē ſuū
poſt clariſſimā uictoriā de Philiſteis: & Amonitis partam
quia ad bellū uocati non eſſent ut hoſtem armis perſecuti ſunt: cæterū acie cōgreſſi ad. xl. hoīum millia uno amiſerūt prælio.

DE Pontificū Iudæorū: & Sacerdotū: Inuidia.

Vid illa hæbreorū pontificum nefaria inſectatio Chriſti re-
q gis acta & uitam infamantiū: an aliud fuit: q̄ inuidia: quæ
cæcos: & p̄cipites egit: ut quem coler̄: quē uenerari debuerunt: cruci affixerint: nec impune uindicata ē ea iniuria: nō ſolum patriæ excidio: tantaq; hominū iactura Quantam nulla unq̄ uidit ætas unum in locum & gentem coaceruatam: ſed perpetuo etiam poſteritatis ſupplicio.

DE Symonis Samaritani inuidia.

Ec certamen illud memorabile eſt Petro Barionæ aliũde
n ortum:q̃ a Symonis Samaritani inuidia.qui opera diuini
tatis:malorum Dæmonnm præſtigiis æmulabat:quæ ſan
cte imitari non poterat:ſed dum Romanã ciuitatẽ ludere cõten-
dit magico aſtu:diuina ui terræ afflict⁹ crureq; debilitat⁹ luſus eſt.

DE ETHNICIS EXEMPLIS:ET PRIMVM.

DE Palamede.

Alamedem Nauplii filium(ſiqua fides ẽ poetis)nulla res
p alia circa Ilium magis afflixit: q̃ Vlixis inuidia: ſiquidem
iniuria ab uno ꝑfecta ẽ:ſed ulrio uniuerſam gentẽ attigit.

DE Cambyſe Rege.

Ccidit Cambyſes Rex Perſarum non regni æmulatione:
o quippe quæ nulla eſſe poterat uno fratrũ imperante: alte-
ro ad obſequiũ parato:ſed Inuidia.attraxerat frater æthio-
picũ arcum ipſo rege:& regis comitatu aliquanto ualidius.peperit
iuueni fortiſſimo lacertorũ robur inuidiam: ea uero inuidia non
multo poſt exitium:ademit ea uis uitam fratri:illi cuius iuſſu inter
fectus eſt:regnum & uitam omni regno chariorem.

DE Publicolæ Propinquis.

Nuiderunt & Publicolæ propinqui(nam de abſentis affe-
i ctu nõ habeo quid dicam)Capitolini tẽpli dedicationem
Puluillo conſuli.cui preſenti cerimoniæ intento tam atro-
cem q̃ falſum de morte filii nuntium incuſſerunt.ſed ille ſiue non
credidit:ſiue religionẽ priuato luctui prætulit:reiecto omine:quod
incohauerat peregit opus.

DE Fabii Ambuſti Filia.

Ec Fabii Ambuſti filia tam triſtis & lachrymis ſuffuſa ſeſe
n patri obtuliſſet:niſi patritiũ ſplendorẽ:& conſulares faſces
quorum ſtrepitum expauit:ſorori inuidiſſet: cuius intem-
peſtiuæ lachrymæ magnis Romanam ciuitatem impleuere moti
bus:aſtruxerunt conſulatum plebi curulis ſellæ & faſciũ ad id tem
pus ignaræ:mixtuſq; ordinum ſanguis miſcuit & honores.

DE Papyrio Dictatore.

Aiore ne iuſtitiæ affectu:an inuidiæ Papyrius dictator Fa-
m bium magiſtrum equitum in caſtris primo: mox ad Po.
Ro.fuerit atrociter inſectatus:nemo(ut arbitror)facile di-
xerit:occiderat ille occidione(quod ſatis cõſtat)Dictatore abſente
ad.xx.& amplius hoſtiũ milia una acie ex occaſione eos adortus:

quum iuſſus eſſet a dictatore nihil mouere:q̃ diu ipſe abeſſet: aut igitur Papyrius nobilem illi uictoriam inuidit:aut nimis cõtẽpſit Ro.Legiones:Maieſtatẽq; Ro.Po.cuius precibus nunq̃ ceſſiſſet: niſi ueritus eſſet ne ſoluto Imperio illius ſuffragio:cui id obſtinatius negabatur:reus abſolueretur.

DE Multorum Inuidia.

St hoc ciuitatum peculiare malum:unde Diſcordiæ:Sedi
c tiones:Inteſtina bella ſæpe orta.affectatur Inuidia felicitatẽ nuncq; euntis ueſtigio hæret:nunc ex obliquo aſſilit occurſatq; a fronte:nec patitur ſolidum eſſe fructum: qui ex rerũ ſucceſſu percipiendus eſt:Idem ſane affectus:aut ſolus:aut præcipuus Cimonem tam infeſtum reddidit Pericli:Anytũ Alcibiadi:Epaminundam Pelopidæ:Hannonẽ:Hannibali:Fabium Maximũ:Scipioni:Marcellum:Cæſari.prætexuit(ſcio)alius aliam cauſam ſuo odio:ſed diſſidii origo aut ex odii fonte orta eſt: aut liuentibus fuit equis reſperſa.

DE IRACVNDIA:ET PRIMVM.

DE Saulo Rege.

Emo unq̃ in uitio a primo ortu fuit.ſed ſua quiſq; fit culpa
n improbus.ſunt medii quidam motus animorũ:quibus ſi male utaris:fiunt Vitia: ſin aliter:Virtutes erunt:qui.n.peccanti iraſcitur:ut uitium corrigat:nihil inhumane facit:ꝙ iniuriam damnat:aut illatam ulciſcitur fortis hic & iuſtus: at qui iram non frenat:ſed præceps rapitur:is inmani eſt belluæ ſimilior:q̃ homini: extant uaria:& a troia huius uitii exempla:& in his illud Sauli regis:qui ob Dauidem:quẽ infenſe oderat: quia apud Abimalechũ fugiens ille in hoſpitio fuiſſet regiæ iræ ignarũ non ſolũ hoſpitem Ipſum:ſed Nobeã etiam hoſpitalẽ urbem incendit ciuibus omnis ſexus:& ætatis ferro deditis:fuitq; miſerabilis illa clades eo calamitoſior ꝙ quinq; & octoginta uiri ſapientia & diuinatione illuſtres Abimalechi cauſa extremo ſunt ſupplicio affecti.

DE Eodem:& Anna Chaiphæ Socero.

Ontorſit idẽ ſpicula n õnunq̃ medio affatu in Dauidem:
c ut in ueſtigio tranſfigeret:ſed inſania fuit hæc dicet aliquis. Inſania fortaſſis:nã parum(ut fertur)fuit mentis compos. at non inſanus Anna pontificis Chaiphæ ſocer.qui quũ uerum audiret:tanq̃ Blaſphemiam audiuiſſet ita ira excanduit: ut ueſtem a pectore conſciderit.

DE Synagogæ Ira.

Bſtruxerunt ſibi aures ad Protomartyris uocem Cyrenen
o ſes Alexandrini:& quicunqꝫ ex ſynagoga illi litem intende
rant:uictiqꝫ Iuuenis ſapientia:ira accenſi urbe eiiciunt:eie
ctum lapidibus obruunt.

DE IRA PRINCIPVM IN MARTIRES.

Anctorū ſupplicia hinc potius:q̄ ab ultione ꝑfecta:lucem
ſ oculis admotam ferre non poterant.inſania:& furore ada
cti prĩcipes malorū dæmonum cultores pietatē pro noxa:
lucem pro tenebris:diuinitatis opera:pro præſtigiis habuere.

DE Ecelino Tyranno.

Celinus:qui ut ſæpe eſt memoratū:ſæuitiæ fama nulli Ty
e rannorum ceſſit:uictus prœlio ad Soncinum:ubi res ſuas
ſenſit una pugna acciſas:uulnus:quod i acie acceperat:ſo
tum & circūligatum frendens Ira fremenſqꝫ in morem ſæuiētis fe-
ræ unguibus conſcidit.

DE Suitenſibus.

Vitēſes germanicū genus hominū:qui & Suitari dicūtur:
ſ cruenta quadam in finitimos uictoria hoſtium cadauera:
pro puluinis ſibi ſubiicietes ibi loci:ubi fuerat dimicatum.
diſcubuere:fueruntqꝫ ex his qui ira & odio in explebili hoſtilem in
terim cruorem hauſiſſe dicantur.

DE Factioſis Italiæ Vrbibus.

Ed nuſq̄ Gentium maiora iratū argumenta extiterūt q̄ in
ſ factioſis Italiæ urbibus: quū noſtra tum patrū memoria.
ubi principes factionū in inimicorū poteſtatem redacti ui
ui quidam cōbuſti ſunt: in crepundiis pueri interfecti: prægnātes
matronæ execto utero cum partu crudeliter peremptæ:multi præ-
cipitati:exēterati quidam cordaqꝫ ad obprobriū ſuſpenſa ac diuer-
berata.ſed quales fuerĩt eiuſmodi carnificinæ illud declatat: ꝙ cle
mentia fuit hominem ſubicere ſecuri:aut laqueo necare.

DE ETHNICIS:ET PRIMVM.

DE Alexandro.

Ra & ſi Temulentiæ mixta Alexandrū Macedonē totius
i oriētis uictorē in in Clytum nutricis ſuæ filiū a quo fuerat
ad Granicum amnē ſeruatus:pernicioſe armauit:& quē ꝑ
uiciæ ꝑfecerat:cōuiuio admouerat:ſubita ira accēſus ferro traiecit.

DE Pyrrho Rege.

p Yrrhus Rex Sicilia relicta: primo in Italiã appulſu in Mamertinorũ Phalangẽ incidit: qui non auſi regẽ a fronte laceſſere: extremũ agmen adorti duos elephantos: & eos qui circa beluas dimicabãt: priuſq̃ rex eo occurrerit oppreſſere: & iã cæperat turbari extremus ordo. quũ Pyrrhus ſuorũ piculo cõmot⁹ in mediũ ſeſe certamen iniecit: hic accepto uulnere ægre hoſtẽ a ſe ꝓpulſabat. anceps itaq; erat pugna: quũ Mamertinorũ un⁹ ꝓcera ſtatura armis fulgens: atq; in medio ſtans regẽ ſi uiueret ad pugnã ꝓuocat. ea demũ cõtumelia rex inflãmatus eo occurrit: ac tã ualido ictu hoſtẽ percuſſit ut ferrũ capiti adactũ ita ad ima deſcenderit: ut magno ſpectãtium ſtupore dimidiatũ corpus in duas ptes abierit.

DE Romano Milite.

q Vum Cănenſi Acie uictor Hannibal Romana luſtraret cadauera: repertus eſt Romanus miles exanimis incubãs ſemineci Pœno: cui armis (ut credeŕ eſt) amiſſis: aut certe manibus defectis adeo Naſum labia: & mentũ mordicus laniauerat: ut ne humana quidem effigies ſupereſſet amplius.

DE Perſe rege.

p Erſes Rex a Paulo Aemilio uictus duos ex ſuis ſe cõſolari adortos unum poſt alium interfecit ira: & dolore præcipitantibus. tam atrox facinus in cauſa fuit: ut confeſtim ab iis qui ad obſequium parati erant: ſit deſtitutus.

DE Nerone Principe.

n Ero Princeps nũtiata Galliarũ & exercituũ defectiõe: quũ forte diſcũberet præ nimia ira mẽſã ſubuertit: fregitq; duo inmẽſi pretii pocula: quib⁹ in tam uoluptuoſo principatu: nihil fuit illi uoluptuoſius.

DE. Mahomethe Othomano.

h Abuit Bizantii Mahomethes Othomanus: qui duo euertit Imperia: uoloptuariũ ſeceſſum: huc cõfeſtim ingreſſo aderant illi duo (ut ferŕ) ex omni puerorũ multitudine: qui ad fœdiſſimũ uſum ibi loci alebanŕ forma eleganti: & hilari aſpectu. his ille utrinq; innixus ſolebat citro ultroq; p hortos deãbulare: obſeruaueratq; interim Rex binos pubeſcẽtes cucumeres. quos quũ eo reuerſus nõ inueniſſet: adeo in ſubitã iram exarſit: ut pueros: qa paululũ diuerſi aberrauerant: expoſtulatos ac pertinaciter negãtes a ſe decerptos: arrepto gladio: quem de more ad latus ſuſpẽſum gerebat: unũ poſt alterũ a ſtomacho reſectum patefecerit uter eorũ furti auctor fuiſſet exploraturus: quum neuter fuiſſet.

DE Xanthiis.

b Is xanthii in Lycia parentes liberos & uxores ira & deſperatione interfecerũt: urbẽq; inſuper cremarunt primo Bello Perſico. inde poſt aliquot ætates ciuili bello: quod Bruto & Caſſio ducibus eſt aduerſus triumuiros Antonium: & Octauium in Aſia & Europa geſtum.

DE Xanthia Muliere.

f Vit in his Xanthiæ mulieris exitus omniũ maxime memorabilis: quæ ſe in publico excidio laqueo ſuſpẽdit: paruum filium a ſe enectum manu una tenens altera incenſam facem ut omnia ſecũ perderet abſumeretq; totam domũ incẽdio.

DE SIMILIBVS CASIBVS: ET EVENTIS.

a Nceps & incerta reputatio ẽ caſũ & fortuna fiat ut in ſumma rerum humanarũ uarietate tanq̃ in ubertima aliqua materia quædam eundem exitum ſortiantur: deferãturq; in eũdẽ caſum: an ad ſimilitudines edẽdas idonea ſit poti⁹: & certa rerum ſeries: & certis cõtenta numeris. cuius diſcurſu neceſſe ſit interdum idem in pluribus euenire. q̃q̃ impium ſit (puto) hic Fatum aut Fortunam nominare ubi prouidentia penſanda eſt.

DE Arabiæ Infelicitate.

u T cũq; tamen hæc æſtimanda ſunt: mirũ uideri poteſt ꝙ in una eademq; terra: quæ Arabia eſt: ductu olim: & infelicibus Cham: qui fuit Noe fili⁹: auſpiciis: prima ueri Dei orta ſit obliuio: mox uero multis ætatib⁹ interiectis ibidem terrarum chriſtianæ ſint fidei: uetæq; luci tenebræ obortæ Mahomethis execrabili inſtituto.

DE Sampſone: & Hercule.

q Vid ꝙ duo inmenſi roboris uiri: inuictæq; fortitudinis hic in terra Græcia: in Iudæa ille ambo eodem tempoř clarue rint: ſintq; famã auſpicati a Leonis interitu: Muliebri fraude ambo periclitati?

DE Filiis Iſrahelis.

a Ge uero nõ ne & hoc mirabitur myſticæ rei ignarus ꝙ biſſeni fuerint Iſrahelis filii: totidem & Chriſti diſcipuli: & in his unus: Iudas nomine: unus qui tricenis ſit nũmis uenditus: tricenis & Chriſtus ſuitq; ille ſub terra: uiuuſq; inde recept⁹ eſt: ſuit & hic: qui propria uirtute ſurrexit: iderunt illum fratres ſublimi ſolio ſedentem: uiderunt hunc diſcipuli cœlum ſcandentẽ: ſpectabunt poſt modum omnes gentes quum ad dexteram ſummi

ſedebit patris humanũ genus iudicaturus.

DE Tribus Herodibus.

Verunt tres Clari in Iudæa Herodes: non magis inter ſe ſi-
iſ miles nomine q̃ & humanæ ſalutis interpolandæ ſtudio:
quorum is innocentiũ cruore crudele ſolium reſperſit: fi-
lius Chriſtum regem pro deſpicato a ſe dimiſit: Nepos Barionam
uinxit: Iacobum interfecit.

DE Totila.

Is Roma à Totila Gothorum rege obſeſſa eſt: bis fame fa
b tigata: bis ab Iſauricis militibus noctu prodita.

DE Alexandro Pontifice.

Cecidit & illud inſigniter: q Alexāder Ro. Pontifex: huius
a nominis ſecundus: qui q tertius: & quintus fuit eiuſdẽ no-
minis Schiſma: & Antipapã ſunt non ſine erũna perpeſſi:
erat & ſextus Alexander tum Pontifex quum hæc cōmētaremur:
qui & ſi non alterum uidit aduerſus ſe Pontificem creatũ: tulit ta-
men primorum antiſtitum ſeceſſionem.

DE ETHNICIS: ET PRIMVM.

DE Troia.

Vit & Troiæ: q ad ethnicos attinet: equ⁹ ſemper exitialis:
f ob Laomedontis equos primum urbs capta eſt ab Hercu
le & exciſa: dein lignea equi effigie pari euentu uenit in ho
ſtium preſtatem: poſtremo charidemi ductu quũ equus ferro con
foſſus concidiſſet: fuit iacens Ilienſibus: quo minus fores irruenti-
bus obiicere nt: hoſtibus impedimento.

DE Duobus Aphricanis.

Ec min⁹ infeſta fuerunt Carthagini duorum Scipionum
n nomina: quorum his punicas fregit opes: ille fundit⁹ euer
tit: reddidit hic Carthaginem tributariã: ille ſolo æquauit.

DE Actæonibus.

Vlit non unus Acteonis nomen: ſed infeliciter: & laniatui
t obnoxium. duo apri occurſu perempti Syrus unus: alter
in arcadia: tertius in Boetia a canibus diſcerptus: Amatori
us furor ultimum laniauit.

DE FORTVITA LVSCITATE.

Vit (quis ignorat?) & hoc fortuitũ, cæterum tale: ut fortu-
f næ inuidia cōparatum credi poſſit: q clariſſimi Duces al-
tero oculo priuati ſunt: ſuperfuerũtq diu ſuæ orbitati Phi-

lippus Rex:qui magni fuit Alexandri pater:Antigonus qui Deme
trii:Hánibal Barchinus:Sertorius Marianarum partium Dux acer
rimus:& noſtra tempeſtate Federicus Vrbinas ueteribus magis:q̃
ſui temporis ducibus comparandus.

DE Cantabris.

Antabri ultimi Hiſpanarũ gentium domiti a Romanis:ul
c timi a Gothis ſubacti:iidem cætera Hiſpania amiſſa Sara-
cenis ſoli omnium reſtitere.dubium caſu an cõſtantia gen
tis:& indomita ui:quæ aut uincere norit aut cadere.

DE Auguſtis:& Conſtantinis.

Auguſti cognomen tulit:qui prim⁹ Romæ imperauit:Au
a guſtus & qui ultimus.a Conſtantino Helenæ filio conditũ
bizantii Imperium : ſub Conſtãtino quem Helena pepit
euerſum noſtra uidit ætas.

DE.C.Cæſare.

Artiis Idibus natus eſt Cæſar dictator:eodẽ die optimatiũ
m conſpiratione in curia concidit tribus & uiginti uulneribus
confoſſus.Pompeio quoq; Magno:qui primus fuit uitæ di
es:fuit & ultimus.

DE Ternario Numero.

Er opimá ſpolia Romã relata:ter cũ Carthaginẽſibus bel-
t latũ:eorũq; ſemp infelici euẽtu:ter Capitoliũ deflagrauit.
duo Bruti libertatis aſſertores:iidẽ aſſertã tuendo mortẽ op
petiuere:duo eiuſdẽ nominis Mutinæ obſidione fatigati.M.Bruti
pater:& decimus Brutus:qui unus fuit ex percuſſoribus Cæſaris.

DE Lyſicide:& Pitheo.

Yſicides : & Pitheus fratres:ex huius filia:quæ Aethra fuit
l Theſeus ortus:ex Alcmena quæ ex illo genita eſt : Hercu-
les duo Græciæ lumina:Pari euentu Peleus : & Telamon
Aeaci filii omnium qui ad Troiam militarunt fortiſſimos genue
runt:hic Achillem:ille Aiacem.

DE Dierum Quorundam Felicitate.

Varto die menſis:quem Athenienſes Hecatonueonẽ dixe
q runt:duas clariſſimas pugnas feliciter Græcia depugnauit
ad leuctra : & Geraſtũ:qbus uniuerſæ gẽti libertas quæſita
eſt:Perſæ ſexto Andromonis die ad Marathonem ingẽti prælio ui
cti:Tertio eiuſdẽ mẽſis ad Plateas : & Mycalẽ:eodẽ menſe Atheni
enſes in Chio ingentem pugnã feliciter depugnarũt:& ad Salami-
nem multo felicius aduerſus Xerxem cum tota Græcia:uicit & Ty

moleon Corinthius Carthaginenſes ad Granicũ amnẽ in Sicilia.

DE Menſis Infelicitate.

f Ed q̃ hic menſis Græciæ felix:tam Metagenion infauſtus quo mẽſe in Cheronea a Philippo & ad Cranonem Græci prœlio ſuperati ſunt:Bis Thebæ captæ:& exciſæ: quum myſteria tenerent:eiſdẽ diebus Athenienſes Macedonum præſidium accepere:& ab Attalo ſunt Rege uicti.

DE ORACVLIS.ET PRIMVM.

DE Iſraele.

i Nter nocturnas imagines:quæ multæ:& uariæ ſunt:nulla certior uetiorq; quum rerum euentu:tum hominũ opinione probata eſt:q̃ quæ ex numinis appropinquatione conſtat; aut parentum ſanctioris ue perſonæ per quietem monitu:uel affatu:qualis ſpecies Iſraeli in deſerto dormiẽti obuerſata eſt:Is altiore ſomno preſſus in ſolitudine imaginatus eſt cernere ſe ſcalas a terræ facie in cœlum ſurrectas:multoſq; miranda ſpeciæ Iuuenes formaq; auguſtiore humana aſcenſum per eas:deſcenſumq; moliri:tũ uero doceri ſibi uiſus eſt cœleſti uoce:ut pgeret in Meſopotamiã ire.foř ut nuptiæ:quas animo agitaret:nõ ſolũ ꝓſpeř cederẽt: ſed miranda inde ſobolis incremẽta ad poſteros uentura.futuráq; eã ſtirpẽ omnibus terris celebrem:nec defuit oraculo euentus.

DE Moſis Patre.

p Ari fide ſequens oraculũ illuſtratũ.Amaramis Iudæorum unus pietate inſigni quum crudeliſſimo Pharaonis edicto omnis Iudæorũ ꝓgenies pro deplorata haberetur: media quiete iuſſus eſt dare operã procreatoni.fore ut filius ex eo naſceretur qui fractis ægyptiorũ opibus populum ſeruitio eximeret. Moſes inde oritur:quo nec ſanctior naſci potuit ad religionẽ ſanciendam:nec ad uindicandã libertatem magis Idoneus.

DE Samuelis Vmbra.

m Onſtrauit & Samuelis umbra Saulo uigilanti q̃ triſtis pugnæ exitus regem ipſum:& omnem regis progeniẽ maneret.ſed ferox ille nimis qui tã funeſto prœlio non abſtinuit:uel ꝙ abſtinere non potuit:aut certe quia non credidit.

DE Ioſippo.

n Ec adumbratio illa leuis:qua Ioſipp[9] Deiparæ cuſtos:& fidus comes per qetẽ iuſſus ẽ: Aegyptũ peteř cũ puero nup nato:& matre eius:ac tam diu ꝓcul abeſſe donec Galilea

indigenis pacaretur: eſſetq; minus infeſta ab crudeliſſi mo Herodis Imperio. DE Magis.

p Ari miraculo tres illi qui ab oriente uenerūt magi: ut Chriſtū nuper natum adorarēt: intempeſta nocte moniti ne ad Herodem reuerterentur: quem Hieroſolymis cōuenerant rati: quod erat: cœli numen intereſſe iis quæ fierent: ab hoſpitali urbe diuerſi domum abierūt. ſed in nulla re ſacræ literæ pluribus ſcatent exemplis: Nam quotus quiſq; religionē adiit: qui non aliquo inſtructus oraculo uiſus ſit ſibi diuinæ uoci: non nocturnæ imagini obtemperare?

DE ETHNICIS: ET PRIMVM.

DE Aenea.

a Eneas ex Ilio profectus præter Creuſæ Idolum: & deorum penatium affatum: monit⁹ ab Anchiſa patre per quietem Sybillæ antrum adiit: & Elyſios circuiuit campos.

DE Alexandro Macedone.

u Rbem in Aegypto conditurus Alexander anceps conſilii ubi loci eam potiſſimum ædificaret: i tempeſta nocte dormienti ſenex aſtitit uenerabili ſpecie: qui homericum illud incinuit. Præterea undiſono quædam iacet inſula ponto: quā Pharon appellant Aegiptia littora contra: quod oraculum Macedo ſecutus Alexandriam ubi hodie uiſitur auſpicatiſſime condidit.

DE. C. Graccho.

i Nfeliciſſimo fratris exitu territus. C. Gracchus pertinaciter abſtinebat a rei publicæ adminiſtratione horrebatq; optimatium potentiam. cæterū graui ſomno preſſus: imaginatus eſt ſe a fratre moneri ne publicam cauſam metu proderet: eſſe in fatis ut ipſe quoq; ſimilem exitum ſortiretur: ut qui in tuenda Romana plebe non diſſimi li ſtudio fuiſſent: eundem uitæ exitum uterq; ſortiretur.

DE Octauio Auguſto.

e Rexit Tonanti Ioui ædem in parte Capitolii Cæſar Auguſtus: quam cantabrico bello uouerat: dedicatamq; quotidie frequentabat: uiſus itaq; eſt ſibi per ſomniū Iupiter Capitolinus quæri ſibi cultores abduci: ſeq; reſpondiſſe tonātem pro Ianitore ei appoſitum: ac mox tintinabulis faſtigium ædis redimiuit: q ea fere tunc Ianuis dependebant.

DE Galba Imperatore.

g Alba: qui poſt Domitium Neronem Princeps fuit: ſumpta uirili toga ſomniauit fortunam ſibi dicentem: ſe ante fores defeſſam ſtare: futurũ ut niſi ocius reciperetur: cuicũq; obuio prædæ eſſet: mirũ quod inde ſecutũ eſt: aperto atrio ſimulacrũ deæ æneum cubitali maius iuxta limen inuẽtum: Id Galba omni tempore menſtruis ſupplicationibus peruigiliq; anniuerſario colu it: quo ad ludibrii illius pſentia deſtitut⁹ cũ uita principatũ amiſit.

DE SOMNIIS: ET PRIMVM.

DE Ioſippo.

e St ſomnium oraculi cõſanguineũ: utrũq; .n. parit ſomnus: diſtant tamen. in affatu hoc eſt poſitum: illud in figura ob ſcuræ ſignificatiõis: niſi diligens interpretatio adhibeatur: qualis fuit ſpecies illa: quam dormiens Ioſippus imaginatus eſt ſe cernere: q omnes deſectæ ſegetis Manipuli: quos fratres ſecuiſſent uenerabũdi ad ſuos accederent: ſecuta recentior imago qua uiſus eſt ſibi a Sole: Luna: & Stellis adorari. quæ nihil obſcure ad ea pertinuerunt: quæ in Ioſippo poſtea euenere. potuit ipſe puer: ut erat a fratribus uendi: fatũ mutari non potuit.

DE Regio Pincerna.

f Vit & illud certi euẽtus: & ſi figura diuerſum: q regius Pincerna & mox piſtorum præfectus: per quietem uiderant. hic tris ſe ciſtas ferre capiti impoſitas duas panis: unã crudi obſonii plena: quã importũæ uolucres diripuiſſent: ille tres opinat⁹ eſt ſe uuæ racemos exprimere. ex quibus regi muſtũ propinaret. id duplex ſchema Ioſippus interpretatus pincernæ miniſterii reſtitutionem portendi ſignificauit: alteri uitæ priuatiõem poſt triduum: quæ cruce finiretur: nec defuit coniecturæ euentus.

DE Pharaonis Somnio.

f Ecuta mox alia ſomnii ſpecies obſcurioribus adhuc uelaminibus. uidit Pharao Rex Aegypti per quietem ſeptenas boues hilari aſpectu ab ripa fluminis ad paludẽ aberrãtes: quas totidem aliæ deformi macie: paluſtriq; loco emerſæ exceptas conficerent: quæ duplex ſomnii imago Ioſippi ſagaci interpretatione ſoluta ẽ: ſeptem annorũ ubertate: lætitiaq; per nitidas boues demonſtrata: p macie confectas portentoſa tandẽ annorũ ſterilitate.

DE Amalechitæ Militis Somnio.

a Ge nunc: & qualis fuit Imago illa: quæ Madianitis Amalechitiſq; excidium portendit. uaſtabant hæ gẽtes Iudæam

bello:fecerantq; caſtra trans Iordanem:in quibus miles unus dor
miens uiſus eſt hordeaceũ panem intueri:qui per tota caſtra pro-
uolutus igentem ederet ſtragem:nec defuit:qui per deſpicatiſſimũ
panem Iudæũ interpretaretur:qui contemptui eſſet hoſtibus.nec
fides non breuiter reſpondit:Iudæi Gedeonis ductu eadem nocte
hoſtium caſtris inſinuati memorabilem ediderunt ſtragem:ſuntq;
c.xx.hoominum a.x.millibus occidione occiſa.

DE Martiani Somnio.

Artianus:qui Athilanis temporibus Byzãtii imperauit:per
m ſomnum uidit arcum Athilæ regis diffractum nocte:qua
ille in Pannonia ſubita morte conſumptus eſt.

DE Genſerici Somnio.

Vid Genſerici Somnio potuit ne quicq̃ ſignificãtius mon
q ſtrari?fuit is Vãdalorũ rex:Romãq; cæpit:& diripuit:com
pelli ſibi uiſus eſt per quietem a tribus iudicibus deponere
flagellum:quod in manibus haberet: a quo uiſu pauci inde dies
interceſſere:quibus Barbarus rex deſiit in humanis eſſe: quod futu
rum Paulinus Nolanus Antiſtes prædixerat.

DE ETHNICIS:ET PRIMVM.

DE Sacerdotium Somnio.

Vbtexam his ethnica Timoleone corinthio ad Dionyſii
ſ Tyrannidẽ euertendã in Siciliã profecturo Proſerpinæ ſa-
cerdotes ſomniaſſe dicuntur deas peregre ꝓficiſcentes: &
cũ Timoleone in Siciliã nauigarẽ.quapropter Corinthii ſacrã trire
mẽ publice inſtruxerũt:inſtructæq; duarũ cognomẽ dearũ indide-
rũt:fuit expeditio illa tã ꝓſpera Timoleoni ut numẽ aliquod gerẽ
dæ rei non ſolũ interfuiſſe uideri poſſit:ſed etiam præfuiſſe.

DE Alexandri Magni Somnio.

Bſidebat Alexander Macedo Tyrum inſulãtiam ſeptimũ
o menſem multa ope.eratq; anceps adhuc uictoria.quum
per quietem Satyri ſpecies ludibunda illi obuerſata eſt re-
fugiens quoties in amplexum trahere conaretur: cæterũ poſt lon
gam ludificationem uiſus eſt Satyrus congredi: patiq; complexũ.
non defuit qui ex uocis interpretatione indubitatam fit regi uicto-
riam pollicitus:quia id nomen tua Tyrus latialiter ſonet.

DE Eiuſdem Somnio.

Ec illa parum obſcura ſignificatio:q᷑ idẽ Rex ſub id tem-
n pus quo Tyro potitus eſt:qete preſſus cernere eſt ſibi uiſus

Herculē: q̃ a Tyriis religioſe colebat̃ e muro ſibi dextrā porrigere.

DE Philippi Regis Somnio.

p Hilippus Alexandri pater poſt primos Olympiadis Toros per ſomnum imaginatus eſt: ſe ſignū aluo coniugis imprimere: cuius figura Leonis eſſet: quod ad Alexandri potentiam haud dubie pertinuit.

DE Olympiadis Somnio.

o Lympias quod magnitudinē futuri part⁹ ꝓculdubio portēdit: nocte q̃ Philippi Toros paſſa eſt: exiſtimauit facto tonitruo fulmen ſuis ſe uiſceribus inſinuaſſe: ex cuius reſultu magnū emicuiſſet incendiū: idq; in flāmas late diffuſas abiiſſe.

DE Darii Regis Somnio.

q Vā præterea euidens demōſtratio in qete Dario Regi cōtigit: qui niſi cōiectoribus ad gratiā magis q̃ ad fidē imaginē trahētibus credere uoluiſſet: præuidiſſet nihil obſcure excidium quod ſuo regno iminebat. uidit ille per quietem macedonicā phalangem igni late depaſci: Alexandrumq; ſibi miniſtrat̃ ea amictum ſtola quam ipſe olim regi ſeruiēs geſtare erat ſolitus: eūq; poſtea q̃ belli templū intraſſet: protinus euanuiſſe.

DE Cæſaris Dictatoris Somnio.

e St & Cæſari Dictatori futura potentia per ſomnū demonſtrata: dormiens exiſtimauit cū Matre Coire: quæ nocturna ſpecies ut ſomniorum coniectores interpretati ſunt: terrarum Imperium illi præſignauit: quia terra ſit omnium mater: quam ſubactam ſibi uiderat per quietem.

DE Octauii Somnio.

o Ctauius Auguſti Cæſaris pater cerneꝛ ſibi uiſus eſt: quum alto ſomno preſſus iaceret: ſolare Iubar ex Acciæ coniugis utero ortum: quod ad filii celebritatem haud dubiæ pertinuit: acceſſit recēs imago Acciæ: quæ ſub ipſum puerperii tempus per quietem putauit ſua uiſcera in cœlū extolli: explicariq; per omnem terrarū: & Aeris ambitum.

DE PRODIGIIS.

r Epudiauit Chriſtiana pietas uanā: & ſuperſtitioſam illam ueterum Romanorum aliarumq; gentium circa Prodigia: omina: & oſtenta obſeruationem: omnia ad diuinam prouidentiam pie: & ſapienter referens. Cæterum tam ſæpe res ſacris eſt literis repetita: ut ſilentio prætерita: aut igno-

rata credi poſſit:aut parum animaduerſa: Aſt ego ſatis me facturū religioni arbitror:ſi quicquid hoc eſt:quod uana uetuſtas ſuperſtitioſe ſeruauit:ad prouidentiam refero: piaq; uoce teſter nihil ſupra nihil infra fieri:quod non numinis aut iuſſu fiat:aut permiſſu.

DE Prodigioſo Nili Fluxu.

p Rodigiū uocet Ethnicorū pſuaſio:ac tetrū qdē & horridū: q Nilus cruentis aquis fluxerit: q Phthiriaſis non unū aliquem ægyptiæ gentis ut aſſolet:ſed omnis ipſius terræ indigenas uno tēpore corripuerit: q Ranæ coaceruatim enectæ:cœlum & omnia infecerint: & locuſtæ agros depaſtæ ſint: & grādo ingens e cœlo miſſa:nihil in aquis reliquum fecerit: prodigioſa hæc ſunt(quis ignorat?)apud myſterii ignaros:qui ſacras literas attigerunt:ut uerius ita libentius miracula dixerint.

DE Maſphatana Tempeſtate.

n Ec alio q̃ prodigii loco prophanum uulgus ponat: & Philiſteis ad Maſphaton in acie ſtantibus laceſſentibuſq; Iudæos ac conuicio inſectātibus: q metu & ignauia in edito ſe tenerent:ex impro uiſo horrēde mota ſit terra ſubſederitq; in patentem hiatum: ſitq; procella ingens ſecuta cum uentorum turbineq; quæ tanta ui aciem afflixit:ut Philiſtei uiolēter rotati attoniti: atq; armis exuti: paſſim ut inertia pecora ſint a Iudæis occidiōe occiſi.

DE Prodigiis Iudææ.

a Nno quo Hieroſolyma exciſa ſunt a Romanis Titi Veſpaſiani ductu: ſydus gladii figura in cœlo apparuit ipſi urbi iminens:currus diuerſis cœli regionibus uagātes obſeruati: & armatæ acies uiſæ tranſnare nubila:hæ uoces:hæc tuba hoc uerum cœli edictū:quo populus ille ad pœnitentiam reuocabat:ſed aut non credidit:aut cœcus & pertinax cœli minas contempſit.

DE Prodigioſo Defectu Fontis.

o Bſidebat Beliſari⁹ quum Italiam a Gothis uindicaret Vrbinum in Vmbria:repenteq; fons unde tota ciuitas aquabatur.ſua ſpōte exaruit qua ſubita defectione nō aliter q̃ prodigio quodam perculſi Vrbinates deditionem fecere.

DE Genuenſi Fonte.

g Enua quæ Ligurum ē caput Io.huius nominis undecimo apoſtolicam tenente ſedem: fons ſanguinis prodigioſe fluxit: nec multo poſt urbs ipſa eſt a Saracenis capta & miſerabiliter afflicta.

DE Prodigioſa Maris Bellua: & Volucrum Certamine.

p Ridie q̃ Veneti ſint ad Sapientiā liguſtico bello uicti: Corui uolucres aduerſis inter ſe agminibus ſupra claſſem conflixere: quorū cruor ſuperne cadēs triremes reſperſit: remigē ad hæc ex una naui in aliā trāſilientē inmanis Belua deuorauit.

DE ETHNICIS EXEMPLIS: ET PRIMVM.

DE.L.Sylla.

p Roficiſcebatur ad ſociale bellum cū Florentibus copiis.L. Sylla: quum circa Lauernā ingens terræ hiatus repente extitit: inde lucidus & purus ignis protinus emicuit: extenditq; ad cœlum flammam: fertur ita eſſe a uatibus reſponſum: futurum ut quum uir bonus: & ſingulari aſpectu principatū gereret: tū multuōſus rerum ſtatus in melius mutaretur.

DE Prodigiis: Quæ Ciuile Bellum Præceſſere.

ſ Ed nullo unq̃ tempore plura fœdioraq; expauit prodigia Ro.ciuitas: & reliqua Italia: q̃ primo ciuili bello impendente: Ignis ex haſtis quæ Ro.ſigna geſtabant ſubito emicuit: eſtq; ægerrime reſtinctus: tres Corui pullos ſuos in uiam ꝓductos fœde laniarunt: quod ex laniatu ſuperfuit in nidum retulere: Mures in templo aurum roſere: captaq; ex his fœmina: ac quinos muſculos in muſcipula enixa: tris ex illis deuorauit: & quod omnium maxime terrificum fuit: puro ſerenoq; cœlo tubarum clangor in aere concrepuit: & lugubres intendens uoces: mortales metu: & pauore defixit.

DE Aliis Prodigiis.

e Sſt & illud ꝓditū memoriæ.M.Acilio: &.C.Portio Coſſ. lacte: & ſanguine pluiſſe: carne uero ſæpius ut.L.Volūnii: & Seruii Sulpitii conſulatu: & quā Aues non diripuiſſent: incorruptam iacuiſſe. pluit & in Lucania ferro āno anteq̃ Craſſus in Parthia periit: omneſq; cum eo Lucani milites quorū magnꝰ fuit in eo exercitu numerus. Coſanum apud caſtellū pluit lana: quibus locis ſequenti anno eſt.T.Annius Milo interfectus. quo cām dicente pluit latenbus: eſt & crepitus tubæ a cœlo auditus cymbricis bellis. ab Amerinis uiſa arma cœleſtia ab ortu occaſuq; inter ſe concurrentia.

DE Prodigiis.M.Craſſo Oblatis.

M .Craſſus ad parthicum bellū profectus: quum amnē quendam iunxiſſet ponte: qua in hoſticū tranſmiſſurus erat exercitum: tempeſtas ſubito coorta eſt cum tonitruis: & fulmi-

nibus ita aduerſa militum ora præſtringens:ut tranſitu prohiberentur:ſecuta uis uentorũ ingens:q̃ ualide pontẽ diſiecit.tranſmiſſum eſt nihilo ſecius:locuſq; ubi primũ Romanus fecit caſtra.fulmine ictus eſt:nulla potuiſſet uoce clarius demonſtrari clades:quæ duci & militibus iminebat:cæterũ quia ita euenire oportuit:res ſatis prouiſa:ut inopinata & improuiſa fuit perituris.

DE Prodigioſo Equorum Fletu.

e Qui quos.C.Cæſar initio ciuilis Belli in Rubiconis traiectu conſecrauit:uagiq; & ſine cuſtode:ut emeriti paſcebãtur:ſub id tempus quo ipſe iam Dictator interfectus eſt:pabulo abſtinere comperti ſunt:atq; ubertim flere.

DE Aquilæ Prodigio.

i Llud etiãnũ memorabile:q Triũuiralib⁹ copiis ad Bononiã cõtractis:ſedit Aq̃la ſup Octauii tabernaculũ:duoſq; hinc inde coruos inceſſentes uehementer afflixit uniuerſo exercitu futurã Triũuiorũ diſcordiã:& eius exitũ p̃ſagiẽte:ſed omnia id genus exempla ponerẽ ſuperuacuæ ſit operæ:præſertim quũ in his æſtimãdis tam frequens fuerit:q̃ uana ethnica ſuperſtitio.

DE OSTENTIS:ET PRIMVM.

DE Rubo Incombuſto.

ſ Vnt oſtenta Prodigiis haud dubie agnata:hæc diuerſa tamen:quia illa natura fiunt:hæc præter ordinẽ naturæ:acceleranto; euentũ & ſi quæ tardius fiunt:præſignant nõ nunq̃:ut Rubus ille:quem Moſes uidit incõbuſtum:quum Batuelis oues paſceret:ut huius uirga:quæ in Draconem ſeſe uertit priorẽq; recepit formam:ſed utrũq; myſticum:longiuſq; traxit euẽtum.

DE Oſtento a Daniele Viſo.

i Am uero & illud tardæ fuit ſignificationis:ſiue oſtentũ dici oporteat:ſiue potius portentum:quod Daniel eſt intuitus:quũ Suſis in Meſopotamia eẽt:ſubito & horrẽdo motu terræ in publico deprehenſus:in faciem concidit:hic cœleſti uoce iuſſus ſurgerẽ & cœlũ intueri:cõſpicatus eſt Arietẽ magnitudine inmani plura habẽtẽ cornua:& in his eminẽtiſſimũ unũ quod extremo agnatũ eſſet loco:inde Hircus ab occaſu per aerem delatus ab eo uiſus:qui Arietẽ altero capitis impulſu ſtrauit:ſtratũ cõculcauit:Ingens p̃terea cornu ex Hirci fronte eminẽs productũ:quaternaq; illi cornua agnata in quatuor diuerſas mũdi plagas obũerſa:& in his exiguũ unum:quod dum oriretur:reddita uox eſt ex pxi-

mo id olim dei teplũ crematurũ. Trienioq́; ſacra inhibiturũ. ꝑquæ diuino ille afflatus ſpiritu pſici regni euerſionẽ interpretat⁹ inclytã Alexandri uictoriã: & impietatẽ regũ: qui ab eo fuerũt præſagiit.

DE Regiæ Domus Oſtento.

Eruiebant Iudæi ſeruitutẽ in Aſſyria: optinebatq́; Meſopo-
ſ tamiæ regnũ Balthaſar: quũ in regia domo manus repẽte extitit ex dealbato pariete: q̃ hæc ſcripſerit Mame: Tethel: Phares numerũ: ſcilicet põdus: & fragmẽtũ: id oſtentũ quid ſignificaret unus oĩum Daniel ꝓuidit: docuitq́; ei⁹ regni excidiũ appropinquare.

DE Iordanis Fluuii Oſtento.

Ordanes Iſraelis progeniem poſt liminio reuerſam in Pa-
i leſtinam tranſmiſſurus retro curſum auertit: ne fatalẽ genti impediret acceſſum.

DE Solis Oſtento.

Ol præterea multo tardius ſolito occidit ut Ioſue ſpecioſi⁹
ſ uinceret: null⁹ dies Iſraelitis aut longior affulſit: aut lætior. uocet hæc haud dubie oſtẽta diuinorũ operũ ignarus: ſed miracula uerius dicenda ſunt hæc diuinitatis opera: & non naturæ ſua lege abberrantis.

DE Olei Oſtento.

Imile eſt quod ſequitur: ſed ab aliis aliter æſtimabitur. ſub
ſ id tempus quod Deipara uirgo ſacratiſſimo eſt partu ſoluta Romæ Tranſtyberina regione oleũ terra erupit: perq́; integrum diem perpetuo manauit fluxu.

DE Solis Oſtento.

Ed nullũ (quod ſciã) maius unq̃ in cœlo apparuit oſtẽtũ:
ſ q̃ ꝙ citra naturæ legem die quo Chriſtus Theãthropos in Iudæa Cruci eſt affixus. Sol a ſexta diei hora ad nonã obtenebrat⁹ eſt: ſtupuerũt miraculum ſapiẽtes naturaliũ rerũ gnari: & in his Dionyſius Areopagita: q ad tale oſtẽtũ exiluiſſe dr̃: atq́; exterritus exclamaſſe: aut mundus ſoluitur: aut deus naturæ patitur.

DE Ignoti Hominis Oſtento.

Rat Mauritius Princeps Gregorio Pontifici infeſtus: imi-
e nebatq́; impius Imperator pientiſſimo uiro capitaliter. cæterum obſeruatus eſt quidã omnibus ignotus monaſtico habitu trictum tenens gladium: quem Gladiatoris ſtatuæ circunferens alta intonuit uoce Mauritiũ ferro periturũ: abſtinuit ille uim tali territus oſtento: periit tamen nihilo ſecius.

DE ETHNICIS EXEMPLIS:ET PRIMVM

DE Solis Oſtento.

Actæ Aegyptiorum literæ ſignificarunt bis ſolem occidiſſe ubi oritur:ac totidem ortum:ubi occidit:quod nihil a naturæ lege magis alienum eſſe potuit.

DE Mulæ Partu.

Vum Darius Rex Babylonem obſideret:uox hoſtis audita eſt:ex murorũ faſtigio cauillantis tum demũ Dariũ Babylone potiturũ:quum Mula pareret:tenuit inde obſidio annum:& amplius:& iam deſperatio capiendæ urbis cæteros ſubire cœperat:quum Zopyri mula enixa eſt:fuit Zopyrus Megabyzi filius:qui cum Dario Magos interfecit:editum eſt id oſtentum. ac ſimul urbs Zopyri conſilio & arte capta eſt.

DE Oſtentis Romæ Factis.

Vlla unq̃ Ciuitas plura uidit oſtenta:q̃ Romana : fuit.n. omniũ maxime hetruſcæ ſuperſtitionis æmula:proditum eſt itaq; literis:bouem ſub aratro locutum: puerum ſemeſtrem in olitorio foro triũphũ exclamaſſe:ſereno die tubarũ ſonitũ e cœlo auditũ.L.Martio:& Sexto Iulio Coſſ. in agro Mutinẽſi duos inter ſe montes ex aduerſo concurriſſe ingenti crepitu aſſultantes ſpectatũq; id oſtentum:ſiue quis portẽtum malit appellare ab equitũ Romanorũ uiatorũq; multitudine.præceſſit id oſtẽtũ non nihil ſociale bellũ:quo nullũ ꝓpemodũ fuit Italiæ calamitoſius.

DE Oſtento in Marucinis Facto.

N Marucinis anno quo Nero peſtis humani generis principatu excidit:prata oleæq; media militari uia in contrarias ſedes tranſiere.

DE Oſtento Caſſini Facto.

Vperat omnem admirationem oſtentum : quod Licinio Craſſo &.C.Caſſio coſſ.ut in Romanis amalibus proditum eſt:Caſſini fieri contigit:ut ex uirgine quidam ſub parentibus puer factus ſit.hunc ætas illa adeo auerſata eſt:ut aruſpicũ iuſſu in deſertam ſit inſulam aſportatus.

DE Simili Oſtento Argis Facto.

Vtianus ter cõſul prodidit uiſum a ſe Argis ariſtonem cui nomen Ariſtuſæ fuerit.nupſiſſe etiam:mox Barbam illi & uirilitatem prouenisſe:duxiſſeq; demũ uxorem idem auctor ẽ: Alterũ a ſe puerũ Smyrnæ uiſum : qui pari ſorte ex fœmina

mas repẽte eua ſiſſet, par oſtẽtum: & in Coſſitio Tyſdritano factũ: qui nuptiatũ die in marem mutatus eſt.

DE Quibuſdam Aliis Oſtentis.

Vlto fœdiora hæc: magiſq́ terrifica: ꝙ Mulæ partus: aut Al
m bani lacus ſubitum incrementum: aut ꝙ mare ſub id tem
pus: quo Dionyſius Tyrannus regno excidit: dulce ſit fa-
ctum: & potabile in portu.

DE OMINIBVS.

Xcuſat uocis ratio illorum errorem: qui in uerbo dũtaxat
e omen poſuerunt: ſed bonorum pars multo maxima non
magis (ut uideo) uocis q̃ rei omen uocauere. adiiciũt illud quidam nihil horum quæ omen afferunt ad eum pertinere: qui id in ſe non recipiat: nec ſua intereſſe arbitretur: quæ ex ſuo alieno ue ore imprudenter excidunt: aut in conſulto fiunt: & ut uetuſtiora di cantur indubitatum id omen fuit eorum: quæ poſtea ſecuta ſunt: ꝙ Moſes adhuc infans coronam capiti admotam conſcidit: proie ctamq́ pedibus conculcauit.

DE Io. Zachariæ Filio.

Iuſdem generis eſt: ſed admiratio maior ꝙ Io. Zachariæ fi
e lius nondum in lucem editus indubitato prophetici ſpiri-
tus argumento ſub ipſum almæ uirginis ad Heliſabetã ma trem ingreſſum geſtienti ſimilis uiſus eſt ſentire ſeruatorẽ humani generis adeſſe. qui uirgineo geſtaretur utero.

DE Magorum Omine.

Oteſt & illud ad hoc referri: ꝙ Myrrha: Ture: & Auro ſit à
p Magis donatus Theanthropos Chriſtus adhuc infans: ut
plus Magi omnino dederint: q̃ tunc dare ſe arbitrarentur.

DE Simeone.

Mpie faciat qui non propheticæ mentis fuiſſe autumet Sy
i meonis illud ad Deiparam uirginem: quum optatum in
manibus ſenex humanæ teneret redemptionis pignus: & hic gladius tuam ipſius pertranſibit animã: uana tamen ſuperſtitio omen libentius q̃ oraculum dixerit.

DE Cayphæ Dicto.

Ati interpretatione alii alio uocẽt nomine ꝙ Hebreorum
p põtifex Cayphas pro concione effatus ſit: oportere unum
mori pro populo.

DE Pueris Hebreorum.

u El quæ tam euidẽs ſignificatio fuit in uoce unq̃: q̃ in puerili illa acclamatione: Oſanna fili Dauid: notũ eſt carmẽ: per quod Chriſtus Rex pullo ſedens Aſinæ a uenerabunda ciuitate Hieroſolyma ueniens exceptus eſt.

DE Ieſu Anani filio.

n Ec ciuitas ulla ominoſius quicq̃ audiuit: aut uidit: q̃ Hieroſolymitana ſub id tempus quo exciſa eſt a Tito Veſpaſiani filio. Ieſus Anani ignobilis alioqui ruſtici filius: quũ ad ſolenne ſacrum ueniſſet: quo Attegiæ ſtatuebantur in templo: phanatico ſpiritu repente impulſus uociferari exorſus eſt: uox ab oriente: uox ab occidente: uox a quatuor uentis: in Hieroſolyma & templum: uox in ſpõſos: & nouas nuptas: uox in omnẽ populum. hæc irrequieta uoce clamitans ſæpe correptus ac magiſtratuum iuſſu flagro cæſus mutari non potuit: ac ne fleuit quidem: aut ingemuit quum atrociter cæderetur: nec medio ſupplicio eſt quippiam ſupplex locutus: ſeptem annos nullum adiit: cæterum ceu meditans illud frequens ſonare: Ve Hieroſolymis: urbe a Romãis circũſeſſa quum muros circuiret ue ciuitati ingeminans: ue templo ue uniuerſo populo: factum eſt ut illud inſolens adiecerit: ue mihi etiam atq; in ea uoce hoſtili tormento ictus concidit.

DE Conſtantino Imperatore.

c Onſtantinus Imperator quũ forte aciem in aduerſum hoſtem inſtrueret Crucem in Cœlo intuitus eſt: ſimulq; uocem audiuit: uince in hoc ſigno: accepit omen: ſiue oraculum illud Conſtantinus: ac ſimul uictoria ſecuta eſt.

DE Ro. Po. Omine.

r Ecens rei memoria eſt: quæ ſequitur. ſed omen cuicũq; ueterum inſigni euentu comparandum. prodiit frequens Romana Ciuitas obuiã Aeneæ Picolomineo antiſtiti ſupremi ordinis Romam ad noui Pontificis creationem uenienti. mirum hic accidiſſe aiũt: dubium præſagio an ciuium ſtudio: pars (quod ſatis conſtat) ciuitatis multo maxima Pontificẽ ſalutauit: fuitq; id omen illi ratum: creatus eſt illis ipſis comitiis Pontifex Pius q; cognominatus.

DE ETHNICIS EXEMPLIS: ET PRIMVM.

DE Numa Rege.

f Vit certi inſtar ominis in Numa rege: q eodem die quo eſt in Sabinis natus: Roma eſt cõdita a Romulo: i qua ip-

ſe poſtea ſecundus a conditore legitime regnauit.

DE Centurionis Omine.

t Enebat difficilis cõſultatio ſenatum: eſſet ne Roma inſtau rãda a Senonibus Gallis recepta: an populariter Veios mi grandum. quum ex ea parte fori: quæ curiæ adiacebat cen turionis uox ex præſidio redeũtis audita eſt: ſta ſignifer. hic optime manebimus. quod omen magno ordinis cõſenſu acceptũ fecit: ut urbs retenta ſit: & rogatio de noua colonia fuerit antiquata.

DE Tiberio Gracccho.

t Iberius Gracchus die quo optimatum cõſpiratione in Ca pitolio periit: quum domo egrederetur: limini pedẽ offen/ dit: adeoq; grauiter maximus pedis digitus eſt conuulſus: ut conſciſſo ungue cruor toto Calceo manarit.

DE Mario Arpinate.

ſ Ed q̃ triſte fuit illud Gracchi omen: tam lætum & optabile quod in. C. Mario extitit: erat is adoleſcens. merebatq; ſub Scipione Aemiliano in Hiſpania. incidit forte ſermo apud ipſum ducem exercitus de claris Imperatoribus: ac rogatus Scipio quem poſt ipſum habiturus eſſet Ro. Populus ſummum Ducem: tum ille leniter. C. Marii humerum tangens hic erit inquit omni/ um præſtantiſſimus.

DE Altero Eiuſdem Omine.

e Xtulit uox tãti Ducis haud aliter Marium: q̃ oraculũ quod dam certiſſimũ. ut iam inde nõ niſi magna & excelſa ſibi proponeret. ſed maiore (ut credere eſt) alebantur omine in gẽtes illius ſpiritus: qui tam in proſperis: q̃ in aduerſis infracti in eo apparuerũt. puer cum ruri aleretur: ſeptem Aquilarum pulli reper/ ti ſunt a matre in eius gremio. reſponderunt interpretes taliũ oſten torum ſuper ea re conſulti: fore ut ſepties. R. Publicã: Imperio re ceptam ſuo præſidio tueretur. idem omen effecit: ut ne in extremis quidem rebus Marius defecerit ueteri oraculo confiſus.

DE Cæſare Dictatore.

c Aeſar Dictator quum in Aphricam aduerſus Pompeiano rum reliquias exercitum deportaſſet: ac primo littore naui egreſſus concidiſſet: uertit cõfeſtim omen in melius excla mans teneo te Aphrica.

DE Calano Gymnoſophiſta.

n Ota eſt & Calani ominoſa uox.fuit is Gymnoſophiſtarũ unus:diuq; comitatus eſt Alexandri caſtra.poſtremo uiu⁹ ſtatuit incenſam pyram ex gentis inſtituto inſilire.quũ igitur ſpectante exercitu in ſubiectas Pyræ flãmas inſulturus ſtaret:interpellatus ab Alexandro:rogatuſq; an mãdaret aliquid mox paulo inquit re uidebo.impleuit id omen ipſius ducis interitus:qui nõ multo poſt ſecutus eſt.

DE PRAESAGIIS.

e St Preſagium prudẽtia quædã:& ſolertia animi futura præſentientis.diſtatq; ab omine:quod prudens:ab imprudẽtiæ:uigilans:ab eo qui dormit:qui omen facit: neſcit ſe facere:qui uero præſagit attentione:& ſolertia quadam:quod futurũ eſt:præuidet:& ſi cauſa non ſemper nota eſt.

DE Iſrahele.

e Rat Iſrael iam ſenio confectus:plurium filiorum pater in tanto tamen natorum grege de Ioſippi uita:& incolumitate erat ſupramodum ſolicitus.unum illum intueri: unũ penes ſe habere.nec temere procul ablegare indubitato mẽtis præſagio(ut credere eſt)fore ut is omnium unus aliquando maximo foret patri deſyderio:qui preſens patriũ explere ñ poſſet affectum.

DE Saulo Rege.

u Icit Saulus non uno prœlio Philiſteos: Verum ſuprema illa pugna:quæ fuit ipſi regi cum ea gente :fuit & humanorum operum eidem ultimũ:præter ſolitũ ab eo formidata eſt:tanq̃ ſibi etiã & ſuis funeſta:nec mẽs futurorũ ſolicita: paſſa eſt illum prius in aciem deſcendere:q̃ Samuelis umbra exploratũ habuiſſet:iminere regi ipſi & regiæ ſtirpi excidium:quod ſagax mens ante a præcepiſſet:præſenſit itaq; inſtare fatale tempus: ſed fatũ decli nare noluit:aut certe non potuit.

DE Dauide Rege.

n Ec illud aliud fuit:q̃ præſagium:fore ut in ſuorum ducum poteſtate eſſet:ut Abſalon in pugna ſeruaretur: quibus ad prœlium exeuntibus idẽtidem Dauid Rex imperaſſe dicitur:ut enixe darent operam:ut filius & ſi hoſtis: ſibi incolumis eẽt: & extra omne uitæ periculum.præſenſit mens illa fatidica filii exitium:ſed fatali neceſſitati obuiam ire non ualuit.

DE Magdalenes Præſaga Vnctione.

Abuit & Magdalenes unctio præſagii ſpecie: quæ ſub ip-
h ſum Dominicæ mortis tempus Nardino unxit ungento
Chriſtum Regem & magiſtrũ.quo delibutus ille eſt non multo poſt ſepulchro conditus:Lauit.n.uetuſtas:& unxit defuncta corpora:ungi & in conuiuiis moris fuit: ſed diuinam ſapientiã nõ latuit:quid ſibi uellet præſaga unctio.

DE Io.Ro.Pontifice.

Oannes:qui tertius & uigeſimus fuit huius nominis Ro-
i manus Põtifex Bononia profectus ubi ſtudiorũ cauſa diu fuerat: Romã decreto petebat.Rogat⁹ ab imicis quo iret: ad parandum inquit mihi pontificatum. adeptus eſt ille id decus: ſed magno fortunæ ludibrio adeptum amiſit.

DE Calliſto Pontifice.

Agnum ſane hoc:ſed illud maius:præſagiiq́ multo euidẽ-
m tioris: in quodã Calliſti tertii:qui mea memoria cũ adhuc puer eſſem Pontifex fuit: Cæterum ab eo non dum Ponti fice:ut quod ex ipſa conſtitit inſcriptione:conſcripto ſolẽne uotum repertum eſt:quo in ordine adhuc manẽs:tanq̃ Pontifex Deo Optimo Maximo bellum in Turcos uouit:ego inquit Calliſtus Pontifex uoueo:ac uoti carmẽ abſoluit ſcripto.cæterũ damnatus uoti: parauit in turcum triremes aliquot:eſtq́ eius auſpiciis non nihil in eam gentem bellatum.

DE ETHNICIS: ET PRIMVM.

DE Timone.

Dit humanũ genus Timon Athenienſis: nulli hominum
o mitis:nulli blandus in occurſu: præterq̃ Alcibiadi puero: hunc unum in publico comiter excipere: Caput demulcere:oſculari:amplecti:rogatuſq́ aliquando unde illa comitas in ſolum dumtaxat alcibiadem: quia uideo inqt fore ut hic adultus ſit patriæ exitio futurus.nec ille ſua eſt coniectura deceptus.

DE Themiſtoclis Magiſtro.

Vid Themſtoclis magiſter non ne & ipſe multo prius ui-
q dit:qualis eſſet is futurus:qui a ſe inſtituebatur? quippe qui pueri illius indolem rimatus dixiſſe fertur: nihil te paruũ o puer ſed certe magnũ aliqd ſiue bonũ: ſiue malũ augutor futurũ:

DE Theodoro Gadareo.

Ec minus ſagaciter Theodorus Gadareus rhetoricæ præ-
n ceptor in Tiberio Nerone puero ſæuã lentãq́ naturã de-

prehendit: apteꝗ & Graphice deſcripſit obiurgabūdus ſæpe eum appellans lutum ſanguine maceratum. Scribonius Mathematicus preclara de eodem infante ſpopondit regnaturū eum affirmans: ſed ſine regio inſigni ignota ſcilicet adhuc Cæſarum poteſtate.

DE Sylla Dictatore.

p Ræſagium an aliud ſecutus Dictator Sylla: nō facile dixerim. uictus tandem amicorū precibus: qui. C. Cæſaris adoleſcentis ſupplicium deprecabantur: exclamaſſe fertur: haberent illum ſibi: modo ſcirent eum quem tantopere cuperent incolumem: optimatium partibus quandoꝗ exitio futurum.

DE Octauio Auguſto Adoleſcente.

ſ Vmēti Octauio uirilem togam tunica Lati claui reſuta ab utraꝗ parte ad eius pedes decidit. non defuerunt: qui præſagirent futurū aliquando ut is ordo: cuius illud inſigne eſſet: ei ſubiiceretur.

DE PRVDENTER: ET SALSE DICTIS.

n On pauci (ut arbitror) fuere: qui fortius: ac lōge aliter q̄ ſenſerint aut uixerint locuti ſunt: ſed hi neꝗ ſapientes habendi. neꝗ digni: qui ab aliis audiantur: nihil humanæ aures libētius audiunt ueritate: qui quod ſentit loquitur: uerax eſt: contra uanus & mendax: qui multum diuerſa ab iis: quæ ſentit animus effatur: uerum omni tempore reperti ſunt: & hodie quidē plærīꝗ reperiuntur: qui naturā ſecuti: quæ ueri amica eſt: nihil ficti loquuntur: quod rectum putant: id ꝓbant: nec prudentes unq̄ mentiunt̃: nec ulla ſui parte magis homo qualis ſit facilius deprehēditur: q̄ ſermone: ut æra Tinnitu: ſic hominū ingenia uerborū forma dignoſcuntur. qua propter operæ pretium ſit (arbitror) his ſubtexere quæ quiſꝗ hominū obſeruatu digna ſit aliquando locutus: quæ non magis loquentiū auctoritas cōmendat: q̄ extemporalitas: Nam tam & ſi a ſapientibus non niſi ſapienter dicta prodeunt: placet tamen & in his extemporalis ſapientia.

DE Chriſto Rege.

ſ Ciſcitati ſunt Iudæi ab ipſa ſapientia: eēt ne cēſus reddendꝰ Cæſari: ac ſimul Herodianos nummos protulerunt. apparebat ſi ad ea q̄ rogabat̃: rite rn̄diſſet: euenire oportet̃ ut aut impietatis reus fieret: aut maieſtatis: Tum doctor ille ſummus dicite cuius inſcriptio eſt hæc? Cæſaris aiunt: Reddite inquit, quæ ſunt Cæſaris: Cæſari. & quæ Dei: Deo.

DE Eodem Chriſto.

Vid prӕterea tã uehemens: ꝗ illud ad infringendã iſectatu-
q tium calũniam: petulcãq; dicacitatem? Cӕca eſt inuidia:
quӕ unum dumtaxat nouit opus honeſta & fortia labefa-
ctare. aiebant Iudӕi in Belſabuth eiicit Dӕmonia? Tum ſuprema
illa uictus: ſi ego in Belſabuth: filii ueſtri in quo ergo eiiciunt?

DE Sampſone.

Ampſon uir fortiſſimus ubi inſolubile ӕnigma a ſe ӕquali
ſ bus propoſitum ſenſit procorũ uni ab uxore proditũ: me-
dio conuiuio exclamauit: Nihil fallacius fœmina.

DE Dauide.

Vnt equidem multa a multis dicta: atq; ӕque celebrata:
ſ quale illud Dauidis: Dixit Inſipiens in corde tuo non eſt
Deus: & alia his ſimilia.

DE Tatheo Chriſti Diſcipulo.

Xtat filii huius liber ſapiẽtiӕ nomine inſcriptus: qui in uni-
e uerſum queat uitam hominis inſtruere ſapiẽter dictis. ſed
recentiora id genus alia magis fortaſſe placebũt: quale Ta
thei illud: fuit is unꝰ ex. xii. diſcipulis qui ad Abagarum miſſus: quũ
Rex: & multi cum eo illius prӕdicatione ad ueram fidem acceſſiſ-
ſent: cõgererẽtq; illi abeũti multum auri: tum Tatheus horũ mune
ra aſpernatus: ſi noſtra inquit reliquimꝰ: quomodo recte accipere
poſſumus aliena?

DE Vigilio Ro. Pontifice.

Ppellatus Byzantii Agapetꝰ Ro. Pontifex a Theodora Iu-
a ſtiniani pricipis uxore de Anthemio antiſtite reſtituẽdo ne
gauit ille pertinaciter ſe id daturum: erat Anthemius hӕre-
ſeos damnatus. ſed quia parum aberat: quin ui cogeretur: putabã
inquit ad Iuſtinianũ ueniſſe: non ad Diocletianum: fuit Diocletia
nus omnium qui Imperio potiti ſunt chriſtiani nominis inimiciſſi
mus: Contra Amicus & fautor Iuſtinianus.

DE Bonifatio Ro. Pontifice.

Dit inexpiabili odio Colũnenſes Bonifatiꝰ huius nominis
o octauus: inſectatuſq; eſt ad excidiũ totam gentem. ſignatu
rus itaq; cineritio die Prochetum Genuenſem antiſtitem:
cuius clarum erat nomen in factione: mutato carmine Memẽto
inquit homo: quia Gebellinus &: & cum Gebellinis in cinerẽ reuer
teris: atq; hӕc effatus oculis: non capiti: ut moris eſt cinerẽ offudit.

DE ETHNICIS EXEMPLIS: ET PRIMVM.

DE Fabio.

f Vadebant Amici Fabio Maximo:ut quando ſegnis & timidus Romæ haberetur:adire mallet pugnæ periculũ:q̃ formidinis infamiam ſubire.tum ille:eſſem ego inquit uere formidoloſus ſi leuium hominum obtrectatiões ueritus a meorum conſiliorum ratione diſcederem.

DE Hannibale:& Giſcone.

m Irari ſupra modũ Giſco Pœnorũ illuſtrium unus Romanam aciem ad Cannas in procinctu ſtantem:nec tam uehemens admiratio carebat metus ſuſpitione:ad quẽ protinus eludendũ tempeſtiue Hannibal.at illud ait puto te multo magis miraturum ꝙ in tãto hoſtium numero nemo eſt qui Giſco nũcupetur.mouit ea uox riſum aſtantibus: & ſpem maximã Pœnis attulit fiducia ipſius Ducis:qui in aperto diſcrimine ioco non abſtineret.

DE Barcha Pœno.

tr Icit itaq; egregie Hãnibal nec de Romanis unq̃ illi maior contigit uictoria. quam quũ Pœnus Dux frigidius uteretur:uir nobilis Barcha uincere ſcis inquit Hannibal: uictoria uti neſcis.

DE Fabio Maximo:& Hannibale.

r Ecepit Fabius Maximus Tarẽtum a pœnis nocturna proditione:qua arte fuerat ab hoſte captum: urbis igitur alienatione ad Hannibalem delata: Tarẽtum dixit amiſimꝰ: ea arte:qua ceperamus.

DE Eodem Fabio.

ſ Vſtulit Fabius uictor ex ea urbe omnia fere ornamẽta publica:præter deorũ ſtatuas:quod ut faceret ab amicis monitus:quin Iratos deos ait Tarentinis relinquamus.

DE Antiocho Rege.

m Vltatus Tota Aſia citra Taurum Antiochꝰ rex Syriæ a Romanis bello uictus teſtatus eſt ſe magna cura liberatũ: ꝙ modicis regni finibus incluſus eſſet.

DE Aphricano.

a Ntiochi uox illa quietem: & ocium quærentis non eſt ſolertis: & magnanimi regis.multo melius Aphricanus maior:qui ocium uertebat in negocium:nota uox eius:qui dicere ſolitus ẽ:nunq̃ ſe minus ocioſum eſſe:q̃ quum ocioſus eſſet: nec minus ſolum:q̃ quum ſolus.

DE Catonis Ioco.

Ittebātur tres legati in Bithyniā ad Nicomedem regē: la-
m borabatq; horum un⁹ a pedibus: erat alteri caput uarie cō
foſſum: & cicatricibus deformatū: qui reliquus fuit parum
ſapere credebatur: eſtq; in hos facete cauillatus Cato: teſtatus legatione illam populi Romani: neq; caput: neq; pedes: neq; cor hēre.

DE Diogene: & Dionyſio.

Vltum diuq; fuit Diogenes Cynicus corinthi. hic ille Dio-
m nyſiū Syracuſanum intuitus a Timoleone corinthio prin
cipatu deiectum: magiſq; præſentiū uoluptatū: q̄ priſtinæ fortunæ memorem: uiuis inquit Cynicus o Dionyſi: tanq̄ multū uitæ indigus.

DE Lyſandro Lacedæmonio.

Ertur Lyſander Lacedæmonius frequens illud in ore ha-
f buiſſe: pueros Aſtragalis fallere ſolere: uiros iureiurando.
Idem tamen iniuſte aliquando fecit amicorū cauſa. cæterum quum talis eſſet: Tanq̄ deus quidā aras: & ſacrificia eſt in græcia adeptus.

DE Pyrrho Rege.

Icerat Pyrrhus Rex ingenti prœlio Romanos: contigitq;
u uictoria illa regi nō incruenta parte multo maxima uictā
cum copiarum cæſa: aut grauiter affecta: tum Pyrrhus cōſci⁹ ſibi cladis eo prœlio acceptæ: perii inquit ſi iterū Romanos uicero. eiuſdem illud eſt Siciliā relinquentis o qualem Carthaginenſibus & Romanis relinquimus paleſtram.

DE Sydonio.

Ogatus Sydonius quidam homo dicax quid eſſet q̄ quū
r nulli togatorū parceret a. M. Craſſo inceſſendo pertinaciter
abſtineret? quia Craſſus inquit fert fœnū in cornu. quæ uox inde frequens uſurpata eſt in eos: qui ſua ſpōte nocerent ut boues: quibus alterum cornu fœno religatur: quia uiatores petatur.

De Alexandro Magno.

Verebatur ab Alexādro magno uellet ne in olympico ſta-
q dio certare? libens inquit certarem: ſi reges ibi mecum cer
taturos ſcirem: eiuſdem eſt & illud in Caliſthenem: odi ſapientem: qui nihil ſibi ſapiat.

DE. C. Cæſare.

Egabat Cæſar: teſtis rogatus ſe quippiā cōpertum habere
n de cærimoniis Bonæ Deæ: quæ a Clodio pollutæ diceren
tur: tum ii qui in eam rem anquirebāt: cur ergo uxorem

eieciſti? qui reſpōdit: domum meam non ſolum oportuit crimine
carere: ſed ſuſpitione etiam criminis.

DE .M. Bruto.

Ictus Brutus in Philippis: quū ab uno amicorum moneretur
u tur: fugiendum eſſe prius q̃ hoſtis adeſſet: tum ille fugien-
dum quidem ſed manibus: non pedibus.

DE Demade Athenienſi.

Vntiauit Athenis Aſclepiades quidam magni Alexādri in
n teritum: negabatq; Demades eſſe credendū: potuiſſe dicti
tans uel uno die totū orbē repleri tanti cadaueris odore.

DE Phocione.

Vmultuabantur Athenæ ad eū nūtium: cuius nunc men-
t tio incidit: nec Phocionis monitu caſtigatione ue: qui cen-
ſebat certiorem nuntium expectādum: comprimi poterat
gliſcens motus: quin multis reclamātibus uerum eſſe: quod Aſcle-
piades nuntiaſſet: tum Phocion ſi hodie uerum eſt: erit & cras: per
petuoq; deinceps uerum: Idem a Leoſthene quodā interpellatus:
quid toties imperator Athenienſibus profuiſſet? hoc inquit ut ciues
mei ſuis conderentur ſepulchris. eſt & illud eiuſdem in eundē Leo
ſthenem: quum magna & elata quædā ſuper bello decernendo lo
queretur: tua inquit Phocion o Leoſthenes uerba Cupreſſo ſimilia
ſunt magna: ſed ſine fructu.

Plurium Salſe: & Prudenter Dicta.

Itheas unus ex atticis oratoribus Demoſthenis diligētiam
p ſignificaturus eius enthymemata dixit Lucernas olere. M.
Cicero Platonis Dialogos ita ſcriptos affirmarat: ut Iupi-
ter non aliter fuerit locuturus ſi loqui uoluiſſet: iam & illud unius
ſapientum ad Cambyſem regem nō obſcurum: quum Rex ab eo
quæſiuiſſet: an ſororem legitime poſſet ſibi matrimonio iungere?
Tum ille nulla lex inquit Rex hoc pmiſit unq̃: ſed alia maior lex
eſt: licere Regi facere quicquid libeat.

FINIS NONI EXEMPLORVM LIBRI.

MARCII ANTONII SABELLICI DECIMVS EXEMPLORVM LIBER.

DE Inani Gloria Vitanda.

NON nobis dixit propheta ſummus: ſed nomini tuo da gloriam: quum cœli numen alloqueretur. clamat fatidicus ille Vates: teſtatur: admonet dementis & ſtulti eſſe: tribuere homini: quod proprium ſit numinis: ad quod bona cuncta ſunt referenda. omnes humanæ uitæ ſucceſſus inde ſunt: inde & quicquid in terris boni nomen hẽt: uelut ex uberrimo manat fonte.

DE Moſe: & Haarone.

i D uſq; adeo perſuaſum habuere Moſes: & Haaron: ut in Arabiam cum incolumi populo per Rubrum Mare tranſgreſſi confeſtim deo ſeruatori laudes decantarint.

DE Ieſu Nazareno.

c Hriſtus ſumma Virtus curabat cœcos: mundabat leproſos: ſurdis auditũ reſtituebat: mortuos ſuſcitabat: tãtumq; aberat: ut inde ſibi gloriam aucuparetur: ut illud fere præciperet iis: qui curarentur: ut Deo laudem darent.

DE Petro Bariona: & Apoſtolis.

h Anc Petrus Bariona: & cæteri apoſtoli in doctore ſummo modeſtiam imitati: tantũ ab omni inani laude abfuerunt: ut occulte magis q̃ in aperto miracula operarentur: & in Chriſti Nazareni nomine: nihil obſcure teſtati: non ſua ſed diuina uirtute fieri quæcunq; miraculoſe operarentur.

DE Ioanne Zebedei Filio.

f Vit & Ioannes Zebedei filius huius uani affectus lõge expers: id quũ omnis eius uita facile demonſtrat: tum q bis ſeptenos annos de ſuo in cœlum raptu pertinaciter mortales celauit oẽs. nec prius id arcanũ retexit: q̃ Corinthios cõmoneſacere coactus ẽ: ne ſibi non ueros apoſtolos p̃ferrent praua opinione decepti.

DE Io. Monacho.

m Ittebat Salutare oleum circa domos. Io. Manachus Aegyptius: ne qui curationis cauſa ad ſe uehebãtur: citro ultroq; præter uehentes a pluribus obſeruarentur.

rata credi poſſit: aut parum animaduerſa: Aſt ego ſatis me facturū religioni arbitror: ſi quicquid hoc eſt: quod uana uetuſtas ſuperſtitioſe ſeruauit: ad prouidentiam refero: piaq; uoce teſter nihil ſupra nihil infra fieri: quod non numinis aut iuſſu fiat: aut permiſſu.

DE Prodigioſo Nili Fluxu.

p Rodigiū uocet Ethnicorū pſuaſio: ac tetrū qdē & horridū: φ Nilus cruentis aquis fluxerit: φ Phthiriaſis non unū aliquem ægyptiæ gentis ut aſſolet: ſed omnis ipſius terræ indigenas uno tēpore corripuerit: φ Ranæ coaceruatim enectæ: cœlum & omnia infecerint: & locuſtæ agros depaſtæ ſint: & grādo ingens e cœlo miſſa: nihil in aquis reliquum fecerit: prodigioſa hæc ſunt (quis ignorat?) apud myſterii ignaros: qui ſacras literas attigerunt: ut uerius ita libentius miracula dixerint.

DE Maſphatana Tempeſtate.

n Ec alio φ prodigii loco prophanum uulgus ponat: & Philiſteis ad Maſphaton in acie ſtantibus laceſſentibuſq; Iudæos ac conuicio inſectātibus: φ metu & ignauia in edito ſe tenerent: ex impro uiſo horrēde mota ſit terra ſubſederitq; in patentem hiatum: ſitq; procella ingens ſecuta cum uentorum turbine: quæ tanta ui aciem afflixit: ut Philiſtei uiolēter rotari attoniti: atq; armis exuti: paſſim ut inertia pecora ſint a Iudæis occidiōe occiſi.

DE Prodigiis Iudææ.

a Nno quo Hieroſolyma exciſa ſunt a Romanis Titi Veſpaſiani ductu: ſydus gladii figura in cœlo apparuit ipſi urbi iminens: currus diuerſis cœli regionibus uagātes obſeruati: & armatæ acies uiſæ tranſnare nubila: hæ uoces: hæc tuba hoc uerum cœli editū: quo populus ille ad pœnitentiam reuocabaf: ſed aut non credidit: aut cœcus & pertinax cœli minas contempſit.

DE Prodigioſo Defectu Fontis.

o Bſidebat Beliſari⁹ quum Italiam a Gothis uindicaret Vrbinum in Vmbria: repenteq; fons unde tota ciuitas aquabatur, ſua ſpōte exaruit qua ſubita defectione nō aliter φ prodigio quodam perculſi Vrbinates deditionem fecere.

DE Genuenſi Fonte.

g Enua quæ Ligurum ē caput Io. huius nominis undecimo apoſtolicam tenente ſedem: fons ſanguinis prodigioſe fluxit: nec multo poſt urbs ipſa eſt a Saracenis capta & miſerabiliter afflicta.

DE Prodigioſa Maris Belua: & Volucrum Certamine.

p Ridie q̄ Veneti ſint ad Sapientiã liguſtico bello uicti: Corui uolucres aduerſis inter ſe agminibus ſupra claſſem conflixere: quorũ cruor ſuperne cadẽs triremes reſperſit: remigẽ ad hæc ex una naui in aliã trãſilientẽ inmanis Belua deuorauit.

DE ETHNICIS EXEMPLIS: ET PRIMVM.

DE.L.*Sylla*.

p Roficiſcebatur ad ſociale bellum cũ Florentibus copiis.L. *Sylla*: quum circa Lauernã ingens terræ hiatus repente extitit: inde lucidus & purus ignis protinus emicuit: extenditq; ad cœlum flammam: fertur ita eſſe a uatibus reſponſum: futurum ut quum uir bonus: & ſingulari aſpectu principatũ gereret: tumultuoſus rerum ſtatus in melius mutaretur.

DE Prodigiis: Quæ Ciuile Bellum Præceſſere.

f Ed nullo unq̄ tempore plura fœdioraq; expauit prodigia Ro. ciuitas: & reliqua Italia: q̄ primo ciuili bello impendente: Ignis ex haſtis quæ Ro. ſigna geſtabant ſubito emicuit: eſtq; ægerrime reſtinctus: tres Corui pullos ſuos in uiam pductos fœde laniarunt: quod ex laniatu ſuperfuit in nidum retulere: Mures in templo aurum roſere: captaq; ex his fœmina: ac quinos muſculos in muſcipula enixa: tris ex illis deuorauit: & quod omnium maxime terrificum fuit: puro ſerenoq; cœlo tubarum clangor in aere concrepuit: & lugubres intendens uoces: mortales metu: & pauore defixit.

DE Aliis Prodigiis.

e St & illud pditũ memoriæ. M. Acilio: & .C. Portio Coſſ. lacte: & ſanguine pluiſſe: carne uero ſæpius ut. L. Volũnii: & Seruii Sulpitii conſulatu: & quã Aues non diripuiſſent: incorruptam iacuiſſe. pluit & in Lucania ferro ãno anteq̄ Craſſus in Parthia periit: omneſq; cum eo Lucani milites quorũ magn⁹ fuit in eo exercitu numerus. Coſanum apud caſtellũ pluit lana: quibus locis ſequenti anno eſt. T. Annius Milo interfectus. quo cãm dicente pluit lateribus: eſt & crepitus tubæ a cœlo auditus cymbricis bellis. ab Amerinis uiſa arma cœleſtia ab ortu occaſuq; inter ſe concurrentia.

DE Prodigiis. M. Craſſo Oblatis.

M. Craſſus ad parthicum bellũ profectus: quum amnẽ quendam iunxiſſet ponte: qua in hoſticũ tranſmiſſurus erat exercitum: tempeſtas ſubito coorta eſt cum tonitruis; & fulmi-

nibus ita aduerſa militum ora præſtringens:ut tranſitu prohiberentur:ſecuta uis uentorũ ingens:q̃ ualide pontẽ diſiecit.tranſmiſſum eſt nihilo ſecius:locuſq; ubi primũ Romanus fecit caſtra.fulmine ictus eſt:nulla potuiſſet uoce clarius demonſtrari clades:quæ duci & militibus iminebat:cæterũ quia ita euenire oportuit:res ſatis prouiſa:ut inopinata & improuiſa fuit perituris.

DE Prodigioſo Equorum Fletu.

Qui quos.C.Cæſar initio ciuilis Belli in Rubiconis traiectu conſecrauit:uagiq; & ſine cuſtode:ut emeriti paſcebãtur:ſub id tempus quo ipſe iam Dictator interfectus eſt:pabulo abſtinere comperti ſunt:atq; ubertim flere.

DE Aquilæ Prodigio.

Illud etiãnũ memorabile:q Triũuiralib9 copiis ad Bononiã cõtractis:ſedit Aqla ſup Octauii tabernaculũ:duoſq; hinc inde coruos inceſſentes uehementer afflixit uniuerſo exercitu futurã Triũuiorũ diſcordiã:& eius exitũ p ſagiẽte:ſed omnia id genus exempla ponerẽ ſuperuacuæ ſit operæ:præſertim quũ in his æſtimãdis tam frequens fuerit:q̃ uana ethnica ſuperſtitio.

DE OSTENTIS:ET PRIMVM.

DE Rubo Incombuſto.

Funt oſtenta Prodigiis haud dubie agnata:hæc diuerſa tamen:quia illa natura fiunt:hæc præter ordinẽ naturæ:accelerantq; euentũ & ſi quæ tardius fiunt:præſignant nõ nunq̃:ut Rubus ille:quem Moſes uidit incõbuſtum:quum Batuelis oues paſceret:ut huius uirga:quæ in Draconem ſeſe uertit priorẽq; recepit formam:ſed utrũq; myſticum:longiuſq; traxit euentum.

DE Oſtento a Daniele Viſo.

Iam uero & illud tardæ fuit ſignificationis:ſiue oſtentũ dici oporteat:ſiue potius portentum:quod Daniel eſt intuitus:quũ Suſis in Meſopotamia eẽt:ſubito & horrẽdo motu terræ in publico deprehenſus:in faciem concidit:hic cœleſti uoce iuſſus ſurgerẽ & cœlũ intueri:cõſpicatus eſt Arietẽ magnitudine inmani plura habẽtẽ cornua:& in his eminẽtiſſimũ unũ quod extremo agnatũ eſſet loco:inde Hircus ab occaſu per aerem delatus ab eo uiſus:qui Arietẽ altero capitis impulſu ſtrauit:ſtratũ cõculcauit:Ingens pterea cornu ex Hirci fronte eminẽs productũ:quaternaq; illi cornua agnata in quatuor diuerſas mũdi plagas obũerſa:& in his exiguũ unum:quod dum oriretur:reddita uox eſt ex pxi-

mo id olim dei teplũ crematurũ. Trienioq; ſacra inhibiturũ. pquæ diuino ille afflatus ſpiritu pſici regni euerſionẽ interpretat⁹ inclytã Alexandri uictoriã: & impietatẽ regũ: qui ab eo fuerũt præſagiit.

DE Regiæ Domus Oſtento.

ſ Eruiebant Iudæi ſeruitutẽ in Aſſyria: optinebatq; Meſopotamiæ regnũ Balthaſar: quũ in regia domo manus repẽte extitit ex dealbato pariete: q̃ hæc ſcripſerit Mame: Techel: Phares numerũ: ſcilicet põdus: & fragmẽtũ: id oſtentũ quid ſignificaret unus oĩum Daniel ꝑuidit: docuitq; ei⁹ regni excidiũ appropinquare.

DE Iordanis Fluuii Oſtento.

i Ordanes Iſraelis progeniem poſt liminio reuerſam in Paleſtinam tranſmiſſurus retro curſum auertit: ne fatalẽ genti impediret acceſſum.

DE Solis Oſtento.

ſ Ol præterea multo tardius ſolito occidit ut Ioſue ſpecioſi⁹ uinceret: null⁹ dies Iſraelitis aut longior affulſit: aut lætior. uocet hæc haud dubie oſtẽta diuinorũ operũ ignarus: ſed miracula uerius dicenda ſunt hæc diuinitatis opera: & non naturæ ſua lege abberrantis.

DE Olei Oſtento.

ſ Imile eſt quod ſequitur: ſed ab aliis aliter æſtimabitur. ſub id tempus quod Deipara uirgo ſacratiſſimo eſt partu ſoluta Romæ Tranſtyberina regione oleũ terra erupit: perq; integrum diem perpetuo manauit fluxu.

DE Solis Oſtento.

ſ Ed nullũ (quod ſciã) maius unq̃ in cœlo apparuit oſtẽtũ: q̃ q̃ citra naturæ legem die quo Chriſtus Theãthropos in Iudæa Cruci eſt affixus. Sol a ſexta diei hora ad nonã obtenebrat⁹ eſt: ſtupuerũt miraculum ſapiẽtes naturaliũ rerũ gnari: & in his Dionyſius Areopagita: q ad tale oſtẽtũ exiluiſſe dr̃: atq; exterritus exclamaſſe: aut mundus ſoluitur: aut deus naturæ patitur.

DE Ignoti Hominis Oſtento.

e Rat Mauritius Princeps Gregorio Pontifici infeſtus: iminebatq; impius Imperator pientiſſimo uiro capitaliter. cæterum obſeruatus eſt quidã omnibus ignotus monaſtico habitu triſtum tenens gladium: quem Gladiatoris ſtatuæ circunferens alta intonuit uoce Mauritiũ ferro periturũ: abſtinuit ille uim tali territus oſtento: periit tamen nihilo ſecius.

DE ETHNICIS EXEMPLIS: ET PRIMVM

DE Solis Oſtento.

Acræ Aegyptiorum literæ ſignificarunt bis ſolem occidiſſe ubi oritur: ac totidem ortum: ubi occidit: quod nihil a naturæ lege magis alienum eſſe potuit.

DE Mulæ Partu.

Vum Darius Rex Babylonem obſideret: uox hoſtis audita eſt: ex murorũ faſtigio cauillantis tum demũ Dariũ Babylone potiturũ: quum Mula pareret: tenuit inde obſidio annum: & amplius: & iam deſperatio capiendæ urbis cæteros ſubire cœperat: quum Zopyri mula enixa eſt: fuit Zopyrus Megabyzi filius: qui cum Dario Magos interfecit: editum eſt id oſtentum. ac ſimul urbs Zopyri conſilio & arte capta eſt.

DE Oſtentis Romæ Factis.

Vlla unq̃ Ciuitas plura uidit oſtenta: q̃ Romana: fuit.n. omniũ maxime hetruſcæ ſuperſtitionis æmula: proditum eſt itaq; literis: bouem ſub aratro locutum: puerum ſemeſtrem in olitorio foro triũphũ exclamaſſe: ſereno die tubarũ ſonitũ e cœlo auditũ. L. Martio: & Sexto Iulio Coſſ. in agro Mutinẽſi duos inter ſe montes ex aduerſo concurriſſe ingenti crepitu aſſultantes ſpectatũq; id oſtentum: ſiue quis portẽtum malit appellare ab equitũ Romanorũ uiatorũq; multitudine. præceſſit id oſtẽtũ non nihil ſociale bellũ: quo nullũ ꝓpemodũ fuit Italiæ calamitoſius.

DE Oſtento in Marucinis Facto.

N Marucinis anno quo Nero peſtis humani generis principatu excidit: prata oleæq; media militari uia in contrarias ſedes tranſiere.

DE Oſtento Caſſini Facto.

Vperat omnem admirationem oſtentum: quod Licinio Craſſo &. C. Caſſio coſſ. ut in Romanis annalibus proditum eſt: Caſſini fieri contigit: ut ex uirgine quidam ſub parentibus puer factus ſit. hunc ætas illa adeo auerſata eſt: ut aruſpicũ iuſſu in deſertam ſit inſulam aſportatus.

DE Simili Oſtento Argis Facto.

Vtianus ter cõſul prodidit uiſum a ſe Argis ariſtonem cui nomen Ariſtuſæ fuerit. nupſiſſe etiam: mox Barbam illi & uirilitatem proueniſſe: duxiſſeq; demũ uxorem idem auctor ẽ: Alterũ a ſe puerũ Smyrnæ uiſum: qui pari ſorte ex fœmina

mas repẽte euaſiſſet, par oſtẽtum: & in Coſſitio Tyſdritano factũ: qui nuptiarũ die in marem mutatus eſt.

DE Quibuſdam Aliis Oſtentis.

m Viſo fœdiora hæc: magiſq; terrifica: q̃ Mulæ partus: aut Albani lacus ſubitum incrementum: aut ꝙ mare ſub id tempus: quo Dionyſius Tyrannus regno excidit: dulce ſit factum: & potabile in portu.

DE OMINIBVS.

e Xcuſat uocis ratio illorum errorem: qui in uerbo dũtaxat omen poſuerunt: ſed bonorum pars multo maxima non magis (ut uideo) uocis q̃ rei omen uocauere. adiiciũt illud quidam nihil horum quæ omen afferunt: ad eum pertinere: qui id in ſe non recipiat: nec ſua intereſſe arbitretur: quæ ex ſuo alieno ue ore imprudenter excidunt: aut in conſulto fiunt: & ut uetuſtiora dicantur indubitatum id omen fuit eorum: quæ poſtea ſecuta ſunt: ꝙ Moſes adhuc infans coronam capiti admotam conſcidit: proiectamq; pedibus conculcauit.

DE Io. Zachariæ Filio.

e Iuſdem generis eſt: ſed admiratio maior ꝙ Io. Zachariæ filius nondum in lucem editus indubitato prophetici ſpiritus argumento ſub ipſum almæ uirginis ad Heliſabetã matrem ingreſſum geſtienti ſimilis uiſus eſt ſentire ſeruatorẽ humani generis adeſſe. qui uirgineo geſtaretur utero.

DE Magorum Omine.

p Oteſt & illud ad hoc referri: ꝙ Myrrha: Ture: & Auro ſit à Magis donatus Theanthropos Chriſtus adhuc infans: ut plus Magi omnino dederint: q̃ tunc dare ſe arbitrarentur.

DE Simeone.

i Mpie faciat qui non propheticæ mentis fuiſſe autumet Symeonis illud ad Deiparam uirginem: quum optatum in manibus ſenex humanæ teneret redemptionis pignus: & hic gladius tuam ipſius pertranſibit animã: uana tamen ſuperſtitio omen libentius q̃ oraculum dixerit.

DE Cayphæ Dicto.

p Ati interpretatione alii alio uocẽt nominẽ ꝙ Hebreorum põtifex Cayphas pro concione effatus ſit: oportere unum mori pro populo.

DE Pueris Hebreorum.

Et quæ tam euidẽs ſignificatio fuit in uoce unq̃: q̃ in pue-
u rili illa acclamatione:Oſanna fili Dauid : notũ eſt carmẽ:
per quod Chriſtus Rex pullo ſedens Aſinæ a uenerabun
da ciuitate Hieroſolyma ueniens exceptus eſt.

DE Ieſu Anani filio.

Ec ciuitas ulla ominoſius quicq̃ audiuit:aut uidit: q̃ Hiero
n ſolymitana ſub id tempus quo exciſa eſta Tito Veſpaſia-
ni filio. Ieſus Anani ignobilis alioqui ruſtici filius : quũ ad
ſolenne ſacrum ueniſſet:quo Attegiæ ſtatuebantur in templo: pha
natico ſpiritu repente impulſus uociferari exorſus eſt:uox ab orien
te:uox ab occidente:uox a quatuor uentis:in Hieroſolyma & tem
plum:uox in ſpõſos:& nouas nuptas:uox in omnẽ populum.hæc
irrequieta uoce clamitans ſæpe correptus ac magiſtratuum iuſſũ
flagro cæſus mutari non potuit:ac ne fleuit quidem: aut ingemuit
quum atrociter cæderetur:nec medio ſupplicio eſt quippiam ſup-
plex locutus:ſeptem annos nullum adiit : cæterum ceu meditans
illud frequens ſonare: Ve Hieroſolymis:urbe a Romãis circũſeſſa
quum muros circuiret ue ciuitati ingeminans : ue templo ue uni-
uerſo populo:factum eſt ut illud inſolens adiecerit : ue mihi etiam
atq; in ea uoce hoſtili tormento ictus concidit.

DE Conſtantino Imperatore.

Onſtantinus Imperator quũ forte aciem in aduerſum ho
c ſtem inſtrueret Crucem in Cœlo intuitus eſt:ſimulq; uo-
cem audiuit:uince in hoc ſigno:accepit omen:ſiue oracu
lum illud Conſtantinus:ac ſimul uictoria ſecuta eſt.

DE Ro.Po.Omine.

Ecens rei memoria eſt:quæ ſequitur.ſed omen cuicũq; ue
r terum inſigni euentu comparandum . prodiit frequens
Romana Ciuitas obuiã Aeneæ Picolo mineo antiſtiti ſu-
premi ordinis Romam ad noui Pontificis creationem uenienti.
mirum hic accidiſſe aiũt:dubium præſagio an ciuium ſtudio:pars
(quod ſatis conſtat)ciuitatis multo maxima Pontificẽ ſalutauit:
fuitq; id omen illi ratum:creatus eſt illis ipſis comitiis Pontifex Pi
uſq; cognominatus.

DE ETHNICIS EXEMPLIS:ET PRIMVM.

DE Numa Rege.

Vit certi inſtar ominis in Numa rege : q; eodem die quo
f eſt in Sabinis natus:Roma eſt cõdita a Romulo:i qua ip-

ſe poſtea ſecundus a conditore legitime regnauit.

DE Centurionis Omine.

t Enebat difficilis cõſultatio ſenatum:eſſet ne Roma inſtaurãda a Senonibus Gallis recepta:an populariter Veios migrandum.quum ex ea parte fori:quæ curiæ adiacebat centurionis uox ex præſidio redeũtis audita eſt:ſta ſignifer.hic optime manebimus.quod omen magno ordinis cõſenſu acceptũ fecit:ut urbs retenta ſit:& rogatio de noua colonia fuerit antiquata.

DE Tiberio Graccho.

t Iberius Gracchus die quo optimatum cõſpiratione in Capitolio periit:quum domo egrederetur:limini pedẽ offendit:adeoq; grauiter maximus pedis digitus eſt conuulſus:ut conſciſſo ungue cruor toto Calceo manarit.

DE Mario Arpinate.

ſ Ed q̃ triſte fuit illud Gracchi omen:tam lætum & optabile quod in.C.Mario extitit:erat is adoleſcens.merebatq; ſub Scipione Aemiliano in Hiſpania.incidit forte ſermo apud ipſum ducem exercitus de claris Imperatoribus:ac rogatus Scipio quem poſt ipſum habiturus eſſet Ro.Populus ſummum Ducem:tum ille leniter.C.Marii humerum tangens hic erit inquit omnium præſtantiſſimus.

DE Altero Eiuſdem Omine.

e Xtulit uox tãti Ducis haud aliter Marium:q̃ oraculũ quoddam certiſſimũ.ut iam inde nõ niſi magna & excelſa ſibi proponeret.ſed maiore(ut credere eſt)alebantur omine ingẽtes illius ſpiritus:qui tam in proſperis:q̃ in aduerſis infracti in eo apparuerũt.puer cum ruri aleretur:ſeptem Aquilarum pulli reperti ſunt a matre in eius gremio.reſponderunt interpretes taliũ oſtentorum ſuper ea re conſulti:fore ut ſepties.R.Publicã:Imperio receptam ſuo præſidio tueretur.idem omen effecit:ut ne in extremis quidem rebus Marius defecerit ueteri oraculo confiſus.

DE Cæſare Dictore.

c Aeſar Dictator quum in Aphricam aduerſus Pompeianorum reliquias exercitum deportaſſet:ac primo littore naui egreſſus concidiſſet:uertit cõfeſtim omen in melius exclamans teneo te Aphrica.

DE Calano Gymnoſophiſta.

n

Ota eſt & Calani ominoſa uox.fuit is Gymnoſophiſtarũ unus:diuq; comitatus eſt Alexandri caſtra.poſtremo uiu ſtatuit incenſam pyram ex gentis inſtituto inſilire.quũ igitur ſpectante exercitu in ſubiectas Pyræ flãmas inſulturus ſtaret:interpellatus ab Alexandro:rogatuſq; an mãdaret aliquid mox paulo inquit te uidebo.impleuit id omen ipſius ducis interitus:qui nõ multo poſt ſecutus eſt.

DE PRAESAGIIS.

e

St Preſagium prudẽtia quædã:& ſolertia animi futura præſentientis.diſtatq; ab omine:quod prudens:ab imprudentiæ:uigilans:ab eo qui dormit:qui omen facit neſcit ſe facere:qui uero præſagit attentione:& ſolertia quadam:quod futurũ eſt:præuidet:& ſi cauſa non ſemper nota eſt.

DE Iſrahele.

e

Rat Iſrael iam ſenio confectus:plurium filiorum pater in tanto tamen natorum grege de Ioſippi uita:& incolumitate erat ſupramodum ſolicitus.unum illum intueri:unũ penes ſe habere.nec temere procul ablegare indubitato mẽtis præſagio(ut credere eſt)fore ut is omnium unus aliquando maximo foret patri deſyderio:qui preſens patriũ explere ſi poſſet affectum.

DE Saulo Rege.

u

Icit Saulus non uno prœlio Philiſteos: Verum ſuprema illa pugna:quæ fuit ipſi regi cum ea gente:fuit & humanorum operum eidem ultimũ:præter ſolitũ ab eo formidata eſt:tanq̃ ſibi etiã & ſuis funeſta:nec mẽs futurorũ ſolicita:paſſa eſt illum prius in aciem deſcendere:q̃ Samuelis umbra exploratũ habuiſſet:iminere regi ipſi & regiæ ſtirpi excidium:quod ſagax mens antea præcepiſſet:præſenſit itaq; inſtare fatale tempus: ſed fatũ declinare noluit:aut certe non potuit.

DE Dauide Rege.

n

Ec illud aliud fuit:q̃ præſagium:fore ut in ſuorum ducum poteſtate eſſet:ut Abſalon in pugna ſeruaretur: quibus ad prœlium exeuntibus idẽtidem Dauid Rex imperaſſe dicitur:ut enixe darent operam:ut filius & ſi hoſtis: ſibi incolumis eẽt: & extra omne uitæ periculum.præſenſit mens illa fatidica filii exitium:ſed fatali neceſſitati obuiam ire non ualuit.

DE Magdalenes Præſaga Vnctione.

Abuit & Magdalenes unctio præſagii ſpeciẽ: quæ ſub ip-
h ſum Dominicæ mortis tempus Nardino unxit ungento
Chriſtum Regem & magiſtrũ.quo delibutus ille eſt non multo poſt ſepulchro conditus: Lauit.n.uetuſtas: & unxit defuncta corpora: ungi & in conuiuiis moris fuit: ſed diuinam ſapientiã nõ latuit: quid ſibi uellet præſaga unctio.

DE Io.Ro.Pontifice.

Oannes: qui tertius & uigeſimus fuit huius nominis Ro-
i manus Põtifex Bononia profectus ubi ſtudiorũ cauſa diu
fuerat: Romã decreto petebat. Rogat⁹ ab imicis quo iret: ad parandum inquit mihi pontificatum. adeptus eſt ille id decus: ſed magno fortunæ ludibrio adeptum amiſit.

DE Calliſto Pontifice.

Agnum ſane hoc: ſed illud maius: præſagiiq; multo euidẽ-
m tioris: in quodã Calliſti tertii: qui mea memoria cũ adhuc
puer eſſem Pontiſex fuit: Cæterum ab eo non dum Pontifice: ut quod ex ipſa conſtitit inſcriptione: conſcripto ſolẽne uotum repertum eſt: quo in ordine adhuc manẽs: tanq̃ Pontifex Deo Optimo Maximo bellum in Turcos uouit: ego inquit Calliſtus Pontifex uoueo: ac uoti carmẽ abſoluit ſcripto. cæterũ damnatus uoti: parauit in turcum triremes aliquot: eſtq; eius auſpiciis non nihil in eam gentem bellatum.

DE ETHNICIS: ET PRIMVM.

DE Timone.

Dit humanũ genus Timon Athenienſis: nulli hominum
o mitis: nulli blandus in occurſu: præterq̃ Alcibiadi puero:
hunc unum in publico comiter excipere: Caput demulcere: oſculari: amplecti: rogatuſq; aliquando unde illa comitas in ſolum dumtaxat alcibiadem: quia uideo inqt fore ut hic adultus ſit patriæ exitio futurus. nec ille ſua eſt coniectura deceptus.

DE Themiſtoclis Magiſtro.

Vid Themſtoclis magiſter non ne & ipſe multo prius ui-
q dit: qualis eſſet is futurus: qui a ſe inſtituebatur? quippe qui
pueri illius indolem rimatus dixiſſe fertur: nihil te paruũ o puer ſed certe magnũ aliqd ſiue bonũ: ſiue malũ augutor futurũ:

DE Theodoro Gadareo.

Ec minus ſagaciter Theodorus Gadareus rhetoricæ præ-
n ceptor in Tiberio Nerone puero ſæuã lentãq; naturã de-

prehendit: apteq; & Graphice deſcripſit obiurgabūdus ſæpe eum appellans lutum ſanguine maceratum. Scribonius Mathematicus preclara de eodem infante ſpopondit regnaturū eum affirmans: ſed ſine regio inſigni ignota ſcilicet adhuc Cæſarum poteſtate.

DE Sylla Dictatore.

p Ræſagium an aliud ſecutus Dictator Sylla: nō facile dixerim. uictus tandem amicorū precibus: qui. C. Cæſaris adoleſcentis ſupplicium deprecabantur: exclamaſſe fertur: haberent illum ſibi: modo ſcirent eum quem tantopere cuperent incolumem: optimatium partibus quandoq; exitio futurum.

DE Octauio Auguſto Adoleſcente.

ſ Vmēti Octauio uirilem togam tunica Lati claui reſuta ab utraq; parte ad eius pedes decidit. non defuerunt: qui præſagirent futurū aliquando ut is ordo: cuius illud inſigne eſſet: ei ſubiiceretur.

DE PRVDENTER: ET SALSE DICTIS.

n On pauci (ut arbitror) fuere: qui fortius: ac lōge aliter q̄ ſenſerint aut uixerint locuti ſunt: ſed hi neq; ſapientes habendi. neq; digni: qui ab aliis audiantur: nihil humanæ aures libētius audiunt ueritate: qui quod ſentit loquitur: uerax eſt: contra uanus & mendax: qui multum diuerſa ab iis: quæ ſentit animus effatur: uerum omni tempore reperti ſunt: & hodie quidē pleriq; reperiuntur: qui naturā ſecuti: quæ ueri amica eſt: nihil ficti loquuntur: quod rectum putant: id ꝓbant: nec prudentes unq̄ mentiunt: nec ulla ſui parte magis homo qualis ſit facilius deprehēditur: q̄ ſermo ne: ut æra Tinnitu: ſic hominū ingenia uerborū forma dignoſcuntur. qua propter operæ pretium ſit (arbitror) his ſubtexere quæ quiſq; hominū obſeruatu digna ſit aliquando locutus: quæ non magis loquentiū auctoritas cōmendat: q̄ extemporalitas: Nam tam & ſi a ſapientibus non niſi ſapienter dicta prodeunt: placet tamen & in his extemporalis ſapientia.

DE Chriſto Rege.

ſ Ciſcitati ſunt Iudæi ab ipſa ſapientia: ecā ne cēſus reddend⁹ Cæſari: ac ſimul Herodianos nummos protulerunt. apparebat ſi ad ea q̄ rogabaт: rite rńdiſſet: euenire oporteт ut aut impietatis reus fieret: aut maieſtatis: Tum doctor ille ſummus dicite cuius inſcriptio eſt hæc: Cæſaris aiunt: Reddite inquit quæ ſunt Cæſaris: Cæſari. & quæ Dei: Deo.

DE Eodem Chriſto.

Vid præterea tã uehemens: q̃ illud ad infringendã iſectau-
q tium calũniam: petulcãq; dicacitatem? Cæca eſt inuidia: quæ unum dumtaxat nouit opus honeſta & fortia labefa- ctare. aiebant Iudæi in Belſabuth eiicit Dæmonia: Tum ſuprema illa uirtus: ſi ego in Belſabuth: filii ueſtri in quo ergo eiiciunt?

DE Sampſone.

Ampſon uir fortiſſimus ubi inſolubile ænigma a ſe æquali
f bus propoſitum ſenſit procorũ uni ab uxore proditũ: me- dio conuiuio exclamauit: Nihil fallacius fœmina.

DE Dauide.

Vnt equidem multa a multis dicta: atq; æque celebrata:
f quale illud Dauidis: Dixit Inſipiens in corde tuo non eſt Deus: & alia his ſimilia.

DE Tatheo Chriſti Diſcipulo.

Xtat filii huius liber ſapiẽtiæ nomine inſcriptus: qui in uni-
e uerſum queat uitam hominis inſtruere ſapiẽter dictis. ſed recentiora id genus alia magis fortaſſe placebũt: quale Tathei illud: fuit is unꝰ ex. xii. diſcipulis qui ad Abagarum miſſus: quũ Rex: & multi cum eo illius prædicatione ad ueram fidem acceſſiſſent: cõgererẽtq; illi abeũti multum auri: tum Tatheus horũ munera aſpernatus: ſi noſtra inquit reliquimꝰ: quomodo recte accipere poſſumus aliena?

DE Vigilio Ro. Pontifice.

Ppellatus Byzantii Agapetꝰ Ro. Pontifex a Theodora Iu-
a ſtiniani pricipis uxore de Anthemio antiſtite reſtituẽdo negauit ille pertinaciter ſe id daturum: erat Anthemius hæreſeos damnatus. ſed quia parum aberat: quin ui cogeretur: putabã inquit ad Iuſtinianũ ueniſſe: non ad Diocletianum: fuit Diocletianus omnium qui Imperio potiti ſunt chriſtiani nominis inimiciſſimus: Contra Amicus & fautor Iuſtinianus.

DE Bonifatio Ro. Pontifice.

Dit inexpiabili odio Colũnenſes Bonifatiꝰ huius nominis
o octauus: inſectatuſq; eſt ad excidiũ totam gentem. ſignaturus itaq; cineritio die Prochetum Genuenſem antiſtitem: cuius clarum erat nomen in factione: mutato carmine Memẽto inquit homo: quia Gebellinus &: & cum Gebellinis in cinerẽ reuerteris: atq; hæc effatus oculis: non capiti: ut moris eſt cinerẽ offudit.

DE ETHNICIS EXEMPLIS: ET PRIMVM.

DE Fabio.

Vadebant Amici Fabio Maximo:ut quando ſegnis & ti-
f midus Romæ haberetur:adire mallet pugnæ periculū:q̃
formidinis infamiam ſubire.tum ille:eſſem ego inquit ue-
re formidoloſus ſi leuium hominum obtrectatiões ueritus a meo-
rum cõſiliorum ratione diſcederem.

DE Hannibale:& Giſcone.

Irari ſupra modū Giſco Pœnorū illuſtrium unus Roma-
m nam aciem ad Cannas in procinctu ſtantem:nec tam ue
hemens admiratio carebat metus ſuſpitione:ad quē proti-
nus eludendū tempeſtiue Hannibal.at illud air puto te multo ma
gis miraturum ꝙ in tãto hoſtium numero nemo eſt qui Giſco nũ-
cupetur.mouit ea uox riſum aſtantibus : & ſpem maximã Pœnis
attulit fiducia ipſius Ducis:qui in aperto diſcrimine ioco non ab-
ſtineret.

DE Barcha Pœno.

Icit itaq; egregie Hãnibal nec de Romanis unq̃ illi maior
u contigit uictoria. quam quũ Pœnus Dux frigidius utere-
tur:uir nobilis Barcha uincere ſcis inquit Hannibal: uicto-
ria uti neſcis.

DE Fabio Maximo:& Hannibale.

Ecepit Fabius Maximus Tarẽtum a pœnis nocturna pro-
r ditione:qua arte fuerat ab hoſte captum : urbis igitur alie-
natione ad Hannibalem delata: Tarẽtum dixit amiſim⁹:
ea arte:qua ceperamus.

DE Eodem Fabio.

Vſtulit Fabius uictor ex ea urbe omnia fere ornamẽta pu-
ſ blica:præter deorũ ſtatuas:quod ut faceret ab amicis mo-
nitus:quin Iratos deos ait Tarentinis relinquamus.

DE Antiocho Rege.

Vltatus Tota Aſia citra Taurum Antioch⁹ rex Syriæ a Ro
m manis bello uictus reſtatus eſt ſe magna cura liberatũ : ꝙ
modicis regni finibus incluſus eſſet.

DE Aphricano.

Ntiochi uox illa quietem : & ocium quærentis non eſt ſo-
a lertis: & magnanimi regis.multo melius Aphricanus ma-
ior:qui ocium uertebat in negocium:nota uox eius:qui di
cere ſolitus ẽ:nunq̃ ſe minus ocioſum eſſe:q̃ quum ocioſus eſſet:
nec minus ſolum:q̃ quum ſolus.

DE Catonis Ioco.

Ittebātur tres legati in Bithyniā ad Nicomedem regē: la-
m borabatq; horum un⁹ a pedibus:erat alteri caput uarie cō
foſſum:& cicatricibus deformatū:qui reliquus fuit parum
ſapere credebatur:eſtq; in hos facete cauillatus Cato:teſtatus lega-
tionē illam populi Romani:neq; caput:neq; pedes:neq; cor hēre.

DE Diogene:& Dionyſio.

Vltum diuq; fuit Diogenes Cynicus corinthi.hic ille Dio-
m nyſiū Syracuſanum intuitus a Timoleone corinthio prin
cipatu deiectum: magiſq; præſentiū uoluptatū:q̃ priſtinæ
fortunæ memorem:uiuis inquit Cynicus o Dionyſi: tanq̃ multū
uitæ indigus.

DE Lyſandro Lacedæmonio.

Ertur Lyſander Lacedæmonius frequens illud in ore ha-
f buiſſe: pueros Aſtragalis fallere ſolere: uiros iureiurando.
Idem tamen iniuſte aliquando fecit amicorū cauſa.cæte-
rum quum talis eſſet: Tanq̃ deus quidā aras:& ſacrificia eſt in græ
cia adeptus.

DE Pyrrho Rege.

Icerat Pyrrhus Rex ingenti prœlio Romanos: contigitq;
u uictoria illa regi nō incruenta parte multo maxima uictā
cum copiarum cæſa:aut grauiter affecta:tum Pyrrhus cō-
ſci⁹ ſibi cladis eo prœlio acceptæ:perii inquit ſi iterū Romanos ui
cero.eiuſdem illud eſt Siciliā relinquentis o qualem Carthaginen
ſibus & Romanis relinquimus paleſtram.

DE Sydonio.

Ogatus Sydonius quidam homo dicax quid eſſet q̄ quū
r nulli togatorū parceret a.M.Craſſo inceſſendo pertinaciter
abſtineret?quia Craſſus inquit fert fœnū in cornu.quæ uox
inde frequens uſurpata eſt in eos:qui ſua ſpōte nocerent ut boues:
quibus alterum cornu fœno religatur:quia uiatores petatur.

De Alexandro Magno.

Verebatur ab Alexādro magno uellet ne in olympico ſta-
q dio certare?libens inquit certarem:ſi teges ibi mecum cer
taturos ſcirem:eiuſdem eſt & illud in Caliſthenem:odi ſa
pientem:qui nihil ſibi ſapiat.

DE.C.Cæſare.

Egabat Cæſar:teſtis rogatus ſe quippiā cōpertum habere
n de cærimoniis Bonæ Deæ:quæ a Clodio pollutæ diceren
tur: tum ii qui in eam rem anquirebāt: cur ergo uxorem

MARCII ANTONII SABELLICI DECIMVS EXEMPLORVM LIBER.

DE Inani Gloria Vitanda.

NON nobis dixit propheta ſummus: ſed nomini tuo da gloriam: quum cœli numen alloqueretur. clamat fatidicus ille Vates: teſtatur: admonet dementis & ſtulti eſſe: tribuere homini: quod proprium ſit numinis: ad quod bona cuncta ſunt referenda. omnes humanæ uitæ ſucceſſus inde ſunt: inde & q̄cquid in terris boni nomen hẽt: uelut ex uberrimo manat fonte.

DE Moſe: & Haarone.

D uſq̧ adeo perſuaſum habuere Moſes: & Haaron: ut in
i Arabiam cum incolumi populo per Rubrum Mare tranſgreſſi confeſtim deo ſeruatori laudes decantarint.

DE Ieſu Nazareno.

Hriſtus ſumma Virtus curabat cœcos: mundabat lepro-
c ſos: ſurdis auditũ reſtituebat: mortuos ſuſcitabat: tãtumq̧ aberat: ut inde ſibi gloriam aucuparetur: ut illud fere præciperet iis: qui curarentur: ut Deo laudem darent.

DE Petro Bariona: & Apoſtolis.

Anc Petrus Bariona: & cæteri apoſtoli in doctore ſummo
h modeſtiam imitati: tantũ ab omni inani laude abfuerunt: ut occulte magis q̄ in aperto miracula operarentur: & in Chriſti Nazareni nomine: nihil obſcure teſtati: non ſua ſed diuina uirtute fieri quæcunq̧ miraculoſe operarentur.

DE Ioanne Zebedei Filio.

Vit & Ioannes Zebedei filius huius uani affectus lõge ex-
f pers: id quũ omnis eius uita facile demonſtrat: tum q̄ bis ſeptenos annos de ſuo in cœlum raptu pertinaciter mortales celauit oẽs. nec prius id arcanũ retexit: q̄ Corinthios cõmoneſacere coactus ẽ: ne ſibi non ueros apoſtolos p̄ferrent praua opinione decepti.

DE Io. Monacho.

Ittebat Salutare oleum circa domos. Io. Manachus Aegy
m ptius: ne qui curationis cauſa ad ſe uehebãtur: citro ultroq̧ præter uehentes a pluribus obſeruarentur.

DE Antonio Abbate.

T ne oleum quidem miſit Antonius Abbas.quin Martia
a no præfecto militum opem filiæ:quæ a Dæmone uexaba
tur;implorante:negauit a ſe : quia peccator eſſet : oportere
auxilium ſperari.iret & ſalutē puellæ a Chriſto:qui Deus eſſet:pre-
caretur.precatus ille eſt:& confeſtim puella immundo ſpiritu eſt ſo
luta:magna Antonii Demiſſio : ſed præfecti militum fides maior:
curatio præſentiſſima.

DE Gregorio Pontifice.

Audabatur a quodam impenſius Gregorius Ro.Pontifex
l uiſuſq; eſt ſibi ea laudatione non ornari : ſed grauiter one-
rari precare inquit hoſpes deum:ut fiam aliquando iis di-
gnꝰ:quæ mihi tribuis:ac tu non indignus:ut opinio iſta improbari
non poſſit.

DE Franciſco Aſiſiate.

Peræ pretium eſt audire quid Franciſcus Aſiſias cōmētus
o ſit aduerſus Gliſcētem ſanctitatis ſuæ famam : quæ quum
in horas maior ferretur : nequa inde uoluptas ſubiret ani-
mum:negocium dedit dicaciſſimo cuidam : ut uitam:& mores
ſuos omni uerborum petulātia inceſſeret.urgere ille immaniter uo
lentem:ruſticum uocās indoctum:ſtigmaticum.probare id conui
cium Franciſcus:ac teſtari multo uerius de ſe illa dici : ꝗ laudes ab
ullo prædicari.

DE Deipara Virgine.

Ed Deiparæ uirginis demiſſa confeſſio omne in hoc gene
ſ re poſt ſe longe reliquit exemplum:quæ ab cœleſti nuntio
ſalutata:præclarūq; & ineffabile myſterium edocta:nō ſe
domini matrem:non filiam:non ſponſam dixit:ſed Ancillam:cæ
terum quo ſe humilius depreſſit:eo ſublimius in cœlum euecta.

DE Gallicana Fœmina.

Vit recentioris memoriæ fœmina Gallici generis obſcuris
ſ orta natalibus ſanctitate nobilis:pertæſa hæc ingētem ad ſe
mortaliū conuerſationem: ob receptam de ſe opinionem
in ſolitudinem longius abiit:trium dierum itinere : ut locorum in-
tercapedine deſineret frequentari.

DE ETHNICIS EXEMPLIS:ET PRIMVM.

DE Diogene Cynico.

N nulla Humanæ uitæ parte pauciora reperire eſt ethnico
i rum exempla:ꝗ in hac:quæ ad gloriæ contemptum perti-

net: quippe qui Chium Ariſtonem ſecuti: ad ſtudiū laudis omnia potius: q̄ pietatis retulere: fuerunt tamen in his nonnulli: qui uirtute contenti: famā: & laudem omnem cōtempſere: enimuero Diogenes ille Synopeus nunq̄ ſe tantum abieciſſet: ut pueris contemptui eſſet: ſi ex uana uulgi opinione: & multitudinis plauſu pependiſſet: maluit ille eē uir bonus: q̄ prædicari: magis naturæ æmulus: q̄ gloriæ cupidus: eſtq; propterea poſt mortem aſſecutus quod uiuus repudiauit.

DE Heracleto: & Timone Athenienſibus.

Oc ſcilicet nec alio affectu: Heraclet⁹ Epheſius: & Timon
h Athenienſis: tā diuerſi abierunt ab hoīum opinione: ut hic omnium comertium fugeret: ille uellet a nullo ſua ſcripra intelligi.

DE Fabio Maximo.

Abius Maximus ne cunctatoris quidem nomen repudia-
f uit: modo cunctatio illa patriæ profutura eſſet: nec prætulit ille rumores hominū publicæ utilitati. maluit Dux utilis eſſe: q̄ uana & ſtulta prædicatione nobilitari.

DE Cincinnato.

Xtant ciuilitatis: & modeſtiæ exempla: adhuc eorū: qui Fa
e bii ætatem præceſſere: Nam quid Cincinnato ciuilius? qui depoſita dictatura: confeſtim ad Aratrum: unde fuerat accitus recucurrit.

DE Curio Dentato: & Catone Maiore.

Vt quis hominum minus oſtentator: q̄ Curius? qui cōſul:
a & copiarum Imperator: hoſtium legatis ſpectantibus: in fictilibus rapa eſitauit. uel quis Catone: qui poſtea Cenſorius eſt dictus: magis popularis? qui Sardiniam Prætor ſortit⁹: ſine rheda circuiuit ciuitates uno dūtaxat comite: qui ueſtem ferebat: & Turribulum.

DE Timoleone Corinthio.

Imoleon Corinthius tātum abfuit ab huiuſmodi uitio: ut
t euerſo Dionyſii principatu: & libertate ſyracuſanis parta: e medio ſua ſpōte ceſſerit: maluitq; priuatus: & in prædiorū ſeceſſu ſolus uagari: q̄ officiorū frequentia ſeptus in urbe conſpici.

DE Phocione.

Vit & in Phocione exemplum id genus unum: in raris ha
f bendum: cuius uirtutem mirati ii qui aurum ab Alexādro illi dono tulerant: (nam ille regiū aurum pertinaciter recu-

ſauerat)ubi eius domum ſubierunt:uxorem panem pinſentē intui ti ipſumq; aquā ſibi haurientē:qua pedes lauarentur:multo efficacius poſcerē occæperunt:ut aurum acciperet:cuius eſſet:ut facile ex iis quæ fiebant:poterat intelligi ualde indigus.negare Phocion id eſſe:ac ſimul ſenem quendā medicū atq; eundē pauperē intuitus: utrū inquit meliorē arbitramini me an quem præter euntē uidetis? pcāntibus illis ut meliora loqueretur:at ille inqt multo paucioribus cōtentus agit:q̄ Phocion:in diem enim ſibi quærit unde uiuat.

DE TEMERARIO IVDICIO.

d Ocuit ueritas:& prima ſapientia:quod Euāgelica mōſtrat hiſtoria:iudicādos eſſe:q temere iudicāt:& quū ita ſit(Nā ueritas falli non pōt)nullū tā eſt uitiū in hac uita:qua uiuit̄ frequenti⁹.Lippiunt ſæpe oculi:obſurdeſcunt aures:fit hebetior uiſus:fit & guſtus:opinatur nihilo ſecius mens:& iudicat ad ſenſum: imaginat̄ ēt:oriturq; hinc quoq; iudicādi materia:quo fit ut in nulla uitæ parte denſior exiſtat humanæ mentis caligo : nullibi maior ignorantia.

DE Heli Sacerdote.

i Ntuitus Helis ſacerdos Annam Helcanæ uehementius in Svlo ſupplicantem quo uſq; tandem ages ebria dixit:qd deſpicatius?at illa non uino : ſed diuino flagrabat ardore: eſtq; iuſtiſſima mulier e cœlo audita:& ex ſterili fœcunda facta.

DE Ammonitarum Rege.

m Iſit Dauit Rex legatos ad Ammonitarum regem:qui ſuo nomine dolerent obitum patris nuper defuncti:credidit ille non ad officium eos ad ſe miſſos : ſed ut circa ſe omnia explorarent:atq; ita perſuaſus barbam iis:qui miſſi fuerant:contra ius gentium abraſit:& ad nates uſq; recidit ueſtes.temeritas ingēs: & quæ non impune illi ceſſit.n.uero legatis barbam ademit : ſibi uero regnum.

DE Symone Chriſti Hoſpite.

t Emere nimis & ſtulte de Chriſto Theanthropo iudicauit Symon:qui eum hoſpitio exceperat :ne prophetā quidem opinatus:quia mulierem uulgo infamem a ſe non repuliſſet : ſed tāgi etiam ſe ab ea pateretur.at felix ille error:qui diſcuſſis ignorantiæ tenebris:continuo eſt factus lucis particeps.

DE Falſo Iudæorum Iudicio.

e Ici t aiebant Iudæi diuinitatis opera Chriſto inuidentes :in Belſabuth Dæmonia:cæterum uix tam temere calumnia

illa iniecta eſt:q̃ celeriter diſcuſſa: tempeſtiuo ueritatis occurſu: ſi
ego inquit in Belſabuth:ueſtri ergo filii quo nomine eiiciunt?

DE Vitale Monacho.

c Ecidit quidam Alexandriæ Vitalem monachũ proſtibulo exeuntem ratus libidinis gratia locum adiiſſe: cæterũ ille pietatis officium ſecutus:eo uenerat:ut inde mulierem eximeret:quæ ſe turpi quæſtui addixerat:inuenit itaq̃ temeritas ultionẽ:percuſſorq̃ uexari illico captus eſt a dæmonib⁹:ut quorum impulſu dextera peccauerat:mens eorũdẽ in curſu torqueretur.

DE Daniele Abbate.

e Cœlo impetrarat Daniel Aegyptius Abbas fœcũditatem Matronæ haud ignobili.cæterum quia frequens in ea domo obſeruabatur:uicini Abbatis congreſſu mulierem grauidam eſſe factam arbitrari.percrebruit is Rumor:quo plus nimio cõmotus Daniel puerum nuper editum iuſſit in publicum deportari:multiſq̃ mortalibus ad id ſpectaculum uocatis:aliis ſua ſpõte affluentibus:infantẽ per deum adiurat:ut dicat quo eſſet patre genitus.hic miraculo factũ: ut puer liquido teſtat⁹ ſit ſe legiumo Toto:non adulterino natum.

DE Britio Turonenſi.

p Ati infamia perfuſus Britius Turonẽſis antiſtes primo pueri nõdum menſtrui uſus eſt teſtimonio: qui Chriſti nomine rogatus:negauit Britium eſſe patrem :aſcribere prodigioſum affatum æmuli magicæ arti.ardentem prunam pius Antiſtes i ſinum collectam per populum impune circũtulit: neq̃ id miraculum obſtitit quo minus dignitate priuaretur. Cæterum duo qui in eius locum ſurrogati ſunt:unus poſt alium fato conſumpti ſunt:odiumq̃ quo ille ab initio flagrauit:in gratiam uertitur.uix igitur tam aduerſa inuidia fuerat honore depulſus:quanta eſt innocẽtiæ & ſanctitas opinione reſtitutus.

DE ETHNICIS EXEMPLI:ET PRIMVM.

DE Palamede.

h Abent & cæteræ gentes ſua temeritatis exempla:in quibus ut uetuſtiſſimum ita maxime memorabile eſt illud Palamedis:qui ad Troiam temerario Græcorum iudicio damnatus periit Ithacenſis ulixis fraudæ.

DE Herdonio Aricino.

Ec arte multum diuerſa Tarquinius qui ultimus fuit Ro
n manorum regum Herdoniū Aricinū temerario: & incon
ſulto latinorum iudicio perdendum obiecit.

DE Valerio Publicola.

Ge nunc: & q̄ incōſulte: ne ſtolide dicam populus Roma
a nus. M. Valerium in affectatæ Tyrannidis infamiam con
iecit: quia in ſumma Velia ædificaret. tanq̄ fieri potuiſſet: ut is qui tam acerbus regum hoſtis aſſertorq; libertatis extitiſſet: Tyrannidem affectaret: ſed domo: quæ illi inuidiæ fuit: ſolo æquata: adeo ciuitatis animus eſt mutatus: ut quem nuper ut Tyrannum oderat Publicolam dixerit.

DE Gabinis.

Abinorum autem iudicium nō ſolum ſtultum: ſed ſibi ip
g ſis etiam funeſtum & pernitioſum. qui Sextum Tarquiniū
temere credendo ex hoſte hoſpitem fecere: ex hoſpite ducē per quem non multo poſt non tantum bello uicti ſunt: ſed libertate etiam & fortunis omnibus priuati.

DE Ro. Ciuitate.

Vantum Romana ciuitas in Fabio Maximo oblucinata ē.
q Tantum nec minus in Minutio. in hoc temeritatem pro
fortitudine complexa: in illo prudentiam pro timiditate grauiter auerſata: una tū hora docuit multitudinis eē ppriū nihil ſapere: temereq; iudicare: ut ubi conſilio opus eſt: euentum requirat.

DE Sylla Dictatore.

Orſit. L. Syllam tam&ſi dictatorem falſus de. Gn. Pōpeio
t rumor torſit & multitudinis opinio: quæ temere rumori
acceſſit. Pompeium in Aphrica a Sylla cum exercitu defeciſſe. pacatus tamē ducis ad urbem reditus uanum populi iudicium arguit: & dictatoris animum metu liberauit.

DE Veſpaſiano.

Adem ſuſpitionis nauitas diu ſolicitum: & anxium habuit
e Veſpaſianū Principem: ſed huiuſmodi Iudicium eo leui⁹:
quo minus Veſpaſiano timēdū fuit a filio: q̄ Syllæ ab alieno adoleſcente creditus eſt. T. Veſpaſiani filius: quia Hieroſolymis euerſis: non illico Romam ueniſſet: regnum meditari: credidit id pater: crediderunt & multi: cæterum Titus præter omniū opinione celerius ad huiuſmodi falſos de ſe rumores coarguēdos ſeſe patri ex improuiſo obtulit: Veni inquit pater ueni: p quæ ſuſpitio

diſcuſſa eſt:principiq; & ciuitati uana opinio merito exprobrata.

DE Duabus Veſtalibus.

ſ Ed in nullis hominũ magis: q̃ in duabus ueſtalibus temeraria hæc iudicãdi ratio eluſa eſt. Claudia: & Tucia parum ſanɫte ſuam tueri uirginitatẽ uulgo creditæ. uerum ubi & hæc nauim uado remolita eſt: cinguloq; aduerſo Tyberi pertraxit: illa aquam hauſit Cribro: concidit fama mendax: & quam ſtulte multi iudicarunt: tam dolenter: & affliɫtim ſuæ temeritatis pœnitentiam egere.

DE Conſtantia: & Fiducia: Aduerſus Dæmonum Præſtigias.

o Mnium animalium homo præcipuo pauore cõfunditur. & quo plurium eſt imaginũ capax: eo timidior pluribuſq; terroribus obnoxius: uſq; adeo pron⁹ ad nouas ſpecies effingẽdas: ut quæ in medio philoſophorũ quidam pro incertis relinquunt aut reiiciunt ꝑ uanis: quia incorporea ſint: humani oculi putent ſe cernere: uerum omnis de laruis: & dæmonibus tam uulgata: q̃ uera eſt opinio: ſiquis ueritatem attendat nõ Leucippi: & Epicuri delirium: qui omnia ad ſenſum referunt.

DE Iob Viro Iuſtiſſimo.

ſ Ed quis tãtum a uero deflexit unq̃: ut quæ in Iob uiro iuſtiſſimo euenere non Dei Optimi Maximi permiſſu: maliq; Genii ipſi⁹ ſenis aſtu faɫta arbitretur? ut is ad uirtutem exercitatior fieret homo alioqui optim⁹? nulla eſt erũna tam atrox & acerba in humanis quæ nõ hominem attigerit pium: iuſtum: & innocentem: magna & ſæua hæc: ſed pium ſenis propoſitũ adhuc potentius: exercitus eſt ille ut unus aliquis hominum maxime iuetum nunq̃ uiɫtus.

DE Chriſto.

m Agna aduerſus eum cuius nũc memini extitit cacodæmonis intemperies: ſed maior omnino quæ attingere auſa eſt unigenitum dei filium: qui tam & ſi Deus eſſet: erat tamẽ & homo: hunc auaritiæ: hunc gulæ: ſuperbiæq; uitio polluere conatus eſt: ſed fraus illa eo uanior: quo Chriſti qui tantus erat maior ſuit uirtus: maior ſapientia.

DE Beneditɫo Abbate.

ſ Enſit Benediɫtus Abbas monachorum quendã de monaſterio relinquẽdo conſilium agitare. habuitq; pro magno negocio illuc occurrere. conſpicatuſq; eſt hominẽ extrahi

a puero æthiopici coloris:dum cæteri ſacris operarentur.increpuit euntem Abbas:ac ſimul aſſecutus percuſſit uirga:nec qui trahebatur fuit inde eiuſmodi caſibus obnoxius.

DE Antonio Abbate.

Etebat decreto Eremũ Antonius Alexãdrinus Abbas: eſt,
p ꝙ obiter a Dæmonibus ad necem propemodũ cæſus.deflexit itaq; in proximũ uicum fuitq; hic tantiſper dum curaretur.inde repetito itinere procul ire pergit:uel grauiora etiam paſſurus modo propoſitũ teneret:profuit illi cõſtantia:profuit & fiducia.enimuero diuina opẽ adiutus Eremũ tenuit:uixitq; in ſolitudine tutus ab eiuſmodi Dæmonum præſtigiis.

DE Macario Abbate.

Vit & MacariusAlexandriæ Abbas : accidit huic quod &
f paucis hominum.ſubierat forte ethnicũ ſepulchrũ ſubmoto cippo nocte deprehẽſus ut in eo caperet ſomnũ : hic ille uocem ſe audire imaginatus eſt:ex iis oſſibus redditã qbus dormiens hærebat:uenirẽ ſi poſſem:ſed premor pondere ſup me cubantis:tum ille exi inqt:& abi ſi potes.ego hic uel te nolẽte pnoctabo.

DE Hilarione Abbate.

Ed nullus (ꝙ ſciã) audacior fuit Hilarione : fortiuſq; con-
ſ tempſit dæmonũ fraudes.quippe qui in ſolitudine ſæpe infantium uoces intempeſta nocte audire ſe exiſtimauit nũc Balatus Ouium:mugitus boũ:planctus mulierũ: Leonum rugit⁹: ſtrepitum armorũ:uariarũq; portenta uocum: Cæterum auſus aliquãdo totũ phaſma explorare dominicæ Crucis ſigno inſtructus ad lumen Lunæ tugurio egreditur ſoliciteq; circũſpiciens ecce currum directis in ſe equis euntem conſpicatus eſt:hic Chriſti Nazareni nomine aduocato in ueſtigio manſit expectans rei euentũ.tum uero terrifica illa Bigarum ſpecies ſubito terræ hiatu in conſpectu abſorpta eſt.

DE Eodem Hilarione.

Vid ꝙ a fundendis precibus quum paululum quieuiſſet
q Hilarion:Malus Demon feriãti inſidiatus repente ei⁹ dorſo inſiluit calcibus latera quatiẽs ceruicem flagro.eia inqt dormitas?mox cachinno deſuper increpitãs uis inquit iam feſſus hordeum?in id ſcilicet cauillatus ꝙ aliquando Hilarion ſuo iratus corpori dixiſſe fertur : ego te Aſine non hordeo paſcam:ſed palea: faxinq; ne calcitres.

DE Elphego Cantaurenſi Antiſtite.

Ductus carcere Elphegus cantaureñs Antiſtes ratus ſe cœ
e leſtem nuntium ducem habere nō nihil uiæ a carcere eua
ſerat: quum reputans animo cuiuſnā eſſet martyrium effu
gere. precatus ē ſuppliciter deū: & cōfeſtim Dæmon euanuit.

DE Sarra.

Arra in Thebaidis monaſterio ſacerdos maxima libidinis
f ſtimulo exagitata iam iam ſuccubitura ſuppliciter deū ꝑ
cata eſt: uoxq; ſimul ex proximo reddita uiciſti me Sarra:
tum illa non ego inquit: ſed Ieſus: qui uocatus eſt affuit.

DE Theodora.

Tt & Theodoræ Alexādrinæ malus dæmon inſidiat⁹ ſub
e Theodori nomine: qui diligens erat pietatis cultor: expro-
brauitq; illi adulteriū: cui⁹ mulier erat ſibi cōſcia: ꝓcideteq;
interim oēm ſpem illi ueniæ calūniæ a uctu. ſignauit ſe Theodora
dñicæ crucis ſigno: cōtinuoq; calūniæ auctor e medio eſt ablatus.

DE Iuliana Virgine.

Btulit ſe Belial Dæmon Iulianæ uirgini in carcerē poſt ſe-
o ua uerbera deiectæ: induerat q; cœleſtis nuntii faciē: ut cō-
modius falleret. hortatur puellam Chriſti nomine: ut ethni
cis diis ſacrificet: fore ut propter ea omni cruciatu defungeretur: in
horruit uirgo: ſuſpicataq; fraudē eē: deum ſupplex precatur: ut qua
le illud eſſet oraculum ſibi liquidius pateret. uinxit illa dæmonem
permiſſu numinis: ſæuiſq; uerberibus affecit.

DE Ethnicis exemplis.

Abent & prophanæ gentes quod in hac relatione iure loca
h re poſſis. non tam pietate q̄ animi conſtantia freti plæriq;
phantaſmata auribus: & oculis obuerſata fortiter tulerunt:
quidam obnoxie nimis: nec ſine magno motu mentis: animiq; cō
ſternatione in eiuſmodi Terrores inciderunt.

DE Dione Syracuſano.

T Dion Syracuſanus: qui paucis diebus quib⁹ iterfect⁹ eſt:
u quum interiore parte domus ſederet: curis intētus prægrā
dem intuitus eſt fœminam domum ſcopis uertentem di
ra facie: & furiali habitu. terruit tam fœda ſpecies uirum alioqui in
uicto animo: eſtq; reputatiōe tā fœdi aſpectus adeo cōſternatus: ut
amicos rogauerit ne a ſe nocte illa diſcederent ueritus ne iterum id
phātaſma ſolus intueretur.

DE. M. Bruto.

n Ec minus terrificũ obtulit ſeſe.M.Bruto uidẽdum malus eius Genius ſub id tempus quo ille erat ex Aſia in Octauium:& Antonium motur⁹:quum curarum plenus ad mo dicum lumẽ lucernæ lucubraret:ſenſit ad ſe quendam ingredientem.extulit oculos ille ut ſiquis ſuorum eſſet: agnoſceret ad quid ueniret.tum ei uiſa eſt terribilis:& monſtroſa effigies feri corporis cum ſilentio aſtare:hic Brutus multo audacior q̃ Dion interrogare auſus quis hominũ:aut deorum eẽt:& quid ſibi uellet? tum ille ſubmurmurans:ſum inquit tuus malus Genius Brute.in Philippis me uidebis:uidebo reſpondit homo uere Romanus.atq; ubi umbra illa euanuit ſuos ſciſcitatus eſt Brutus an quiſq̃ obſeruatus eſſet ad ſe uenienset comperitq; neq; adeuntẽ quẽq̃ ab ullo uiſum: neq; egredientẽ:quæ res auxit ægri alioqui animi ſolicitudinẽ:ut talis timeretur belli exitus qualis eſt poſtea ſecutus.

DE Cornelio Sylla.

c Ornelius Sylla non multo prius q̃ uita de ceſſit: imaginatus ẽ ſe quændam uidere:ab eoq; uocari:qua imagine auguratus inſtare ſibi fatale tempus teſtamentum cõfeſtim cõſcripſit:ac ſequenti nocte febri correpť breui uita defunctus eſt.

DE Caſſio Parmenſi.

p Ari Phantaſmate perculſus eſt & Caſſius Parmẽſis:ac neſcio an aliquanto etiam atrociore.ſub id tempus quo Auguſti iuſſu interfectus eſt fœda diraq; Dæmonis ſpeties illi pernoctem obuerſata eſt:quo uiſu ſatis admoneri credidit infeliciſſimi exitus uitæ qui breui poſt ſecutus eſt.

DE Philoſopho Quodam.

n Vllus(q; ſciam)conſtantius tulit terriculamẽta hæc: q̃ Philoſophus quidã Athenis:qui ſolus pernoctare auſus eſt in ea domo:cuius erat cultus deſertus:quoniã huiuſmodi eſſet laruarũ ambagibus obnoxia.ſenſit ille ad altam noctem ſtrepitum cathenarũ:ac fœdam tetrãq; imaginem ad ſe uenientem.nihil expauit:quin nutu admonitus abeũtem intrepide ſecutus eſt: quo ad in atrium dom⁹ ſit uentũ.hic uiſa eſt umbra illa euaneſcere:poſtridieq; ibi loci cadauer eſt refoſſum legitimeq; ſepultum.per quæ perpetua ſecuritas eſt ipſis ædibus parta.

DE Ciceronis Nutrice.

p Hantaſma quod Marci Tullii nutrici obtigit quali fuerit aſpectu non traditur.ſatis conſtat mulierculam ab eo didi-

ciſſe rei.pu.a ſe puerum nutriri: ſeruauit Cicero rem publicam uolens:imprudens periit.

DE FRAVDE:ET PRAVIS CONSILIIS.

Quæ In Auctorum Capita Redundarunt.

ſ Apienter & uere uidetur Heſiodus dixiſſe: Malũ cõſilium rem peſſimam eſſe conſulenti.ſiue.n.caſu fuerit:ſiue potius numinis permiſſu:ſæpe(quod ſatis conſtat) experientia docuit mala conſilia in auctoris pernitiem uertiſſe: & unde fraus profecta eſt:illuc ſit cum dãno reuerſa.

DE Protoplaſto:& Cacodæmone.

u Icit malus dæmon hominẽ in ligno:eſt & ipſe in ligno ab homine uictus: Cæterum prior uictoria fraudis fuit:q̃ longo eſt interua llo ſecuta uirtutis & ſapientiæ.

DE Amane.

e Rat Amanis Auctoritas apud Artaxerxen non parui ponderis.perpulit is regem ut uno die iuſſerit omnes Hebraici nominis ſuo regno interfici:ipſe ingentem Crucem Mardocheo iudaici ſanguinis fabrefecit: erat is non ignotus Regi ob Heſterem fratris filiam in pellicatum ab eo receptã: Iminebat manifeſtum iudæis exitium:quum pauciſſimarũ horarũ ſpatio Rex Heſteres precibus mutatus:non ſolũ edictum reuocauit:ſed Amanen cõſilii auctorem cruci affixit:quam ille Mardocheo nominatim parauerat.

DE Daniele:& Leonibus.

p Epercerunt Leones Danieli in caueã deiecto:eos fœde laniarũt:per quos erat puer innocens Beſtiis expoſitus.

DE Suſannæ Accuſatoribus.

p Ari exemplo uindicata eſt a calumnia Suſannæ pudicitia, ſenes qui capitalem noxam inſonti aſtruxerant ſui ſceleris conuicti in ſe capitale ſupplicium uertere.

DE Roſimunda.

n Vpſit Roſimũda:quæ fuit Alboini Langobardorum regis uxor poſt uiri cædem cuius ipſa fuit conſcia Helmechildi iuueni eius gentis nobiliſſimo: conataq; eſt illi regnum aſtruere.cæterũ ſua ſpe decepta ex Verona Rauennam ſecundo Atheſi aufugit cum regia gaza:& nouo ſponſo hic illa a Longini exarchi con nubio pellecta uenenum priori ſponſo miſcuit: obtulitq; ex Balneis egreſſo.ſenſit ille cõfeſtim receptã peſtem toto poculo non dum e poto:placideq; in coniugem conuerſus tu inquit

quod reliquum eſt bibe.negat illa ſe potu egere:ac quo acrius recu-ſare:eo Iuuenis impenſius id poſcere:& iã minas hortatib⁹ miſce-re ac ferrũ intẽtare.tum illa metu ſubacta: & ſi ueneni conſcia hau ſit tamen:atq; una cum eo extincta eſt.

DE Romilda.

ſ Imili leuitate:ſed euentu fœdiore:Romilda:que fuit Siſul phi Foroiuliẽſium ducis periclitata eſt:prodidit hæc Iuliũ oppidum cum liberis & fortunis omnibus Cancano Bauatum regi quẽ ſemel intuita perdite amare cœperat.pollicitus erat: ubi in urbem reciperetur: Bauarus illi nuptias: Cæterum ne fidem prodere uideretur noctem unam habuit Romildam pro legitima coniuge.inde robuſtiſſimis militibus aſſiduo congreſſu uexandam tradidit:uexatãq; & male affectam palo affixit.

DE Campilo:Et paſchale Primicerio.

ſ Edit Carolus Gallorum Rex in Barionæ Baſilica Leonis Tertii cauſam cogniturus: quem Campilus & Paſchalis Primicerius pulſatum in uincula coniecerant: congerere duo illi multa in Pontificem crimina ad leuandam ſui ſceleris inuidiam:placuit populum qui circũfuſus ſtabat rogare quid de Pontifice ſtatuendum cenſeret? reclamatum eſt non eſſe priuati cuiuſq; de eo qui ſacram teneret ſedem:iudicare:traditũq; morem a maioribus ut pontifex a nullo præterq̃ a ſe ipſo iudicaretur.qua uoce Rex ſui officii admonitus cauſam ampliauit:ac mox paulo damnauit capite accuſatores: ſed Pontificis rogatu capitalis illis remiſſa eſt pœna:amboq; ĩ Galliã relegati.

DE Io.Septimo.

I Lluſit. Io.Septim⁹ Apoſtolicæ ſedi ueri⁹ q̃ clero.q quũ mulier natura eẽt: ſexũ mẽtita pontificiã dignitatẽ inuaſit: ſed fœdus ille luſus:& fraus oĩs ĩ eũ cõuerſa eſt.&.n.domeſtici hoĩs familiariſſimiq; cõcubitu ꝑgnãs facta: quũ forte lateranẽſem Baſilicã ĩuiſeret ĩter Amphitheatrũ:& Clemẽtis ædẽ dolorib⁹ ſubito obortis repẽte partu ſoluta ẽ:medioq; nixu extincta:tenuit mos & hodie durat:ut Põtifices ibi loci uiã deflectãt tã fœdæ rei admonitu.

DE ETHNICIS EXEMPLIS.

a Pponebat ſuos equab⁹ hoſpites laniãdos Diomedes Rex Thraciæ:ẽ & ipſe ab Hercule(ſi uera ſunt: quæ Tragici ſcribunt)illis laniatui datus: & ſuppliciũ quod in alios fuerat cõmentus:multo iuſtius ipſe eſt demum expertus.

DE Perilo Athenienſi.

Am me Hercule nec minus merito Perilus athenīēſis ſuo periclitatus eſt inuento.qui execrabilē illā machinā ex ære fabrefecit:ut Tyrāni aures delectaret humāo cruciatu:ſed tantæ diritatis ultio breui ſecuta eſt:primus omnium ipſe Tauro in clufus tam deteſtabile opus ſui imbuit ſupplicio.

DE Camillo.

Ppugnabat Furius Camill⁹ Phaliſcos:trahebaturq; bellū: quū oppidanorū uirtute:tū loci natura:quæ erat muniſſi ma.interea ludi Magiſter per ſpeciē deambulatiōis traxit principū filios in Romana caſtra ipſi duci gratificaturus:attulit ſe cum proditor certā ſpem uictoriæ.nulli dubiū erat quin Parentes charitate filiorum ſuis auctores eſſent ciuibus deditionis faciundæ. ſed tū abfuit ut Romanus eo modo uincere uoluerit:ut proditorē auerſatus: q id pſuaſum habuiſſet Romanos dolo & aſtu potiuſq̄ uirtute bellarī:ui ctū nudatūq; terga adoleſcētib⁹ ddcrit ī urbē uerbe tibus agēdū:mouit Romani ducis uirtus Phaliſcos: & q nuper oīa pati maluiſſent q̄ aſſidētibus cædere:uoluntaria deditione ceſſere.

DE Appio Decemuiro.

Olebat Appius Claudius Decēuir carcerē:q unus in urbe fuit Romanæ plebis domicilium uocare: ſed ipſe in ordi nem redactus Tribuniq; plæbis iuſſu in eum locum conie ctus inter ſiccarios & latrones infeliciter in expirauit.

DE Tarento a Ro.Recepto.

Otiti fuerant Pœni in Italia belligerātes Tarento urbe non ui bellica:ſed proditione:eſtq; a Romanis id oppidū pari opera receptum:unde uox illa Hnnibalis eadem arte qua cæpimus: Tarentum amiſimus.

DE Antonio Triumuiro.

Diiciatur nunc facetū exēplū Antonii Triūuiri & Cleopa træ.ſolebat is Alexādrinis illecebris captus cū regina ſæpi⁹ piſcari:habebatq; urinatores paratos:q occulte piſces uiciſ ſim ipſius piſcantis hamo affigerent:admonuit frequēs captura re ginā uanæ oſtentationis.quā ut maiore quodā riſu eluderet præmi ſit q fumoſum piſcem piſcāti appēderet:qui attractus ingentē ridē di materiā pbuit Cleopatræ:& legatis:q aderant.erubuit Antoni⁹ ſuis clufus artib⁹:ad quē Cleopatra:Alexandrinorū eſt inquit Antoni Imperator fortiſſime piſcari:tuum bellando uincere.

DE IMPROVISIS CLADIBVS.

q Vo minus gnara eſt mens hominis futurorum: eo in ſubitis: & i opinis caſibus grauius afficitur: præſertim ſi quæ præter opinionẽ eueniunt infelicia & calamitoſa fuerint. hinc ex ſubita cõſternatione feſtinatæ mortes: & uita ſæpius laqueo ferro: ueneno uiolenter abrupta: ut in nulla re mens minus ſibi conſtet q̃ in ſubitis caſibus: & clade aliqua inopinata: quæ quo maior eſt: eo minus tolerabilius æſtimatione: & eorũ præſertim qui damno afficiuntur.

DE Helio Sacerdote.

t Alis & tam impotens affectus Helium ſacerdotẽ præcipitauit: qui cladis teterrimæ Philiſteo bello acceptæ nuntio conſternatus: audita triginta millium Iudæorum & duorũ qui in ea acie ſteterant filiorũ cæde e ſolio præceps datus mortem obiit: qꝙ ſi tantus dolor præuideri potuiſſet: fuiſſet illi haud dubie talis nuntius luctuoſus: ſed toleratu facilior.

DE Pharaone: & Eius Exercitu.

n Ec res minus ſubita fuit: ſed magis calamitoſa: qꝙ momento temporis inmenſus Pharaonis exercitus cum ipſo rege inter Troglodyticem: & Arabiam mediis eſt fluctibus miraculoſe obrutus: enimuero dum tanta uis hominum alienũ quærit exitium: ſibi peperit. cc. peditum millia: & equitum quinquaginta tum regi affuiſſe ſacris eſt literis proditum.

DE Altera Aegyptiorum Clade.

q Vid qꝙ eiuſdem gentis primogeniti omnes nocte una percuſſi ſunt ſuperne: grauis quidem iactura: nec magis grauis q̃ ſubita: cuius cauſam ſi Pharaonis animus altius indagaſſet: nunq̃ tam dirũ ſibi: & ſuis pepeſiſſet exitium.

DB Senacheribe Aſſyriæ Rege.

e Xtorſit Sanacherib aſſyriorũ Rex ingens auri & Argẽti põdus tributi nomĩe Ezechiæ Iudeorũ regi iureiurãdo interpoſito fore ut auro appenſo confeſtim Hieroſolyma obſidione ſolueret: ſed impius rex ceu ſibi non hoſti iuratus eẽt ex ſua ſententia Religionem interpretatus ipſe cum parte una copiarum digreſſus in alias porro gentes conuertit bellum: parte tamen exercitus multo maxima ad obſidionem relicta: tanq̃ multum referret per ſe an per aliũ ſuis armis hoſtis premeretur. eſtqꝫ ſcelus id expiatum memorabili Aſſyriorum cæde: centum octoginta quinqꝫ millibus hominum nocte una peſtilentia conſumptis.

DE Vallia Gothorum Rege.

Ranſmittebat Vallia Gothorum Rex exercitum ingẽtem
t ex Betica in Aphricam terrã ipſam bello inuaſurus: eratq;
numeroſa claſſis ad id compatata: quæ Gaditano freto ſu
bita tempeſtate diſiecta fluctibusq; obruta: tãtam uim hominum
ſecum abſumpſit: ut ſiculi naufragii quod in primi belli punici tem
pora incidit memoriam renouarit.

DE Conſtantino Imperatore.

Onſtantinus unus ex Conſtantini magni ſucceſſoribus q
c Byzantii imperauit: duo millia nauiũ uno naufragio ami
ſit: Dignus qui ante imperium uitã amiſiſſet: ob animi
impietatem: quam in Leone patre eſt præter cætera imitatus.

DE ETHNICIS EXEMPLIS ET PRIMVM.

DE Cambyſis Exercitu.

Xpertæ ſunt & cæteræ gentes huiuſmodi caſus: nam non
e magis ſubita fuit q̃ grauis: & calamitoſa iactura illa: quum
L. millia militum a Cambyſe rege in Hammonios miſſa
ubi mediis arenis pranſuri accubuiſſent: orta tempeſtate arenarum
cumulis obruti momento temporis perierunt.

DE Clade alia eiuſdem gentis.

Ncidit alia maior eiuſdem gentis Clades nõ uulgaris: ſed
i in recentiora Tempora: quum Mardonii ductu bellum
græciæ Xerxes intulit. ccc. naubꝰ circa Athõ mõtẽ ſubmer
ſis: & in his. xx. milibus ſubita tempeſtate obrutis.

DE Siculo Naufragio.

Vllius caſus cladiſue memoria atrocior ac pro inde minꝰ
n debilis q̃ ſiculi Naufragii quod in Decimũ Annum inci
dit primi belli pũici. M. Aemylio & Fuluio nobilior Coſſ.
qui inter Canis: & Orionis ſigna importuoſam Siciliæ oram legen
tes ſubita tempeſtate. ccc. octoginta quatuor naues amiſere: iacuit
littus inſtratum cadaueribus & naufragiis: ut nulla hominum me-
moria maior credatur iactura in mari accepta.

DE Clade Amphitheatrali.

Inor clades: ſed non minus ſubita latialis illa Fidenis acce
m pta Tiberio principe: quum gladiatorio munere uicena &
amplius millia hominum Amphitheatri Ruina periere.

DE Tartarorum clade.

Itonus armenius auctor eſt:Barcham Tartarum genere
a eius Barchi filiũ qui in Auſtria traiectu fluminis periit: cũ
Haalone eiuſdem gentis rege: & conſanguineo ſuo de ſũ-
ma rei hoſtiliter congreſſum: in alueo fluminis glacie concreto(ſu
ſpicari libet id Hiſtrũ fuiſſe)medio pugnæ ardore ungularum pul-
ſu glacie diffracta triginta Barbarorum millia uorticibus abſorpta.

DE Turcorum Clade.

Is paucis Annis quibus hæc cõmentabamur circa eundẽ
h Hiſtrum:ſi Hiſtrum Aitonus ſignauit:nam nomen diſerte
nõ poſuit:par Turcorũ numer⁹:neſcio an aliquãto ẽt ma
ior eſt frigore conſumptus:quum Amnis alioqui uiolẽtus magna
ex parte concretus glacie: neq; nauigabilem ſe: neq; pedibus ua-
dabilem ex hoſtico redeuntibus præbuiſſet.

DE SOLERTIA ANIMI.

Vlta quidem & magna ingenio fiunt:quæ neq; uires Cor
m poris:neq; conatus queat ullus conficere:hinc certe eſt: ꝙ
ſæpe multi a paucis uicti ſunt: remolituſq; eſt opifex unus
aliquando pondera quæ multa hominum millia nequiuere: tota
uita magis ingenio conſtat:q̃ uiribus. fuit haud dubie fortior Aiax
q̃ Vlyxes: Cæterum quia ſolers hic:icc irco & utilior habitus græcis
ad Troiam ſedentibus:maioremq; ex eo bello laudem reportauit.

DE Moſe.

Olertis & longe in futurum proſpicientis fuit ingenii: ꝙ
ſ Moſes in æthiopiam ægyptiacum ducturus exercitum p
infeſta ſerpentibus loca: ut eam moleſtiam declinaret ma
gnam uim comparauit ibidum: quia compertum haberet eã auẽ
alatorum ſerpentum agmina debellare.

DE Samſone.

Ffecturus Samſon philiſteos:quos infenſe oderat clade ali
a qua ſubita: & inopinata: & quæ uniuerſam gentem attinge
ret: eſſetq; interim omnis alieni auxilii expers:rem cõmen-
tus eſt ſpecie ridiculam:ſed euentu hoſti calamitoſam: enim uero
multas numero uenatus uulpes in philiſteorũ agros matureſcẽti-
bus iam ſegetibus immiſit igni ad caudam appẽſo:quarum ãcipiti
fuga adeo flãma diffuſa: ut uniuerſa hoſtiũ regio uno tp̃e cũ ſegeti
bus deflagrarit. DE Gabaonitis.

Ec Gabaonitæ inertes qui ut ab Hebreis in fœdus reciperẽ
n tur:ut q̃ remotiſſimi eſſe putarẽtur & a Chananeorum ra-

donibus diſcreti: multorum dierum iter non uno affinxerunt argumēto: Trita calceamēta habētes mucidi panis fruſta: & uapidū in utribꝰ uinū ſed ꝗ feliciter ceſſit id cōſiliū(Nā ī fœdꝰ recepti ſūt) tā fœde poſtea ſugillati fraude cognita. nā ꝑ ſociis lixæ ꝑ fœderatis ſūt calones habiti.

DE Iſrahele.

p Oſſit maternis artibꝰ īputari ſolers illđ Iſrahelis cōmētū: q Eſau fratrē mētitus manus hedulina pelle obductas obtulit pr̄i qbus primū hæreditatis decus tulit. Quod uero labanis ſoceri pecus uerſicoloribꝰ uirgis īteruertit: aſtus fuit & uerſutiæ hoī īgēitæ: ꝗ adeo inſigniter uni obtigit: ut nomē ēt ex re ſit adeptus.

DE Franciſco Barbaro.

ſ Vnt & hæc quæ ſequuntur noſtratia: uerum multo recētiora: quū Brixia urbs nobilis Vicecomitū armis graui obſidiōe tenereꝛ: uentūqꝫ eſſet ad inopiā rerū: omniū ꝑmereturqꝫ defeſſa ciuitas cū ſuo præſidio fame īterneciua & exitiali: Frāciſcus Barbarus Præfectus urbis mulos harena honuſtos ſæpe in urbē īduxit: porta hoſtibus auerſa: ut ſpeciē multitudini exhiberet leuādæ famis nouo rei frumētariæ inuectu: quæ ludificatio fecit ut perſeueratum ſit in tolerāda obſidiōe: quoad breui poſt uerū affuit a Venetis ſubſidium cum Cōmeatu.

DE Nicolao Picinino.

n Icolaus Picininus cuius ductu tū Brixia tā arcta obſidione fatigata eſt: haud multo poſt ꝓlio uictꝰ a Franciſco ſfortia q tū Venetū merebat ſtipēdiū: compulſuſqꝫ ex acie in proximum oppidulū haud procul a lacu Benaco: uentus ne oppidanorum proditiōe hoſtibus dederetur: quum puſilla eſſet ſtatura a gregario milite ſacco obuolutus per ſpeciē prædæ inde aſportandæ in tutum ſe deferri iuſſit.

DE Alexandro Sexto Pontifice Maximo.

q Vid: Alexander ſextus an non memorabili exemplo ludificatus eſt Carolum octauum: cuius congreſſum quum ex cōfeſſo horreret: & Rex iam proximus uehemētius poſtularet ut ſecum de ſumma rei in colloquium uēiret: appareretqꝫ uix tuto id negari poſſe. quum iam propemodum cogi poſſet: bēigne ſe iturum reſpōdit Pontifex: ceu nihil id grauate facturus: caduceatore inde regio a ſe dimiſſo diuerſum iter ingreſſus irrequieto curſu ex urbe ueteri Peruſiam cōtendit: eo cōſilio ut ſi Rex eueſtigio ſecutus eſſet inde Anconem peteret: mox Venetias trāſmiſſurus.

DE Conſaluo magno Agidario.

m Agnam & eã animi ſolertiã fuiſſe neceſſe eſt: qua uſus Cõſaluus Agidarius barulana obſidione a Gallis preſſus non modo eos repulit: ſed demũ & uicit. Incluſerant Cõſaluũ Galli itra Barulũ q̃ igẽtib⁹ copiis aſſidebãt. Tenuit ſeptẽ mẽſes obſidio. cũ hiſpanus miles inſeſſis omnibus locis unde cõmeatus inuehi in oppidũ poſſent: ne a muribus quidem & herbarũ omni genere abſtineret. in hac temporũ difficultate nihil non excogitatum ab illo eſt quo militum animos placaret nunc enim monẽdo nũc hortando: ſæpe ſeſe gregariis inſerendo: ſæpe ſpe uenturi cõmeat⁹ & ſubſidii ſolando adeo effecit. Vt qui de eo necando cogitarent: mutata ſententia in fide mãſerint. Quo tempore conſtat illum diui Benedicti oraculo uictoriam ſperare monitum: ex quo mox ille uictoria potitus eius familiæ caſſinatẽ ſaltum cum uetuſtiſſimo Cœnobio reſtituendum curauit.

DE ETHNICIS EXEMPLIS: ET PRIMVM.

DE Arpago.

a Rpagus cui Aſtyages Medorum Rex filium epulandum appoſuit: occulte Cyrum per literas moniturus ut Medos bello inuaderet: literas: quibus Iuuenem accerſebat: lepori exenterato inſeruit. quem nuntius ad Cyrũ detulit. nec Arpagi ſolertia irrita: nam & literæ tuto in Perſidẽ perlatæ ſunt: & Cyrus bello illato Medorum Imperio potitus eſt.

DE Hiſtiæo Mileſio.

h Iſtiæus Mileſius Ariſtagoram Ciuem ſuum ad bellum cõpulſur⁹: ex Perſide ſeruum miſit: cui capiti abraſo inſcripſit quæ ab Ariſtagora fieri uellet: eſtq; apud ſe tam diu nuntiũ remoratus: donec capillus altiuſcule renatus ſecreti conſilii notas abſcondit.

DE Hannibale Barchino.

n On minori ſolertia Pœnus ut Flaminium cõſulem: qui in Hetturia erat improuiſo acceſſu opprimeret: per ſtagnãtia Arni loca tres dies ac totidẽ noctes peruigil egit exercitũ: irrupitq; repente in hoſtilem Terrã: tanta hoſtium conſternatiõe ut non magis Cortonẽſis ſaltus: & traſimeni obices iuuerint punicã uictoriam: q̃ uis ea parte illata: qua minime expectabatur.

DE Aphricano maiore.

x Ependit maior Aphricanus Traſimenã cladem Carthaginenſibus in Aphrica quũ res hoſtiũ per legatos: q̃ citro ul

atoq; induciarum prætextu mittebantur: ſpeculatus nocte una bina hoſtium caſtra incendit:inceſſa expugnauit:duoſq; ualidiſſimos deleuit exercitus.

DE Semiramide.

q Vid Semiramis an iacẽtis animi aut ignaui fuit:q̃ Maiorẽ Nino uita defuncto:quia filii ætas nõdum matura eſſet regno:illius perſona diu mentita tanta indole imperiũ rexit: ut regnũ breui tempore conſtitutum:& ob eam rem minus ſtabile ita opib⁹ & auctoritate auxerit: ut per multas inde ætates ignauiter aliõqui adminiſtratum:in ſuo tñ manſerit ueſtigio.

DE Oriſgontis Gallorum Reguli uxore.

ſ Olers & Oriſgontis Gallorum reguli uxor nõ minus dico q̃ pulchra .quæ quũ omnium ſuæ gentis eſſet pulcherrima captiua aſſeruabatur in Ancyra urbe a Ro. Centurione cũ multis milibus ſui ſexus : Cæterũ inſignis forma fecit ut Centurionis libidini præter alias fuerit obnoxia:paſſaq; ab eo ſtuprum magna arte uim ſibi allatam ulta eſt.occulte.n.pacta ingens auri pondus pro ſe redimenda Centurionem noctu extra urbem in ſecretũ pertraxit ſpe auri potiundi:quod ſerui a coniuge ex cõpoſito miſſi eo attuliſſent:hic illa ſuos gallica affatur lingua:hoſtẽq; iubet obtrũcari:opprimitur unus a pluribus. iacenti caput mulier adimit: adẽptum ad Oriſgontem defert.fatetur illa ſe paſſam fuiſſe uim ab hoſte:ſed uoluntate a flagitio abfuiſſe : id argumento eſſe: ꝙ prius q̃ ad maritum uenerit:id probrum fortiter uindicaſſet.

DE FAME MEMORABILI.

ſ Edet Fames inter tetra : & dira monſtra in ueſtibulo inferni:ut uates ſumus ingenioſe fabulantur:eſtq; peſtis hæc omnium quæ inibi ſunt teterrima: & ad omne ſcelus ſuadẽdũ efficaciſſima:ex nullo malorum fonte fœdiora manarunt exempla:filiorum cædes:& infandæ epulæ hinc ſunt.hinc præcipitatiões aliæq; feſtinatæ mortes & quod omnium atrociſſimum eſt. reperti ſunt qui ſeipſos laniarunt quando obſcenos morſus in alios uertere non potuerunt.

DE Samaritana Fame.

h Oc certe fuit ꝙ Doda Syriæ rege Iorã in iudæa obſidẽte: mr̃es iedia adactæ filios necauer:traxerũtq; uitã illorũ uiſceribus:q omni uita eſſe ſolent parentibus chariores.

DE Pretio Aſinini Capitis.

Ortita eſt eadem illa obſidio aliud nefariũ exemplum:&
f ſi non eiuſmodi diritatis inediæ tamen miſerabilis: uenit
aſini caput octogenis nummis argenteis quanti fortaſſe nemo meliori tempore adduci potuiſſet:ut ex eo portiunculam guſtaret.

DE Hieroſolymitana Fame.

Ecẽtior memoria eſt Hieroſolymitani excidii:quo tempo
r re quum Iudæi arctius a Romanis obſiderẽtur:reperta ſũt
a militibus omnia ob inediam diſcutiẽtibus in priuata mu lierculæ domo puerilia mẽbra:qb⁹ ĩfelix mater occulte ueſcebaẽ.

DE Italica Fame.

Vlit & Italia Gothicis temporibus in arctiſſima frugum
t inopia exemplum huic ſimile ut Datius Mediolanenſis
antiſtes prodidit:cui in literas mittere fuit curæ ſuæ dioeceſeos fœminam obſcuri nominis inedia ſubactam filii a ſe interfecti carnes eſitaſſe.

DE Fame Mediolanenſium.

Vum Franciſcus Sforriæ filius patrum memoria Mediola
q nũ obſideret adeo eſt arcta annona ciuib⁹ laboratũ:ut ꝓdi
tũ ſit memoriæ tritici modiũ uicẽis aureis nũmis ueniiſſe.

DE Fame Quorundam Italorum.

O ãno quo hæc prodebamus in nõnullis flaminiæ regio
e nis & Piceni agri locis tanta rei frumentariæ caritas incidit:
in magno Italiæ motu ut agreſte & inops uulg⁹ ultimum remedium inuenerit in arborum radicibus & herbis areſactis tuſiſq; & in panis ſpeciem ſubactis.

DE Fame Barulana.

Erum hanc Cæli intemperies flaminiæ picenoq; peperit:
u illam in diuerſa italiæ parte bella fecerẽ:obſeſſo enim a Gal
lis Conſaluo Agidario intra Barulum(eſt id appuliæ celebre ſatis oppidum)tam ingentis fame laboratũ conſtat:ut miles detractas ſcutis pelles emollitas aqua manderit:nec ab herbis radicumq; alio genere abſtinuerit.

DE ETHNICIS EXEMPLIS: ET PRIMVM.

DE Athen. Fame.

Enſerunt & Athenæ aliquando portentoſã famẽ:atq; om
f ni æuo memorabilem:Sylla qui poſtea Romæ dictator fu
it eam urbem obſidẽte: emit miſera Ciuitas medimnũ tritici mille drachmis uulgo & omni ignobili multitudine gramini

bus circa urbẽ naſcentibus & calceis coctis auidius ueſcente: ueniit in eadẽ urbe.ccc. drachmis tritici modius Demetrio Antigoni res atticas grauiter affligẽte: ſed fães hæc tolerabilior ac breuior priore.

DE Petelinis.

I Nciderũt Petelini in id diſcrimẽ in Italia dũ ſuã.Ro.Po.fidẽ p̃ cæteris Brutiis aduerſ⁹ Pœnos probare cõtẽdũt: hi longa obſidione fatigati coria ex ſcutis detraxere: ut quoquo modo poſſent: inde ſibi uictum quærerent.

DE Caſilina Fame.

P Oenis.Ro.præſidiũ ad Caſilinũ obſidẽtibus ſorex trecẽtis eſt argẽteis nũmis ẽpt⁹: inuidioſo p̃tio: ſed auctiõe magis inuidioſa: qppe quæ uitã emptori tribuit: ademit inſtitori.

DE Fame.Ro.

A Diiciatur his unũ.Ro.Po.exẽplũ nõ uulgare: quod uerũ eſſe demõſtat nihil mẽtitũ fuiſſe eũ qui ſcripſit ieiunã plæbẽ nihil p̃ter famẽ timere. Eni uero inſigni quadã Annone Caritate: Po.Ro.tãetſi ſub Tyranno uerius q̃ principe cõſtitut⁹: fame tamẽ urgente Claudiũ impatorẽ clamore & cõuicio in publico exceptũ fragminibus panis ita inſtrauit ut fugienti ſimilis per poſticũ ſeſe in palatium receperit.

QVI IN ARTIBVS: AVT DISCIPLINIS PRAESTANTISIMI FVERE ET PRIMVM.

DE Talete Mileſio.

P Vlchrũ eſt in omni artiũ & ſtudiorũ genere excellere: & qa pulchrũ & optabile iccirco natura homo deſyderat cæteris omnibus in ſuo ordĩe p̃ſtare: quo.n.altiora ſũt ingenia: eo magis laude efferũtur actiuſq; nitũt̃ i arduũ laudis cupiditate: Hic (ut credere æquũ eſt) p̃clarus ille in qbuſdã pfectus q eo uenerit ut aliqd ſupra hoĩeȝ ſæpe crederet̃. Qualis Thales ille Mileſi⁹: nã i his nulla fer̃ nr̃orũ ſũt hoĩuȝ exẽpla: q mlto pri⁹ ſolis defectũ q ſub Aliathe rege fuit & maiore quodam miraculo in ſexcentum annos ſolis & lunæ curſum præcinuit.

DE Hipparcho.

H Ipparch⁹ (nã hæc diſciplinarũ exẽpla multo r̃cẽtiora ſũt q̃ ut ad originẽ mũdi referri poſſint) aut ad tp̃a originibus pxĩa haud alio mõ q̃ cõſiliorũ naturæ particeps mẽſes gẽtiũ dieſq; & horas ac locorũ ſit⁹ eſt æuo teſte ſciẽtiſſime cõplex⁹. Idẽ manifeſto argumento cognatiõis hominũ cũ ſideribus ſtellã ſuo æuo genitã in cœlo depræhendit. rem ad id auſ⁹ propemodũ ipſis cæleſtibus improbã ſtellas & omnia cœli ſidera poſteris numerare.

DE Anaxagora Claz omenio.

Agnum hoc ſed Clazomenii Anaxagoræ illud adhuc ma
m ius: qui cœleſtium literarum ſcientia prædixit quibus die-
bus ſaxum eſſet e cœlo caſurum: nec prædictio caruit euen
tu: lapis uehiculi magnitudine: colore aduſto interdiu decidit ad
Aegos flumen: quem ſit poſteritas miraculi loco uiſere ſolita.

DE Anaximandro.

Vit & in Anaximandro mileſio Diuinitas quædam a quo
f Lacedæmonii præmoniti ſunt: ut urbem & Tecta cuſtodi-
ens: quãdo mot⁹ i gens Terræ inſtaret: eſtq; nõ multo poſt
Pars Taygeti mõtis magno Telluris Tremore: in ſubiectam urbẽ
prouoluta: attulitq; Spartiatis tectorum: & hominum cladem ſu-
pra modum calamitoſam: ſed multo maiorem allatura: ſi res non
autea prouiſa fuiſſet.

DE Beroſo.

Eddidit & Beroſo Attica Ciuitas magnũ Aſtronomicæ ſci
r entiæ teſtimoniũ: cui ſtatuã in gymnaſio poſuit inaurata
lingua ob certiſſimũ euentum eorum quæ prædixerat. pul
chrũ uirtutis præmiũ: quia nobiliſſima id dedit Ciuitas: uerũ quia
eadem & ſapientiſſima: multo adhuc pulchrius.

DE Hippocrate.

Agna Athenarum auctoritas: ſed totius Græciæ multo ma
m ior: quæ Hippocrati medicæ artis ſcientiſſimio: qui uenierẽ
ab Illyriis peſtem prædixit dimiſitq; circa urbes diſcipulos
qui inſinuanti ſe malo occurrerent: honores quos & oli Herculi de
creuit.

DE Aſclepiade Pruſienſi.

Vid homo maius præſtare homini potuiſſet: quid maiore
q admiratiõe dignũ q̃ qđ Aſclepiades Pruſiẽſis dedit: deplo
ratum & pro extincto iacentem hominem e funere ui-
tæ reddidit. ſed maior ad huc in eo ꝙ dicã apparuit: ꝙ cũ fortuna
ſponſionẽ fecerit ne medicus crederetur: ſi unq̃ inualidus ullo mo
do fuiſſet: eſtq; uoti compos factus ſubito ſcalarum lapſu ſuprema
ſenecta exanimatus.

DE Archimede Syracuſano.

Vid Archimedes Syracuſanus: quanta in eo Machinariæ
q ſcientiæ facultas: honuſtam nauim ſolus remolitus eſt: tra
xitq; quo uoluit: quum ingens uis mortalium ne mouere
quidem ſuo quiuiſſet loco. quid ꝙ ingenio confiſus teſtari auſus

eſt: ſi alterum terræ globum fuiſſet adeptus: utrunq; ſe alteri fuiſſe applicaturum? acceſſit laudis cumulo Marcelli ducis fortiſſimi iudicium: qui Syracuſis captis uetuit Archimedem uiolari.

DE Archyta Tarentino.

St & Tarenti Archytæ nomen uel uno opere clarum: li-
c gnea Columba ab eo certa ratione compacta: quæ aerē ſe
mel ſortita perpetuo uolatu per ipſum inane ſpiritu itus in
cluſo agebatur: niſi ſolidum aliquod offendiſſet corpus.

DE Orpheo.

Vod cantu Orpheus feras & uolucres traxerit a natura
q non abhorret: nam & Cerui paſtorali fiſtula mulcentur:
& aues quædam cantu capiuntur: uerum quia proximum
ſit fabulæ: tutius eſt præterire.

DE Arione.

Irum ſane quod de Arione proditum eſt memoriæ: ex-
m ceptum hunc medio mari a Delphino ad concentum ly-
ræ per longa æquorum ſpatia in Tænarum Laconiæ inco
lumem delatum. aſtipulata eſt huic famæ non tantum uetuſtas:
ſed & ſtatua ex ære quæ ibi loci fuit monimentum rei geſtæ Arion Delphino ſedens.

DE Timotheo.

Himotheus quum ad Alexandri menſam caneret: muta-
t tis de induſtria modulis regem repēte uelut inſanum ſta-
tuit in pedes: coegitq; ad arma proſilire: ruſus remittentē
cantu: continuo & regis remiſit affectus.

DE Pythagora Siue Damone.

Vi uero notior ars nobiliſſima: q̈ Pythagoræ: ſiue Damon
c ille potius fuit: a quo iuſſus Tibicen Spondeum canere: te
mulentam iuuenum manum: quæ pudicæ domui iminē
bat ab iniuria reuocauit.

DE Apollodoro Grammatico.

Mphyctiones ſanctiſſimum Græciæ cōciliū honores Apol
a lodoro Grāmatico habuit: quod decus nulli (q; ſciam) con
tigit in aliquo genere artis: niſi Hippocrates fuit: qui in peſtilentia auerruncanda fuit græciæ utiliſſimus.

DE Aliis Quibuſdam Illuſtribus.

Vnt & alii alio tamen genere laudis magnum nomē ade-
ſ pti. Cteſiphon Gnoſius Epheſiæ Dianæ templo miranda
quadam arte extructo: Philon Athenis armamentario mil

le nauium capaci,Dinocrates qui Alexandriā in Aegypto affabre metatus eſt. DE Tribus Summis Opificibus.

Ribuit Alexander ſuo edicto tribus diuerſarum artiū prīci
t pibus uiris præclarum laudis teſtimoniū ſuū cuiq; in ſuo
genere:quo uetuit ne ſe quis alius pingeret q̄ Apelles:q̄ Lyſippus ex ære duceret:q̄ Pyrgoteles ſculperet.

DE.M.TVLLIO:ET PERICLE ATHEN.

M .Tullius tantum dicēdi facultate adeptus eſt:ut pro eloquē tia eius ſit nomē receptū. Tantum Pericles Athen.ut fādo fulgurare & tonitrua cierī ſit dict⁹. DE Cōſaluo Agidario Magno.

Ed quantum hi duo eloquētia celebres:tantum diſciplina
ſ militari noſtra tēpeſtate Cōſaluus Agidarius excelluit.Gal
los hic minores aliquanto copias ducens duplici prælio uicit. Neemēſem ducem qui regis uicem gerebat:interfecit. Neapolim his ademit.eos iterum maiore apparatu regnum inuadētes ad Lirim profligauit.Caieta expulit.Regnumq; id omne demum quod Siciliæ citra pharum appellāt:Aragoniæ familiæ reſtituit.

DE MEMORIA:ET HVMANORVM SENSVVM PRAESTANTIE:ET PRIMVM. DE Antonio Rauennate.

Vnt his memoriæ exempla ſubtexenda.qua ſecundū ratio
ſ nem nil Deus dedit homini ſanctius:nil utilius:& ad erudi
tionem aptius:eſt hæc Theſaurus diſciplinarum omnium artiumq; ſtudio & labore quæſitarum cuſtos fideliſſima: aliquid certe uidit ſapiens poeta qui Muſarum Memoriam dixit matrem: nec minus prudēs qui Lethen quæ huic contraria eſt:apud inferos ſtatuit:conſtat id bonum naturæ beneficio:augetur tamen & excolitur arte:in quo genere unū exēplū: & ſingularē uidit nr̄a ætas ī Antōio Rauēnate: q multa millia reꝝ ſtās pcipiebat aīo:& eo quo accepta eēnt ordīe:mēoriter reddebat:ſed hæc artificii ſūt nō Naturæ.

DE Mithridate Rege.

Aiore admiratiōe dignus Mithridates rex Ponti:quo null⁹
m regū diuti⁹ graui⁹q; exercuit Rōana arma.ferī is duab⁹ &
uigiti diuerſis natiōb⁹ qb⁹ īpabat:ſua cuiq; ligua ius diceī ſolit⁹:et pro concione ſingulas ſine interprete affari.

DE Cyro Rege:&.L.Scipione.

yrus rex q inmēſos ductauit exercitus:omnib⁹ militib⁹ no
c mē reddidit:ſic.L.Scipio qđ æq̄ mirū uideri poſſit.Po.Ro.

DE Cynea Pyrrhi Regis Legato.

Yneas Pyrrhi regis legatus poſtridie q̃ Romam uenerat Senatum & equeſtrem ordinẽ proprio nomine ſalutauit.

DE Cæſare Dictatore.

Vperfuit & Cæſari Dictatori id bonũ: q ſcribere & legere uno tempore dictareq; & audiſ ſit ſolitus.epiſtolas magni põderis quaternas pariter dictabat:aut ſi nõ aliud egiſſet: ſeptenas.

DE Carmide.

Armides in terra Græcia quæ quis uolumina exegiſſet: in bibliothecis legentis modo repræſentauit.

DE Memoriæ Iactura.

Aeterũ quo res hæc precioſior:eo magis iniuriæ obnoxia: nã ꝑter q̃ ꝙ tentat interdum ſe ipſam relinquere: Ictus lapide qdã literas ꝓrſus oblit⁹ ẽ.aliũ tecto ꝑcipitatũ mr̃is & ꝓpinquorũ cæpit obliuio. Meſſalæ Coruino oratori grauiter ægroto ſeruorum & ſui ipſius nomen excidit.

DE Viſu:Et primum De Iliade Homeri.

Xcedunt fidem exempla accerrimi uiſus.fuit Ilias homeri in membrana tam conciſe:& minutim notata ut teſta nucis includeretur:Strabo quidam(id.n.nomen reddidit illi M.Varro)in Lilybeo Siciliæ promõtorio ſedẽs naues ex portu Carthaginis exeuntes numero prædicabat:oculorum acie in cẽtũ.xxx. quinq; millia paſſuum procul excurrẽte:fuit & Callicrates acerrimi uiſus:qui formicas & alia minuta animalia in ebore ſculpſit:quorũ partes quædam ab aliis cerni nequiuiſſent.

DE Auditu.

St & ſua Auditui fama.prælĩũ quo Sibaris in Italia exciſa eſt:eodem die quo pugna illa cõmiſſa eſt:ab iis audita ẽ q Olympia in Græcia ſpectabãt.

DE Voce.

Ocaliſſimus omniũ q ad Troiã militarunt(ſi Homero credim⁹): fuit Stẽtor:ut omniũ qui cũ Dario bellũ Scythis intulerũt Aegypti⁹ qdã: q ꝓcul ſtãs Hyſtieũ Mileſiũ clamorẽ uocãs ad Danubii ripã reuocauit:q̃ res ſalutem regi attulit:& regio exercitui.Thraſibulus omnes Athenienſes uoce ſuperauit:ut Peſcenius niger Romanos.qui adeo uocalis fuit:ut quum in aperto uerba faceret: ad mille paſſus uox eius audiretur.

DE Celeritate.

Ariſtius lacedæmonius:& Philonides curſor Alexandri mille die uno &.ccc.ſtadia decurrerunt:qui ſtadiorum nu

meros conficit millia paſſuum. clx. duo & amplius aliquid. Nec minus dignum admiratione: ꝙ Romæ Fonteio & Vipſaño Coſſ. puer nouem annorum a meridie ab Veſperum cõfecit octo ginta millia paſſuum perpetuo curſu. eſt & Tiberius Nero urgentibꝰ de Druſo fratre grauiter ægrotãte nuntiis tribꝰ uehiculis ex urbe in Germaniam feſtinans nocte dieq̃. cc. millia paſſuum emenſus quantum uiæ nullus ꝙ proditum ſit quadrupedibus fecit unq̃.

DE Robore Humani Corporis.

c Ontigit qbuſdã ꝓgidioſum propemodum robur corpis ut Ruſticello quẽ Herculẽ appellatum ſcripſit Varro: qui Mulum ſuum ſublime ſublatum ferebat. Triditanus ex gladiatorio Samnitium ludo hoſtem ex prouocatione ſecum dimicãtem uno digito uicit: ſuperatũq; ac correptum in caſtra tranſtulit: Age & q̃ ualidus. C. Junius ualẽs fuerit: ex eo cenſeatur: ꝙ currum culeis honuſtum dum per ocium exinaniretur ſuſtinere ſolitus eſt: Idem Carpenta una manu comprehenſa obnixus cõtinebat iumentis etiam contra nitentibus: is in prætorio Octauii Auguſti ne res uetuſtior credať: militauit. Nemo ad hæc corrigere potuit. C. Milõis Athletæ digitũ: quũ malũ teneret.

DE Agilitate corporis.

r Omæ ſub Cæſaribꝰ inter ſpectacula populo exhibita productus eſt: q p aduerſum parietẽ Felis modo reprãdo ſcãderet: & qui fabrefactis ſibi alis altiuſcule a Terra uolans per aerẽ auis modo ueheret.

DE Viribus Corporis.

i N Maximino Imperatoř qui Alexandro Mãmeæ filia ſucceſſit: tm̃ uiriũ fuit ut equũ pugno pcuſſu ʒ nudaret dẽtibꝰ: Tophaceos lapides foraret digitis: diui debar maiuſculas arbores manibus: qua pp a multis Milo Athleta uocatꝰ ẽ: æquauit eius ſtatura octonos pedes & pollicem.

DE EDACITATE ET INGLVVIE HOMINVM.

S Ed nõ magis hic corpulẽtus: & ualidus: q̃ edax: & potulẽtꝰ. qppe q quadraginta libras carnis uno die eſitabat. Alii. lx. ſcribũt: potabatq; Vini Amphorã adeo uberti ſudante corpore ut calice ſudor colligeretur: ĩpleueritq; uno die collectꝰ ſudoř tris ſeſtarios edacior ꝓpemodũ Albinus q quadã tenus impio potitus ẽ ĩ Gallia Cẽtũ pſica denos Pepones hoſtiẽſes: qngentas ficos paſſarias. &. cccc. Oſtrea una deuorauit cœna. Firmus Seleuciꝰ quãdo in portẽroſam edacitatẽ ſua ſpõte incidit: ſhlus Struthiocamelũ quo nullũ uolucre ẽ maiꝰ: uno die comedit huiꝰ ductu Aegyptª ab

Aureliano principe defecit: Idem Hippopotamos efitauit: natauit impune inter Crocodrilos eius animalis adipe delibutus.

DE Sagittandi Peritia.

f

Vit in Domitiano principe ſagittādi peritia inſignis: ut poſte qui inter digitorū interualla expanſæ manus pueri poſt parietem ſtātis ſine offenſa ſagittas emitteret: Maior iaculandi facultas in Cōmodo: qui Fauſtinæ fuit & Marci principis filius. qui cētum ictibus in arena totidē ſtrauit Leones tam ualidis uiribus: ut Elephantē haſta: & Origis cornu trāſfigeret: ut plures feras interdum uno conficeret ictu: adeo certa illi manus: ut quicquid oculo deſtinaſſet: iaculo & ſagitta contingeret: Gladiatores Retiarios circiter mille aut uicit aut occidit: trecenties ſexagies quinquies uiuo adhuc patre in id certamen deſcendit.

DE Andrea Agidario.

n

On ſagittandi peritia in Andrea Agidario: quādo ſagittarū uſus Italiæ nō admodū frequens: ſed tormento æneo utendū quē a ſonitu (ut arbitror) Sclopetū appellant: cōmēdari pōt. nihil hic quis exiguū dūmodo oculo cōſequi poſſit: nō aſſequitur. ut quā Domitianus & Cōmodus Imperatores iaculando induſtriā oſtendere: hic facile præſtare tormento hoc ualeat.

DE Prodigioſo concubitu.

c

Aeterū qm̄ eo uenim⁹ ut pmiſcue inſignia corporū exēpla ponerentur: adiiciat unū: & ſi fœdū relatu ingenitū tñ corpori. Procul⁹ Cæſar Albingaunus genere ſua epiſtola teſtatus eſt ſe cētum Virgines Sarmaticas bello captas quindecim dierum ſpatio ad unā uitiaſſe: atq; ex his decem nocte una. ſed maior in Meſſalina: quæ Claudii fuit uxor libido: quæ ancillā pſtitutā ex puocatiōe q̄tuor & uiginti ſupauit cōcubitub⁹: ſed mōſtra hæc uitæ: nō exēpla.

DE EXTREMIS VOLVNTATIBVS.

n

Il ſpe hominis incertius: in nulla re mortalitas ingenioſi⁹ ſe ipſam decipit: & traducit. ē q; id documēto q pquā paucorū: ne nulli⁹ dicā extremæ uolūtates ſunt a reliqua uita nō alienæ: aut certe aliqua ex parte diuerſæ: aut ſi nō diuerſæ pœnitentiæ tñ indices: aut querelarū plenæ: tanq̄ uita medio actu rerū abrupta: ut nemo fer ſit eorū: q terrena curāt: pēdētq; ex uulgi iudicio: q nō ſe aut citius extinctū malit: aut ſi diuti⁹ uixiſſe doleat: hic qa factū aliqd uellet: ille q facti pœniteat: ſolū q iuſtitiā & pietatē colūt: min⁹ fortaſſe ſint huiuſmodi affectibus obnoxii: nā ſine his nemo

(ut arbitror) inoriẽtiũ eſt: qui ſi nil de futura uita ſoliciti ſũt: aliquid certe in ante acta deſyderãt.

DE Iſaacho.

Saachus filium Eſau maiorẽ natu hæredẽ relinquere ĩ aĩo
i habuit. at deceptus Iſrahelẽ reliq̃t: noluit. n. mutare: q̃d im
prudẽs fecerat: aut certe nõ potuit: deceſſit igitur altero orbat⁹ filio: altero nõ libero: quia in fratris mancipio multo lætius uita exiturus prole integra: aut meliore parte non adempta.

DE Moſe.

Vã futurorũ ſolicitus Moſes uita deceſſerit: quũ frequẽs le
q gũ latio demonſtrat: Tum q̄ leges poſtremo latas ſanxit:
atq̃ inuiolabiles fecit ad poſteros execratione interpoſita ſiquis unq̃ antiquare eſſet auſus.

DE Saulo Rege

Vlli Iudeorũ regũ: ne cæterarũ gẽtiũ dicã fortius ꝓpoſitũ
n peũti fuit q̃ Saulo: qui in eã aciẽ cũ filiis deſcẽdit: in q̃ & ſe
& ſuos cognouerat perituros: paruit fortiſſimus Rex fatali neceſſitati: quæ leuius ferẽtib⁹ incũbit q̃ repugnãtib⁹: at ſui cõpos non nõ periit.

DE Dauide.

Ed q̃ hui⁹ fortis & inuictus animus: tã Dauidis pius ad ex
ſ tremũ: q̃ morti ꝓximus illud primũ ultimũq̃ mãdauit filio: ut tẽplũ tã auguſtũ & opulẽtũ: q̃ ipſe animo cõceperat Deo opt. Max. ædificaret.

DE Solomone.

Onge aliter affectus obiit Solomon: q̃ p man⁹ abeo regnũ
l accepit: tã & ſi pia oĩa ſũt mẽtib⁹ ꝓponẽda: anxi⁹ tñ & fato
rũ anceps uita deceſſit Achiæ ꝓphetica ſignificatiõe cõmotus: q̃ fore dixerat ut quũ Rex a maiorũ pietate aberraſſet: ipſi⁹ regnũ in partes dilaberetur.

DE Chriſto.

Ed quæ ſupremarũ ſit uolũtatũ maxime optabilis Chriſt⁹
ſ uirtutũ oĩum exemplar ex alto crucis patibulo oĩbus de
monſtrauit. id ſummi ducis exẽplũ oĩs eius militia ſecuta: ut ne de inimicoꝝ q̃dẽ ſalute extrema defuerit cura: adeo d̃ cõmuni laborandum putarunt.

DE ETHNICIS EXEMPLIS: ET PRIMVM.

DE Alexandro Magno.

Vbegerat totũ Orientem Magnus Alexãder: & iã de Aphri
ſ ca ſubigẽda cogitabat: ut ea ſubacta Europã Macedonũ ar
mis ſubigeret: hæ tũ erãt illius curæ: quũ feſtinata mors tantas ſpes abrupit illuſtri documento iuxta ſũma et ima æquis a mor

te ſpatiis diſtare. DE Philippo Rege.

i Nter Emi montis aſcenſum: & Demetrii filii necem Philippus Macedoniæ Rex Romanum bellũ meditat⁹ eſt:eundẽ fortaſſis exitũ habiturus niſi morte interim præuentus eſſet:quẽ Perſes habuit:cui id bellũ non aliter: q̃ regnũ reliquit hæreditarium. DE Mithridate Ter Victo.

c Ogitabat Mithridates Rex ter uict⁹ a Romanis p Gallias bellũ Italiæ iferre Agathoclis & Maioris Aphricani exẽpla ſecut⁹: q hoſtilẽ Terrã inuaſere: ut ſuã bello liberarẽt. potuit ferociſſim⁹ Rex tã Italiæ infeſtus eẽ: q̃ Pœnus olim fuit: ſi cũ exercitu terrã ipſam intraſſet: ſed filii defectione propoſito auerſus ac deſperatiõe actus: q̃a ueneno nõ potuit: ferro perire maluit: q̃ cuiq̃ ſeruire. DE. C. Mario.

C .Marius ſeptimo conſul & iam prope ſeptuagenarius diẽ obiit. Cæterũ ꝓpinqu⁹ morti Fortunã crudelẽ appellauit: ꝙ priuſq̃ ꝯſilia: & deſideria ſua peregiſſet: uita abrũperet. DE Cõſaluo Agidario Magno.

c Andẽ Fortunã Cõſaluus q̃nq; aduerſam cõſiliis ſuis expert⁹ ẽ. uoluiſſet is expugnata Cephalenia Chalcidẽ decreto petere: & Turcis trepidãtibus circa Peloponneſſum Arma Veneta oſtẽtare. præmiſſis iã q ea loca diligentius explorarẽt Iacobo Agidario itineris Duce uiro ſolertiſſimo. ſed Piſaurius Venetus Imperator certo quodã conſilio obſtitit. maius id facinus rat⁹ quã ut ex ſentẽtia rẽ ceſſurã ſperaret. idem expulſis regno Neapolitano Gallis: eos Mediolanenſi Imperio eodẽ uictoriæ impetu deturbarẽ parabat Andreæ Agidarii uiri in primis impigri opera ad hoc uſus. uerũ ſecutæ mox inter Gallos Hiſpanoſq; induciæ prohibuere.

DE Platone.

q Vanto ſapientius Plato. qui extremo uitæ tempore gratias egit naturæ: & ſuo Genio: ꝙ homo non beſtia natus eſſet: Græcus non Barbarus: ꝙ Socratis tẽporibus: a quo ſapienter potuit inſtitui. DE Antipatro Tarſenſi.

a Ntipater Tarſenſis mortẽ obiturus quũ ꝓpter alia quædã: ſuã laudauit fortunam: egitq; ei gratias: tum ꝙ ex Tarſo ꝓfectus Athenas uſq; proſperrima uſus eſſet nauigatione.

De Auguſto Principe.

m Iſerũ & infelicẽ appellauit Po Ro. Auguſtus princeps iam morti proximus: q ſub Tiberio priuigno futurus eſſet: quæ

uox arguit dolenter eum tuliſſe: ꝙ talis ſibi ſucceſſor contigiſſet: aut ꝙ Ro. ciuitati pernitioſus: aut quia licet priuignus: ſui tamen hoſtis quondam filius.

DE Honore In Defunctis Exhibito.

t Rribuerunt humanæ gentes multos honores multis: ſed alios alia de cauſa: cognomina: ſtatuæ: aræ: templa: & alia ornamēta quæ aut publice decernūtur: aut hominū cōſenſu tribuūtur: uirtutū ſunt præmia: ſunt & Gratiæ interdū formidinis ſæpe aſſētatiōis & aliēi ſtudii. Quæ uero dfūctis dāt mera pietas ē: mer⁹ amor: & aū actæ uitæ teſtimoniū. ī quo nō ſpectaē qd uelit is cui honos exhibeē: ſed qd merit⁹ ſit: ñ qd alii dádū putét: ſed quid quiſqꝫ datū uelit: nihil. n. efficaci⁹ eſt aut aptius ad colēdā defūctorū memoriā: q̄ hūani animi affect⁹: q liber eſt nec ab ullo cogi pōt.

DE Iudæorum Affectu in Moſem defunctum.

q Vale ſtudium Hebraicæ fuit gentis in Moſem: qui populum ex Aegypto eductum in libertatem aſſeruit: hunc uita defunctum uniuerſa multitudo tricenos luxit dies: diuti⁹ luctura (ut credere eſt) niſi mos gentis obſtitiſſet.

DE Iudeorum Affectu In Saulum.

e St & Saulo q primus in Iudæa Rex fuit nō paruus honos poſt mortē pſolut⁹: quē Philiſteo bello cū filiis ad Gelboē mōtē interfectū & ad ludibriū gētis crucis patibulo ſublatū Iudæi noctu ſuſtulerūt. cadauer fūeratūt publico luctu ī pte Galaaditanæ terræ ieiunio ſeptē dieꝶ omnis ſexus & ætatis indicto.

DE Christo.

a Ræ: templa: imagines: oratoria ſecella: feſti & & ſolēnes dies: ieiunia: uigiliæ: & omniſariā cerimoniæ: quas Chriſto regi: & ſacratiſſimæ eius militiæ decreuit humana pietas: tanto ſunt cæteris honoribus: qui in tertis decernuntur maiores ſanctioreſqꝫ: quanto ſanctior fuit illorum uita: quam cæterorum hominū qui omni æuo floruere.

DE Chriſti Templo.

m Iratur hodie Byzantiū Auguſtiſſimū Sophiæ tēplū quo nullū fuit olim in terris ſanctius: quia Chriſto ſit ſacrum qui uera eſt ſapientia: nunc ſacrorum ratio mutata: & ob eam rem minus uenerabile.

DE Apoſtolorum Templis.

b Abet & Roma ſāctior Byzātio quod in hoc genere mireē Barionæ Baſilicā in Vaticano & hoſtiēſi uia. alterā tarſenſi

Paulo ſacrã utrãq; immãi amplitudine: & apparatu uiſẽdo. religio utrobiq; ingẽs: ſed uaticanæ ob põtificiã Domũ maior celebritas.

DE Pantheo.

Acrauit & Pãtheõ pia poſteritas Deiparæ uirgini ĩ eadẽ ur
ſ be op⁹ quũ ſua molte: tũ qd una ſit teſtudine cõplexũ iter paucos memorabile.

DE Templo Lateranenſi.

Brigit &. Io. Zachariæ filio Auguſtũ & opulẽtũ phanũ reli-
o gione: Cerimonia: & donariis nobile: tum quia pontificis ſit maximi ſedes: longe nobiliſſimum.

DE Franciſci Aſſiſiatis Templo.

Tatuerũt & Frãciſco Aſſiſiati Municipes ſui templum Au-
ſ guſtiſſimũ, pulchrum & uenerabile Mediolanẽſes Diuo Ambroſio. ſed oium opulẽtiſſimũ Veneti diuo Marco: qui urbi præſidet: quo nullũ eſt hodie in terris opulẽtiore: magiſq; uiſẽdo apparatu.

DE Ethnicis Exemplis.

Onſecrarũt & Prophani ex ſuis quoſdã cœloq; intulerunt:
c nõ Iuſtitiã: nõ Pietatẽ: & Innocẽtiã intuẽtes: ſed uitæ cõmoda: id demũ rati deũ eſſe hominẽ iuuare. ceu nulla melior ratio iniri poſſit cœlũ affectãdi hic quia uitẽ inuenit: ad morũ pnitiẽ: illa qa Triticũ ad uẽtris uoluptatẽ: cœlo digni iudicati ſunt. ſed oia quæ his delira decreuit uetuſtas: tam longũ ſit credo: q̃ nõ neceſſariũ ponere: quæ igitur ad hominũ memoriã propagãdã ſuperſtites defunctis decreuere breuiter memorabũtur: ne copia faſtidium pariat.

DE FVNEBRIBVS LVDIS.

St ꝗo mniũ uetuſtiſſima m emoria funebriũ ludorũ: quos
e Græcia in Nemeæ Archemoro inſtituit: niſi forte ſit adhuc his uetuſtior quos Acaſtus in Iolcho Theſſaliæ primus celebrare dicit̃. fuerunt in ſecũda fama & Iſthmiaci: qui Scyronis memoriæ dati ſunt: nec multo recẽtior Res eſt Patrocli funus ad Troiam: & in Sicilia ad Drepanũ Anchiſæ patri ab Aenea editi. ſed poeticis hæc decora fabulis: magiſq̃ hiſtorica fide ſubnixa.

DE Ione Dyrrachi Nepote.

Imile illud ꝙ ab Ione Dyrrachi nepote ſit Ioniũ mare di
ſ ctum: quẽ imprudẽs Hercules in acie, perẽptũ in mare proiecerit.

DE Myrtilo.

Ar honos cõtigit & Myrtilo Hippodamiæ aurigæ: par Hel
p læ Athamantis filiæ: Pelopi: Palinuro: Miſeno: quorũ nomina Maria: Mõtes Peninſulæ nõ patiunt̃ interire. Trãſeo

mille urbium nomina:.per quæ multorũ mortaliũ omnĩ æuo ſtabit memoria.

DE Iunio Bruto.

c Ertior fama:& fidei propior de Iunio Bruto:hũc qa pudicitiam in Lucretia uiolatã fortiter ult⁹ eſſet: Tarquiniis urbe eiectis Matronæ totũ Annũ luxere:Idẽ Quiritiũ primus in funere a Valerio Collega laudatus.

DE Epheſtionis Funere.

a Lexander qui Orientẽ domuit:Epheſtione defuncto mulis & eqs detõſis: Vrbium pinnacula diruit.Tubas & cætera inſtrũa uetuit in caſtris canere:poſtremo diuinos illi honores:& ſacrificia ut ſemideo indixit oraculũ ſecutus. Tria millia hiſtrionũ funebribus ludis adhibuit:oẽm Cuſſeorũ gẽtẽ trucidauit: Teſtatus eas ſe dare inferias epheſtionis manibus: denis milibus Talẽtum defunctum extulit.

DE Marcelli Funere.

m Agnum quidem quod Alexãder dedit epheſtioni:ſed plus omnino quod Pœnus hoſtis.M.Marcello: quem inſidiis exceptũ:& obtruncatum exquiſitiſſimo exeqarum funerauit apparatu.fuit illud Amici iudicium:hoc hoſtis infeſtiſſimi.

DE Gracchorum Memoria.

p Lebs.Ro.duobus Gracchis ab optimatium factione interfectis ſtatuas:ſacellaq; his poſuit locis:in quibus icti cõciderant:coluit q; tanto ſtudio:ut quotidie in his ſacrificia fierent:inde illud Corneliæ matris:habere tandem filiorum Corpora digna ſuis uirtutibus ſepulchra.

DE.L.Syllæ Funere.

n Vlli Quiritiũ maior honor cõtigit ĩ funere:q̃ Cornelio Syllæ.qui Ro.oĩu3 prim⁹ ciues ꝓſcripſit ſuos.ex Thure & Aromate a mulierib⁹ cõgeſto ſtatua legitiæ maguitudinis cõpacta ẽ.ſenaq; lectorũ millia in defũcti memoriam ſtrauit Ciuitas.

DE Lyſandro Lacedæmonio & Phocione Athen.

l Yſandro Lacedæmonio arã & ſacrificia poſt mortẽ ĩſtituit Græcia.Phociõis cineres aliũde repetitos publico ſumptu ſũerauit Athẽiẽſis ciuitas.ſtatuã æreã defũcto erexit: accuſatorẽ capite dãnauit:nõ ſuũ mõ iudiciũ ꝑteſa:ſed iudicii auctorẽ q; & Socrati datum plane conſtat:quem quum ĩſenſa damnaſſet ciuitas:damnatum ſtatua decorauit.

DE Antonio Triumuiro & Cleopatra.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EM.

Edit Cæſar Auguſtus Antonio collegæ olim ſuo:dedit &
d Cleopatræ reginæ ſepulchrum opere & materia inter pau
ca memorabile.

DE Mauſolo Rege.

Ed multo opulentius celebriuſq; ſtatuit Mauſolo Cariæ re
r gi coniũx Arthemiſia. præclarę op⁹ & ꝙ magnũ reginæ no
men a ttulit:

D= Alphonſo Agidario Bætico.

Oſtra uero ætas uidit in Alphonſo Agidario:qui dux cõſe
n cto bætico bello Mauros iterũ rebellantes circa Arũdã op
pugnabat:in qua pugna ſuorum negligẽtia fortiter pugnã-
do occubuit:tantã funeris põpam:ut præter regios prope exequia-
rum apparatus: ſingulæ ciuitatis Iſpaniæ ſuis quæq; locis illi iuſta
pſoluerint:neq; minor nũc eius iuterfecti apud iſpanos fama: q̃
Conſalui fratris celebritas:qui Neapolitanum regnum incredibi-
li felicitate Gallis ademit. ſepulcro talis inſcriptio regum decreto
eſt addita:ut appareat illum tamq̃ numen ab omnib⁹ cultum. Hu
ius memoria reſq; ab eo præclare geſtæ ne penitus interirent Ia-
cobi Agidarii cura effectum. qui Trophæa & alia monimenta illi
erigẽda in Agro Brixiano curauit.

MARCI ANTONII SABELLICI DECEM EXEMPLO-
RVM LIBRI FINIVNT. IOANNES BARTHOLOMEVS
FECIT. VENETIIS. M. D. VII. SEPTEMBRIS. MEN-
SIS: DIE. XIX. LAVREDANI PRINCIPIS ANNO
SEXTO.